


L'Espresso	
2	33
11	65

4
20 - 46



11/11/11
a
33
65

4
20 - 46

R 110101

ANDREÆ
TIRAQVELLI
REGII IN CVRIA
PARISIENSI
SENATORIS;

COMMENTARII
In L. Si vnquam. C. De reuocandis donationib.

Postrema hac editione feliciter, quàm antea renati,
accuratissimèque repurgati.

*In quibus præter propriam ac peculiarem eius l. materiam, disertè multa, in omni
disciplinarum genere, & copiosè tractantur: qua octava
post hanc paginam indicabit.*



IN VIRTUTE,

ET FORTUNA.



LVGDVN I,

APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO,

M. D. LXXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





IOAN VICTORII IN
EFFIGIEM ANDREÆ TIRA-
QVELLI IN CVRIA PARIENSI
SENATORIS, HEXASTICHON.

*Iam nihil est, venerande senex, quod pulla sororum
Stamina, vel Stygias quod verearis aquas.
Subtrahet hac vultus morti pictura: perennium
Ingenio vitam tot tua scripta dabunt.
Ergo ubi fatalem Lachesis tibi neuerit horam,
Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.*



ANDREAS
TIRAQVELLVS
AMPLISSIMO ORDINI
SENATVS BURDEGALENSIS.



ESCIO, P. C. quo meo aut virtutis aut do-
ctrinæ merito, hoc me tanto honoris titulo
docorastis, vt minimè candidatum petitorum,
nullique vestrum vlla necessitudine coniun-
ctum, sed & tantis locorum interstitiis, atque
etiam citra fines vestri conuentus remotum,
publico tamen decreto vestro in Senatoris
demortui locum sublegeritis. Verùm quicquid huic vestræ de me
opinionis ansam præbuerit, non possum non mihi admodum glo-
riari, quòd à Senatu in Gallis celeberrimo Senator sim designa-
tus. Id quod nos in primum laudum nostrarum censum collocabi-
mus, quicquid posthac meliori sorte, si qua reperiri potest, obtige-
rit. Cum autem in præsentiarum nihil aliud nobis sit, quo gratum
in vos animum nostrum testemur, ecce Commentarios nostros in
pientissimam legem vobis dedicamus, vtinam non indignos, qui ab
eo edantur, quem Senatoris munere dignum iudicastis. Eos
si probaueritis, facilè patiar improbari à vitilitigatori-
bus istis, qui nihil aliud quàm oblatrant,
obganniunt, obmurmur-
rant. Valete.

* *

† 2



ANDREAS
TIRAQVELLVS
FONTENAIVS SVPPRAE-
FECTVS, PICTONIBVS
LEGVM STVDIOSIS.



SCIPIONEM illum Africanum dicere solitum accepimus, nunquam se minus solum esse, quam cum solus esset: nunquam minus ociosum, quam cum esset ociosus. Magnifica vox, inquit Tullius, & magno viro ac sapiente digna, quæ declarat, illum in ocio de negotiis cogitare. Ego verò, Pictones mei, illud è diuerso dicere possum, nunquã me minus negotiosum esse, quam cum sum negociosus. Etsi enim perpetuis negociorum vndis iam inde ab incunabulis sic inuolutus vsque fuerim, vt emergere in ocium ac quietem, homine libero

dignam, animique securitatem illã, quam veteres primi nominis Philosophi *ἀγυια* dixerunt, nulla vnquam arte potuerim, quasi mihi cum fato res esset: igniculos tamen quosdam à natura suscitatos, literarumque meliorum studia in memetipso persentiscebam, quæ sic cum annis venientibus creuerunt, vt quo maximè tempore rem facere nostrates solent, ego tum abiecta rei domesticæ ac familiaris cura, negociorum, quæ ferè omnia aut amicorum, aut vniuersitatis nomine suscepi, interualla ocio liberali dispungere cœperim: non id equidem agens aut satagens (quod scribentibus penè perpetuum est) vt edito ingenij specimine immortalitatis mihi gloriam compararem. Quæ enim immortalitas alia est ab ea quam nobis Christus pollicitus est, si ex præscripto legis Euangelicæ vixerimus? neque vllum ex studiis lucrum aut fauorem à quopiam sperans: nam potius ex immodicis vigiliis damnum rerum mearum cum luculento valetudinis dispendio expertus sum. Quid igitur, ais, te potissimum mouit? quò spectabas? quid sperabas? Dicam certè quod res est. Videbam olim fere hominum genus velis (quod aiunt) remisque conniri, vt ignorantiam, socordiam, imperitiam, ceterasque Gotthorum reliquias procul è finibus suis *εἰς ἡράκας* extruderent, & Herculis illius Gallici exemplo Gerionis stabulum repurgarent, facerentque quàm existimatissimam celeberrimamque vnusquisque patriam suam: Soli Pictones mihi graui quodam veterno torpere videbantur, quos primos omnium ad brabeum contendere deçuerat, si soli, cœlique illius quidem vberissimi, huius autem saluberrimi ratio habeatur. Qua rei indignitate commotus, vrgerè cœpi, ac meditari, si qua lucubratione Pictones hos meos ad honestam hanc ac plausibilem literarum pugnam animare possem. Ea verò mihi scribendi ratio potissimum arridebat, in qua placido quodam nexu iungeretur cum politiori literatura (quoad eius quidem facere liceret) iuris Cæsarei, legumque peritiã. Etsi enim multò iucundiora, tractatũque faciliora argumenta multa paterent, illud tamen mihi locupletandum in primis eligere optabam, quo maximè

municipes meos videbam indigere. Iamdiu enim malè vulgò audiunt nostrates ob irrequietam litigandi pertinaciam, quasi non alij frequentius vlli iudicum, patronorum, tribunaliũque limina procerant, propè vt iam in prouerbiũ abierint Pictonicæ disceptationes, veluti in ea re Aegyptios de industria nobis imitandos proposuerimus, genus hominum (quod Ammianus scribit) controuersum, & aduetudine perplexius litigandi lætissimum. Facturus igitur operaprecium mihi vilis sum, deque patria bene meriturus, si quoniam, teste Tullio, litigiosa est iuris legumque ac morum ignoratio, quod in legibus nostris municipalibus (quas consuetudines vocant) aut obsecrum videretur, aut paradoxum, enarrarem, lucemque aliquam propter hebetiores quosdam ac crasiores adderem. Congessi proinde in eas tanquam syluam quandam commentariorum annis iam aliquot, quibus nisi exactè doceo, nihil in consuetudine nostra esse à priscis legibus, probatissimisque vniuersiusque gentis institutis abhorrens aut alienum, voti non iam compos effectus. Horum sectionem vnã, cui titulus est, de Legibus connubialibus, impolitam adhuc, planèque musteam, & à lacu feruentem, superioribus annis edidi. Ita enim amicis meis visum est, quorum iudicium meo ipsius antiquius semper duxi: sed eam tot mēdis ac maculis deformarunt, vt vix nõ me editionis pœniteat: quanquã extitit, qui ex ea chartas integras non semel, sed sexcentis locis in suos libros transcripserit, & bona fide, hoc est vnã cum suis mendis, ne syllaba quidem mutata, vt hinc facillè intelligas non eum intellexisse quod legisset. Cuius nomen libens supprimo, eum digito monstrare contentus, quod titulus operi ab eo nuncupatus tam elegans est, quàm liber vniuersus, nempe Catalogus gloriæ mundi. Sed & quod multò indignius est, ac iniquius, modò nomen meum dissimulat, tanquam id totum ipse sit, quod totum meum est: modò ita profert, vt putes minimam partem eorum quæ mea sunt, esse mea, de qua re in alia editione eiusdem mei operis dicam effusius, ne si plura hoc in loco dixerim, *ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο*, videar. Illud tantum hinc dicam, quod cum eo præclare actum fuisset, si sua contentus pellicula, id est, opere quod primum ediderat, non ultra crepidas quicquam molitus fuisset. Sed vt ad institutum redeam, cum ab immenso illo commentariorum opere tanquam in flexu interspirare statuissem, conatusque meos non pessimè celsisse, sed supra spem, votumque successisse viderem, libuit interim, dum reliqua parantur, argumēto ex ipso legum Codice sumpto ludere, experiri que ecquid in iure nostro tot tantisque vigiliis profecissem, fecique hoc etiam libentius, quod sciolos quosdam, planèque dieculares, aut, si mauis, ephemeros leguleios passim musitantes audirem, aduersumque ius hocce nostrum impudentissimè oblatrantes, tanquam non tam iustitiæ quàm litigandi vias tradat, iactantesque iuris se consultos triduo euasuros, si quis eis stomachum mouerit, etiam si Pandectæ simul omnes in fauillas sint redactæ. Quid enim ipsis non liceat hominibus, vt ipsi putant, ad elegantiam vnguem reconcinatis, quod Cicero licuit? quasi scilicet Cicero ipse id intellexerit, aut non omnem ætatem in iure perdiscendo, tractando dicundoque consumpserit: quod & ipse in suis legibus planè profitetur. Ferè dum hoc vtcunque in hominibus idiotis, priuatique, quorum acta domo non efferuntur, nisi quosdam cerneremus rerum publicarum gubernaculis admotos, proque tribunali ius dicentes, eò socordix delapsos, vt credant, confidantque sese egregiè de iure responsuros, litésque definituros, si Tullium tantum ipsum consulant, aut Fabium. Nec interim animaduertunt infelices ciuitates sibi creditas assiduis litibus penè interuersas, & in mutuam perniciem coniuratas, viuētib; videntibusque ipsis, & non opitulantibus hilum. Nam cum ad salutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum & quietam & beatam conditas esse leges constet, qui rectè atque ordine rempublicam administrare poterunt homines legum iurisque imperitissimi, qui si

quando è re nata cogantur ad Pandectas, cæteròsque sanctioris Iuris libros adire, tum verò lemis plusquam Saturniis cæcutiunt, offenduntque etiam in meridie. In- didem tot prouocationes, appellationes, refutationes, reiectiones, ampliationes, di- rum diffusions, comperendinationes, & id genus cætera, quibus tanquam filo te- xuntur in longum iudiciorum litiùmque telæ, quas lege intellecta velocius est com- ponere, quàm à texente tela succiditur, vt interim Iob verbis vtar. Fitque (quod iure plerique omnes quibus mens sanior est, queruntur) vt iudicum magistratuùm- que imperitia, ne malicia dicam, controuersia ferè omnes seculares pro rostris pen- deant, nonnullæ etiam postremo Christi iudicio seruentur, dum singuli eorum iudi- cia detractent, nec ea subire vlla ratione sustinent. Exposui itaque *παχυμέρεστρον*, vt Græcum Vlpiani verbum vsurpem, id est, crassius, & pingui minerua, propter quosdam imperitiores, legem illam, cuius caput est, Si vnquam. Cod. de reuocan. donat. cuius sensus à nemine omnium, qui hactenus eam interpretati sunt, funditus erutus, enucleatusque fuerat, & tamen adeò frequens est eius in iudiciis vsus, vt quia secus ac debuit, est à quibusdam exposita, sexcentæ quotannis causæ, aut per- peram diremptæ, aut prorsus intactæ indecisæque maneant, gementibus in- terim, atque ad Deum altissimum verum nomotheton nostrum cla- mantibus pupillis ac viduis. Tu Lector amice, labore nostro fruere reliquosque Commentarios propediem expecta.

Ex Fontenaio Calendis Augusti, anno Domi- ni millesimo quingentesimo tri- gesimo quarto.

In his

In his Commentariis, Lector beneuole, multa videbis non iniucunda, nec pœniten- da de amore & affectu omnium animantium in suos fœtus: atque ex eo leges ali- quot & constitutiones prodiisse.

Plura quoque de verisimili, & non verisimili: à nullo hactenus vno in loco plenius neque distinctius tractata.

Plurima præterea de scripto & voluntate cum legum, tum verò aliarum disposi- tionum, publicarumque & priuatarum: vt intelligatur, verbane plus an sententia valere debeat.

Sed & de amicitia nonnulla, non omnibus obuia.

Necnon de diuitiis & paupertate: vtrum scilicet vtilius ac præstantius haberi ac cen- seri debeat: quantasque vires vtræque & olim habuerint, & hodie habeant.

Adhæc multa contra communes iuris regulas officii & remunerationi attributa, (quæ specialia nostri appellant) vberius multò, quàm ab vilo antehac vnquam, vnum in locum digesta.

Deinde de tempore partus humani ex sententia nostrorum, aliorumque scriptorum multa, ex meris intimisque naturæ præcordiis eruta.

Postremò plurima de canone latæ aut ferendæ sententiæ, tum vt vnum ab altero di- scernas, tum vt vtriusque vim & effectus intelligas tanta præterea copia vt ea per se iustum volumen conficere potuissent.

ANDREAE TIRAQUELLI
in L. hanc Distichon.

*Omnis in Ascani chari stat cura parentis:
Omnis & hac constat lege par. nti. amor.*

ALIVD,

*Est legis natura parens, ea demque magistra:
Si nescis, legito hæc, continuoque sc. es.*

MICHAELIS TIRAE-
quelli, Auctoris filij, aliud disti-
chon in eandem l.

*Lex ait, id munus reuocari, quod sine natæ
Quis dat, si natos postea suscipiat.*

ALIVD,

*Lex hæc, si 'onans natis sine, postea natos
Suscipit, d. ionum, mox, euocatur, ait.*

PETRI COGVETI ALIVD:

*Lata ferendæve sit quænam sententia, d. sces
Ista legens, si non vndiqu. cæcus eris.*

PETRI MARCHANT
Archidiaconi Lucionensis ad
Tiraquellum carmen.

*Materna exheres infans lugebat in aluo
Immensa externo munera facta viro,
Hunc tu solaris natum, vt cum luce, parentis
Donatas, rupto munere captet opes.
Plus igitur tibi imops quam luci est debitor infans:
Corporis illa fugat, tu ingenij tenebras.*



TABVLA PARTICV

LARIS QVÆSTIONVM ET

MATERIARVM AD LEGEM NOSTRAM

privatim & peculiariter pertinentium ex ordine operis.

In Prefatione post titulum pag. 2.



- 1 **V**AE sit legis nostræ ratio, & an ea sit vnica, & quæ principalis ac præcipua, in præfat. nu. 3. & multis seq. & iterum nu. 90. 91. 92. 93. Rursumque in verbo, libertis. n. 42. 64. & 72.
- 2 Vtrum in donatione intelligatur conditio non natis liberis. nu. 6.
- 3 Vtrum ea conditio sit suspensiva, in verbo, reuertatur. nu. 283. & duobus seq.
- 4 Vtrum hæc lex habeat locum, cum donans cogitat de liberis. nu. 63.
- 5 Vtrum donans in dubio censeatur de ipsis cogitasse, vt non sit locus huic legi. nu. 66. & seq.
- 6 Vtrum hæc lex habeat locum, in donatione aut renunciatione facta in cõtractu dotali, vel matrimoniali, in princ. nu. 69. & seq. & iterum in verbo, donatione largitus. nu. 187. 188.
- 7 Quid autem in iis qui admodum sunt teneræ ætatis, dum contrahunt matrimonium, & in ipso matrimonij cõtractu donant & renunciant, nunc. 71.
- 8 Quid autem si quis donat non in cõtractu matrimonij sui ipsius, sed alterius. nu. 72. & in verbo, donatione largitus. nu. 240.
- 9 An lex nostra habeat locum, cum is qui donat, aliquid in donatione facit mentionem liberorum suorum. nu. 73.
- 10 Sed quid si eos memorans, nihil tamen de illis disponit. 74. & seq.
- 11 Quid item si non in donatione, sed in alio actu postea eodem die & loco & inter easdẽ personas confecto de filiis mentionem faciat, 75. & 110.
- 12 Quid autem si non de suis, sed de donatarij libertis mentionem faciat. nu. 76.
- 13 Quid item si mulier renunciat fratri & ipsius libertis, quando forẽt masculi, an sit locus huic legi. nu. 77.
- 14 Vtrum satis sit in genere de liberis cogitasse, vt huic legi non sit locus. nu. 78. & seq.
- 15 Vtrum clausula codicillaris faciat cessare hanc legem. nu. 82. & seq. & in verbo, libertis, num. 105. & 107. & in verbo, donatione largitus, num. 261. 265. 266. 269. & 270.

- 16 Quid si pater verisimiliter donauisset, etiam si cogitasset de liberis. nu. 84. & seq.
- 17 Vtrum donans possit huic legi renunciare expressè. nu. 87. cum multis seq. & in verbo, reuertatur. nu. 320. 321. 323. 324.
- 18 Quid si filius natus post donationem, cum vult ratam esse viuo patre, an sit locus huic legi. nunc. 94. & seq.
- 19 Quid si donans dolo inductus fuit ad renunciandum huic legi. nu. 97.
- 20 Quid autem si dolus est dubius, an valebit renunciatio. ibidem.
- 21 Quid si mulier renuncians fuit certiorata de beneficio huius legis. nu. 98. & seq.
- 22 Quid etiam si minor renuncians non fuerit certior factus de huiusmodi beneficio. nu. 101.
- 23 Quid denique de rustico renunciante. nu. 102.
- 24 Vtrum si donans renunciauerit huic legi, intelligitur tantum respectu liberorum præsentis matrimonij, an etiam alterius futuri. nu. 103. cum multis seq.
- 25 Quid si pater donans & renuncians huic legi, omnino desperat de liberis, & tamẽ ei postea nascuntur, an sit locus huic legi. nu. 111. & seq.
- 26 Vtrum satis est donantẽ generaliter renunciare omni legum auxilio, aut aliàs sine speciali huius legis renunciatione. nu. 115. & seq.
- 27 Quid si huic generali renunciationi adiectum sit iuramentum. nu. 132. & seq.
- 28 Quid autem si citra vllam renunciationẽ appositum sit iuramentum in donatione, an propterea cessat hæc lex. nu. 164. & seq.
- 29 Quid si in donatione apposita sit clausula, vt extendatur arbitrio vel iudicio sapientis, an notarius possit apponere renunciationem huius legis. nu. 174.

In verbo, libertis. pag. 47.

- 30 **V**trum hæc lex habeat locum in donatione facta liberto tantum, an etiam cum sit extraneo in dicto verbo, libertis. nu. 1. & multis seq. vsque ad nu. 74. inclusiue.
- 31 Vtrum hæc lex sit exorbitans. nu. 19. & multis seq. vsque ad 26. inclusiue.
- 32 Vtrum proprie & strictè sit intelligenda, & ita restringenda, an verò sit extendenda ad alium casum nu. 26. 27. 30. 61. & in verbo, reuertatur.

MATERIARVM ET QVÆSTIONVM.

- ueratur. nu. 34. & 2. seq.
 - 33 Vtrum etiam ad alias personas possit extendi. nu. 27. 28. 29. 30. 62.
 - 34 Vtrum sit fauorabilis, an odiosa. nu. 61. & alibi sæpe.
 - 35 Quid si pater donat filio, an natis aliis liberis reuocetur donatio, & quid & quantum reuocetur. nu. 75. & duobus seq.
 - 36 Quid si facta sit filia quæ ex statuto non debet succedere patri. nu. 78.
 - 37 Quid si filio emancipato. ibidem.
 - 38 Quid si ecclesiæ aut alteri pia causa. nu. 78. & multis seq. vsque ad 91. inclusiue.
 - 39 Quid si magno cuiusdam amico. nu. 92. & multis seq. vsque ad nu. 106. inclusiue.
 - 40 Quid si fratri aut aliis coniunctis personis. nu. 92. iunctis seq. Et iis quæ scribuntur in verbo, susceperit liberos. nu. 266.
 - 41 Quid si viro aut vxori. nu. 108. & multis seq.
 - 42 Quo tempore considerata est præsumpta ac verisimilis mens donantis, vtrum scilicet donauisset, an non donauisset, si cogitasset de liberis, vt sit, vel nõ sit locus nostræ legi. nu. 110. Et iterum in verbo, omnia vel partem aliquã. nu. 34. & in verbo, susceperit liberos. nu. 161. & multis sequentib.
 - 43 Vtrum lex nostra habeat locum in donationibus ab initio inualidis. nu. 111.
 - 44 Vtrum remedium huius sit ordinarium, an etiã extraordinarium. nu. 114.
 - 45 Vtrum competat si aliud remedium ordinarium, aut extraordinarium competat pro reuocatione donationis. ibidem.
- In glos. Patronus. pag. 80.*
- 46 **V**trum hæc lex habeat locum in muliere donante, vt in viro, ibi in princ.
- In glos. Filios non habens. pag. 81.*
- 47 **V**trum huic legi sit locus cum donans habet filios tempore donationis, vt scilicet nati post filij reuocent. ibi in princ. cum seq. vsque ad 11. inclusiue.
 - 48 Vtrum natiuitas nepotis vt filij faciat locum huic legi. nu. 12. 13. 14.
 - 49 Quid si quis cum donat habet liberos, sed ignorat eos habere, vel eos putat esse mortuos. nunc. 14. & seq.
 - 50 Vtrum filius natus tempore donationis, quem pater non ignorabat, reuocet donationem ex hac l. 16. & seq. vsque ad si. glos.
- In glos. Bona. pag. 84.*
- 51 **V**trum hæc lex habeat locum in donatione nominum & actionum. nu. 8.
 - 52 Sed quid in nominibus siue in debitis cõditionalibus, aut quorũ dies nondum cesserit. ibid.
 - 53 Quid item si quis donet emphyteusim. nu. 14.
 - 54 Quid si feudum. ibidem 15.
- In glos. Omnia, vel partem aliquam. pag. 90.*
- 55 **V**trum hæc lex habeat locum in donatione rei particularis. num. 1. & seq.

- 56 Vtrum i donatione rei modicæ. nu. 6. & seq. vsque ad 31.
- 57 Vtrum in donatione quæ sit intra dimidiã partem omnium bonorum, & sequen. præsertim 13. 23. 32.
- 58 Vtrum relinquatur arbitrio iudicis, sit ne restanti, vt locus sit huic legi, necne. nu. 28. 29. 30. 31.
- 59 Vtrum vnus tantum filius post donationem natus æquẽ faciat locum huic legi, ac plures. nu. 28. & iterum in verbo, susceperit liberos. 226.
- 60 Vtrum item filia donanti suscepta post donationem non minus faciat locum huic legi, atque filius, in hac eadem glos. nu. 28.
- 61 Si quis plures fecerit donationes, quæ singulæ ob paruitatem non reuocarentur ex hac lege, sed si vna esset, reuocaretur, vtrum omnes, vel quæ reuocentur. nu. 33. & seq.
- 62 Si quis tantum bonorũ donet, vt locus sit huic legi, sed postea tantum aliorum bonorũ compararit, vt si ea habuisset tempore donationis, locus huic ipsi non fuisset, an reuocabitur donatio. nu. 35. & 36.

In glos. Donatione largitus. pag. 105.

- 63 **V**trum hæc lex habeat locum in venditione facta modico pretio. nu. 2. & multis seq.
- 64 Quid si talis donatio facta non fuerit animo donandi. nu. 4. 5. & 6.
- 65 Quid item si id quod excedit pretium, non tantum est, vt ob læsionem retractari possit. nu. 7.
- 66 Quid si talis cõtractus pro maiori parte esset venditio, quàm donatio. num. 9.
- 67 Quid si venditio fuerit facta minori pretio cõtemplatione alterius rei. nu. 10.
- 68 Vtrum lex nostra habeat locum in donatione remuneratoria. nu. 11. & multis seq.
- 69 An autem necesse sit in donatione dicere eam esse factam ob merita, an verò, satis est, ea verè interuenisse sine earum mentione. num. 70. & seq. vsque ad 78.
- 70 Quid autem si donatio excedit merita. num. 79. & seq.
- 71 Sed quid si merita non sint infra dimidiã partem rei donatæ. nu. 81. 82. 83.
- 72 Quid si nobilis est is qui remunerat. num. 84. 85. & 86.
- 73 Vtrum sufficiat generalis meritorum mentio. nu. 87. cum seq. vsque ad 99.
- 74 Vtrum verò & specialis satis sit. vbi supra.
- 75 Quid si iuramentum interuenierit in assertionem meritorum. nu. 88. & 89.
- 76 An saltem meritorum mentio operetur, vt non exigatur tam certa & exacta probatio. numero 100. 102.
- 77 Quid si fuerit facta in instrumẽto quod garantigiatum appellant. nu. 103. & seq.
- 78 Vtrum sufficiant seruitia obsequialia, aut alia quæ de iure debentur. 106. & 107.
- 79 Quid si huiusmodi seruitia fuerint diuissimè impensa, cum magna cura & graui sollicitudine, atque etiam in graui & longa ægritudine. num. 108.

TABVLA PARTICVLARIS

- 80 Quid si fiat donatio ob seruitia vel merita futura. nu.109.
- 81 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione mutua, in qua vterque capir. nu. & seq.
- 82 Quid autem si ea fuerit facta diuersis temporibus. nu. & seq.
- 83 Sed quod tempus eas ita disseparat, vt diuersæ donationes sint, nec vna & ea mutua reputetur, & ita non sit locus nostræ legi. nu. & seq.
- 84 Quid autem si sit inæqualitas rerum mutuo donatarum. nu. 122, 123, 124, 125.
- 85 Vtrum hæc lex habeat locum in donatione reciproca, in qua alter tantum ex incerto euentu capere potest. nu. & seq.
- 86 Sed quid si sit dispar spes capiendi, quia alter sapius aut iuuenis, alter ægrotus & senex. numero 134. & 135.
- 87 Quid item si bona vtrinque non sint æqualia. nume. 137.
- 88 Vtrum lex nostra obtineat in donatione onerosa. nu. 139, 140.
- 89 Vtrum in quavis donatione ob causam, cum multis seq. & iterum nu. 188.
- 90 Sed quid si causa non excludit liberalitatem. nu. 145, 146, 147.
- 91 Quid in donatione quæ fit in præmium emancipationis. nu. & seq.
- 92 Quid si donatio excedit causam ipsius. nu. 148, 149, 150.
- 93 Vtrum lex nostra habeat locum in donatione tacita vel præsumpta aut etiam ficta. nu. 151. & seq. vsque ad 170. inclusiue.
- 94 Vtrum in remissione vel renunciatione rei aut debiti vel iuris quæsit. nu. cum multis seq.
- 95 Vtrum in remissione iuris nondum quæsit. nume. 180. & seq.
- 96 Vtrum in remissione commissionis feudi. numero 183.
- 97 Vtrum in remissione pœnæ. ibidem.
- 98 Vtrum in renunciatione donationis nondum acceptatæ. nu. 186.
- 99 Vtrum in renunciatione successionis futuræ. nume. 187, 188.
- 100 Vtrum in remissione non gratuita. nu. 189.
- 101 Quid si partim est gratuita, partim non gratuita. ibidem.
- 102 Sed vtrum in dubio præsumatur gratuita, necne, vt sit locus, vel nõ sit huic legi. nu. 190, 191.
- 103 Quid in renunciatione quæ fit ad eius commodum à quo res renunciata prius prouenerat. nume. 192, 193, 194, 195.
- 104 Quid in renunciatione iuris non liquidi. nume. 196. & seq. vsque ad 201.
- 105 Quid in remissione vsurarum iam solutarum. nume. 202.
- 106 Quid in renunciatione litis. nu. 203. & sequent.
- 107 Quid in renunciatione siue remissione pignoris vel hypothecæ. nu. 209.
- 108 Quid in renunciatione, siue remissione quartæ. numero 210.
- 109 Quid in remissione vsusfructus. nu. 211.
- 110 Vtrum lex nostra habeat locum in re habita pro derelicto. nu. 213. & 214.
- 111 Vtrum in pacto lucrandi dotem. nu. 216. cum multis seq.
- 112 Vtrum in remissione huius pacti vel statuti etiam id lucrum deferentis. nu. 239.
- 113 Vtrum in donatione quæ fit ab extraneo ad donandam puellam. nu. 240, 241, 242, 243.
- 114 Vtrum in donatione quæ fit à patre causa dotis. nu. 244.
- 115 Vtrum item in donatione propter nuptias facta à patre. ibidem.
- 116 Quid si fiat ab extraneo. ibidem.
- 117 Vtrum in donatione causa mortis. nu. 245. cum multis seq.
- 118 Vtrum in legatis. nu. 259. & multis seq.
- 119 Vtrum in adoptione. nu. 274.
- 120 Vtrum in legitimatione quæ fit ex matrimonio. nu. 275. & 276. iunctis seq.
- 121 Quid in alia quæ fit per rescipitum. nu. 277. & multis seq.
- 122 Quid in ea quæ fit per oblationem. ibid. & præsertim. nu. 306, 307, 321, 322.
- 123 Et si reuocetur legitimatio ex hac lege, an etiã reuocetur quantum ad statum personæ. nu. & seq.
- 124 Et quid si legitimus qui reuocauit, postea moriatur. nu. 320.
- 125 Vtrum libertas data seruis reuocetur ex hac lege. nu. 323. cum multis seq.
- 126 Quid in publicatione bonorum. nu. 332.
- 127 Quid in iis quæ ludo amittimus. nu. 354.
- 128 Quid in concessione feudi. nu. 335. & seq.
- 129 Quid si quis scienter soluit indebitum. nu. 342.
- 130 Quid cum quis donationi rei suæ consentit. nu. 343. & seq.
- 131 Quid in confessione facta sine causa in iudicio. nume. 352.
- 132 Quid in donatione iuris patronatus. nu. 353. & sequent.
- 133 Quid in donatione rei alienæ. nu. 357. & seq.
- 134 Quid in venditione ita facta, vt quod pluris valeat res quam pretium, id ipsum venditor donet. nu. 359.
- 135 Vtrum & hæc lex habeat locum cum quis donando aut renunciando facit quod aliàs fieri solitum est. nu. 361.

In glos. Et postea. pag. 171.

136 **V**trum hæc lex procedat siue confestim post donationem, siue longo post intervallo natus est filius, per totam eam glos.

In glos. Susceperit liberos. pag. 178.

137 **V**trum sit locus huic legi in adoptato filio. nu. 2. & multis seq.

138 Sed quid si donans habebat filium adoptiuum, quem falso rumore putabat esse mortuum, nu. 18, 19, 20, 21, 22.

139 Quid item si post donationem precibus & rogatu donatarij aliquæ adoptarit. nu. 22, 24, 25.

140 Vtrum hæc lex procedit in filiis spiritualibus, quos ex sacro fonte leuamus. nu. & seq.

141 Vtrum monasterium quod donans ingreditur, reuocet ex hac lege. nu. 42. & multis seq.

142 Vtrum saltem reuocet vsque ad legitimum bonorum subsidium. nu. 48.

143 Vtrum

MATERIARVM ET QVAESTIONVM.

- 143 Vtrum alumni, quos scilicet educant nutrices, aut alij tanquam patres aut matres reuocent. nume. 49. & seq. vsque ad 55.
- 144 Vtrum generaliter ficti & improprij filij reuocent, ex multis locis in quibus superiores quæstiones tractantur, præsertim nu. 24, 43, 45, 54.
- 145 Vtrum filij naturales faciant locum huic legi. nume. 56. & seq.
- 146 Quid autem in naturalibus filiis matris donantis. nu. 62. & seq.
- 147 Quid in naturalibus legitimatis, vtrum & ipsi reuocent. nu. 64.
- 148 Sed quid in legitimatis per matrimonium. nu. 71. & seq.
- 149 Quid si matrimonium contractum fuerit in articulo mortis. nu. 73. & seq.
- 150 Quid si legitimantur mortuo donante. nu. 76.
- 151 Sed vtrum in dubio præsumatur hic donans cogitasse de legitimatione. nu. 95.
- 152 Quid autem de nato & legitimato post donationem. nu. 100.
- 153 Vtrum filia quæ non succedit, reuocet ex hac lege. nu. 101. cum multis seq.
- 154 Vtrum saltem eatenus reuocetur, quatenus dos illius ob huiusmodi donationem diminuta est. nume. 138.
- 155 Vtrum qui exfecto ventre editur, reuocet, vt aliter natus. nu. 139. & seq.
- 156 Vtrum infans qui adhuc in ventre est, reuocet, ac si iam natus esset. nu. 144. & multis seq.
- 157 Sed quid si caput saltem, aut aliud corporis membrum exierit extra vterum, & ille interim moritur. nu. 156. & seq.
- 158 Quid item si nascitur inciso aliquo membro, quod forte impediēbat partum nasci. nu. 160.
- 159 Quid si filius post integram natiuitatem postea ante patrem moritur. nu. 161. & multis seq.
- 160 Quid saltem si illico post natiuitatem moritur. nu. 167. & multis seq.
- 161 Quid autem si fœtus natus post donationem sit abortiuus, non tempestiuus, nec vitalis. nume. 205. cum seq.
- 162 Sed quando dicatur esse tempestiuus & vitalis, vt faciat locum huic legi. nu. 210.
- 163 Quid si pater post natiuitatem filij diutius vixerit, permiseritque donantem re donata frui, nec declarauerit mutationem voluntatis. nu. 211. & multis seq.
- 164 Vtrum hæres poterit reuocare vi huius legis ibid. & in verbo, reuertatur. nu. 300, 301. & 302.
- 165 Quid autem si filius post donationem legitimatus moriatur, an eodē iure res censeri debeat, ac si legitimatus post donationem natus moreretur. nu. 225.
- 166 Vtrum locus sit, nostræ l. si vnus tantum filius nascatur. nu. 226. cum multis seq.
- 167 Vtrum natiuitate filiorum donatarij reuocetur donatio, quæ post mortem ipsius donatarij ad alium erat peruentura. nu. 264.
- 168 Vtrum sit locus huic legi in omnibus liberis, siue ex præfenti vxore, siue ex futura. nu. 167.

In glos. Totum. pag. 234.

169 **V**trum totum reuocetur ex hac libi per totum, & rursum in glo. in verbo, quicquid

In glo. Reuertatur. pag. 236.

- 170 **V**trum ipso iure reuocetur donatio in casu legis nostræ, ibi in princ. cum multis. seq.
- 171 Vtrum donans poterit rem ipsam natis liberis vindicare, ibi in princ.
- 172 Quid autem cum reuocatur donatio vsque ad legitimam, scilicet cum facta est vni ex liberis, aliis postea liberis natis, an ipso iure fiat ea reuocatio. nu. 3.
- 173 Quid item si fiat à liberis iam à tempore donationis natis, & nõ ignoratis à patre, aut etiã ab iis qui postea nati sunt, de quibus pater cogitabat, tamen reuocatur donatio, quia est inofficiosa, an ea reuocatio etiam fiat ipso iure. nu. 3.
- 174 Vtrum constitutum appositum in donatione etiam reuocetur ex hac lege. nu. 2.
- 175 Sed vtrum reuocatio hic fiat ipso iure tum demum si pater velit & declarauit, & non aliàs, nec ante declarationem. nu. 10. & multis seq.
- 176 An autem sufficit huiusmodi declarationem tacite fieri. nu. 11.
- 177 Vtrum natis liberis fructus statim debeant restitui donanti, à tempore scilicet natiuitatis. nu. 268. cum multis seq.
- 178 Sed & vtrum fructus percepti ante natiuitatem debeant restitui. nu. 275. & seq.
- 179 Vtrum saltem donatarius cõpensabit sumptus necessarios cum fructibus, an verò & hos integros recuperabit. nu. 283. & 2. seq.
- 180 Vtrum & hæc lex habeat locum in foro conscientie. nu. 291. & seq.
- 181 Vtrum auxilium huius legis competit aduersus hæredes donatarij, cum donas viuentem donatario non declarauerit suam de reuocatione voluntatem. nu. 296, 297, 298, 299.
- 182 Vtrum donatarius post natiuitatem liberorum donantis potest rem alienare. nu. 324. & seq.
- 183 Sed quid si ante natiuitatem alienauerit, an poterit donans ab illo tertio rem sibi vindicare. nume. 325. & seq.
- 184 Sed an hoc casu, poterit hic tertius à donante qui ei rem vendiderat, aut aliter alienauerat, pretium aut aliud quod pro ea re dederat, recuperare. nu. 329.
- 185 Sed an saltem id recuperabit emptor à venditore. ibidem.
- 186 Quid autem si donatarius nõ eam rem alienauerat, sed pignora uerat, an reuertatur res libera ab eo pignore, an verò maneat obligata, numero 330.
- 187 Vtrum & donatarius post natiuitatem liberorum donatis possit de re donata testari. nu. 331.
- 188 Vtrum donans statim natis sibi liberis possit rem donatam alteri concedere ignorante ac non vocato donatario. nu. 335. & 343.
- 189 Sed & vtrum possit post natis liberis re ipsam propria auctoritate occupare. nume. 343, 344, 377. & sequentib. vsque ad nu. 443.
- 190 Vtrum si alius quispiam rem ipsam donatam detineat natis donanti liberis, & sic reuocata donatione poterit ne nihilominus donatarius agere contra hunc detinentem, an verò detinens eum poterit huius reuocationis exceptione submouere. nu. 354. & vsque ad n. 365.

191 Vtrum


- 191 Vtrum liberatur subditi ei iura rei donatæ soluentes post natos donanti liberos. n. 365. & seq.
- 192 Vtrum subditi ratione rei donatæ possunt se ab eius obedientia subtrahere post natos donanti liberos. nu. 366 & sequen.
- 193 Vtrum præscribatur à donatario reuocationi leg. nu. 388. & multis seq.
- 194 Quod autem tempus requiratur ad huiusmodi præscriptionem. nu. 395. & 396. *In glos. Eiusdem donatoris arbitrio. pag. 305.*
- 195 Vtrum reuocatio quæ fit ex hac lege, fit statim natis liberis, non expectata morte donatoris. nu. 1. & 2.
- 196 Vtrum pater teneatur rem ipsam donatam reuocatam natis liberis referuare, an vero de illis libere possit disponere. ibid.
- 197 Vtrum autem filius poterit reuocare patre viuo. nume. 3. *In Fine. pag. 306.*
- 198 **S**I in donatione promissum fuerit eam non reuocatum iri sub pœna ceterum auctorum, vtrum si natis liberis velit donator reuocare, committitur pœna. nu. 1. 2. & 3.
- 169 Quid autem si quis pro alio qui non habet liberos, eius nomine donauerit, & sub pœna promiserit ratum illum habiturum, qui tamen natis sibi postea liberis noluit ratum habere, an ille tenebitur ad pœnam. nu. 4. 5. & 6.
- 200 Sed quid si is cuius nomine alter donauit, susceptus à se liberis ratificat, an nihilominus sit locus huic legi. nume. 7.
- 201 Quid autem si filius nullos habens liberos donat nomine patris, promittens illum ratum habiturum, posteaque pater ratificauit, deinde filio nascuntur liberi, an reuocetur donatio ex hac lege. nu. 8. & 9.
- 202 Quid si statutum sit aut conuentum, vt donatio pleno iure valeat, an ex hoc impediatur reuocatio ex hac lege. nu. 9. 10. & 11.
- 203 Vtrum hæc lex habeat locum inter Iudæos. num. 12.

TABVLA GLOSSARVM.

<i>Titulus.</i>	<i>pag.</i>	<i>1</i>
<i>Præfatio.</i>	<i>pag.</i>	<i>2</i>
<i>Si.</i>	<i>pag.</i>	<i>46</i>
<i>Libertis.</i>	<i>pag.</i>	<i>47</i>
<i>Patronus.</i>	<i>pag.</i>	<i>80</i>
<i>Filios non habens.</i>	<i>pag.</i>	<i>81</i>
<i>Bona.</i>	<i>pag.</i>	<i>84</i>
<i>Omnia, vel partem aliquam.</i>	<i>pag.</i>	<i>90</i>
<i>Facultatum.</i>	<i>pag.</i>	<i>104</i>
<i>Donatione largitus.</i>	<i>pag.</i>	<i>105</i>
<i>Et postea.</i>	<i>pag.</i>	<i>171</i>
<i>Susceperit liberos.</i>	<i>pag.</i>	<i>178</i>
<i>Totum.</i>	<i>pag.</i>	<i>234</i>
<i>Quicquid.</i>	<i>pag.</i>	<i>236</i>
<i>Reuertatur.</i>	<i>pag.</i>	<i>eadem</i>
<i>In eiusdem donatoris arbitrio.</i>	<i>pag.</i>	<i>305</i>
<i>In fine.</i>	<i>pag.</i>	<i>306</i>



IMPP. CONSTANTIVS
ET CONSTANS A. A. AD
ORPHITVM P. V.



Rubrica.

IVNC nostræ I. titulum ita emendauimus ex Codice Theodosiano, in quo hæc eadē l. adscribitur sub eadem rubrica, vt nostri non ineptē cum Paulo iurisconsulto, in l. 2. §. recuperandæ. ff. de interd. & Persio appellat, scilicet de reuo. dona. cum tamen in nostris Codicibus, qui circumferuntur, ita vbique is titulus scribatur, IMP. CONSTAN. A. AD ORPHITIVM P. V.

Constans PHITIANVM. Fuere autem Constantius & Constans filij Constantini imperatoris, simulque post patrem imperauerunt, vt videre licet ex Aurelio Victore, Eutropio, & cæteris imperatorum descriptoribus. Fuitque etiam eorum tempore Orphitus, vt tradit Ammianus Marcellinus, qui hæc de eo scribit lib. rerum gestarum 14. Inter hæc Orphitus præfæcti dignitate regebat urbem clarē: nam vltra modum delatæ dignitatis sese efferens insolenter, vir quidem prudens, & forensium negotiorum oppido gnarus, sed splendore liberalium doctrinarum minus quam nobilē decuerat, institutus. Idem lib. 16. & seq. meminit secundæ Orphiti præfecturæ. Ex quibus facile potes intelligere, quid illæ literarum notæ, P. V. in tit. nostræ legis positæ significant, nempe, Præfectum Urbis. Quamquam Valerius Probus harum rerum obseruator diligentissimus, non literis simplicibus id significari tradit, sed iis P. R. E. V. R. B. vel etiam iis, P. R. E. V. R. B. Verum aut tempus id, vt cætera propè omnia, immutauit, aut fortè librariorū incuria, quibus non admodum curæ fuit has antiquitates ita exactè obseruare, quæ sibi parum vtilis videbantur. Cæterum si literis inuestis ita scriptū fuisset, V. P. aliud significasset, videlicet Virum Perfectissimum vt apertè declarat Eumenius Rhetor in oratione quā pro instaurantis scholis ad Præsidentem Galliæ habuit, in qua eum virum perfectissimum sæpius appellat, nunc præscriptis tantum notis, nunc etiā extensis. Est autem Perfectissimatus (ne & id ignores) species quædam dignitatis, de qua & nos titulum peculiarem habemus, de perfectissimatus dignitate, lib. 12. Cod. vbi hoc optimè & sciētissimè, vt semper aliàs, declarat Andr. Alciat. & iterū in libro disputationum 3. c. 4. atq; etiam Frac. Purp. in l. 1. col. 32. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. traditque Ammianus lib. 21. Constantium, cuius hæc l. est, magno in tribuendis celsioribus dignitatibus impendio fuisse parum, nec sub eo ducentem quæquam cum claritate prouectum fuisse. Erant enim, vt mox subdit, perfectissimi.

P. V. quid significant.

V. P. quid significent.

Perfectissimatus.

Orphiti plurimi.

perfuncti lib. 13. Sed & lib. 20. scribit Aquilium Regulum in summū odium extulisse subuersam Crætorum & Orphiti domum. Memorat & Suetonius tum in Nerone tum in Domitiano, Saluidienum Orphitū: & eundē quoque, nisi me fallit coniectura, Philostratus in Apollonio lib. 8. non semel & iterū lib. 8. & Plin. lib. 7. c. 5. Orphitum Clarissimum ciuē Vestilię virū. & Cassiodorus in consulisbus Ro. vbi dicit Traianū & Orphitum fuisse Consules primo anno Neruæ, & Iulius Capitolinus in Antonino Pio Orphitum & ipsum præfectum urbis, cum dicit, Successorem Viuenti bono iudici nulli dedit, nisi Orphito præfecto urbis, sed perenti. Et in Antonino philosopho vel eundem, vel alium eius nominis, quem dicit fuisse adulterum Faustine uxoris ipsius Antonini, & tamen eum ad varios honores ipsum Antoninum promouisse. Et Aelius Lampridius in Commodio Antonino memorat Maximum & Orphitum Consules, arque etiam Orphitum & Ruffum, quibus Consul factum est. S. C. Orphitanum ab ipso Orphito ita dictum, vt scribitur in §. 1. Instir. ad S. C. Orphit. Id quod fortè anam præbuit nostris librariis, vt hęc etiam Orphitanum pro Orphitum scriberent. Sed & Trebellius Pollio & Cassiodorus in consulisbus Roma. imperij in Secundo Claudio Orphitū quoque Consulem cum Acinao Atticiano, aut vlij scribunt, Antiochiano memorat, de quo etiam in l. 2. C. de diuer. rescri. Et legimus alium Solennem Orphitū Consulem fuisse cum Priscino, aut vt alij legunt Prisco, sub Traiano imperatore. & Apuleius lib. 3. Floridorum, Scipionem quendam Orphitum, & Galenus, vt id quoque obiter dicam, lib. 7. de compositione pharmacorum *lib. 7. v. 11.* non semel, Orphitum quempiam medicum. Ex quibus plane potes intelligere, super ea quæ ex Marcellino adduximus de hoc nostro Orphito, fuisse familiam Romæ antiquam & nobilem Orphitorum: ideoque & titulum illum Theodosiani Codicis ad Orphitum, verisimiliorem esse ac probabiliorē, quam illum nostrorum Codicum, ad Orphitanum, cuius nomen non adeo frequēs est: præsertim cum habeamus & aliam legem ipsius Constantij ad Orphitum, videlicet l. 1. C. de quadr. præscrip. Ex quibus, ne & hoc interim præmittam, planè liquet nostram hæc l. nō esse parui momenti, quæ scripta sit ad Orphitum maximæ dignitatis ac vetustissimæ nobilitatis virum.

Orphitus medicus.

A. A. quid significant. C. C. item Augusti. Cæsares.

Denique quod ad nostrum titulum etiam pertinet, illud quoque te scire volumus, lector, illas illius notas A. A. Augustos significare, sicut C. C. Cæsares. Ille enim literæ singulares ponuntur, cum sunt vnus impetatoris verbi gratia, Impera. Constantin. A. & C. id est Augustus & Cæsar. De qua re loco opportuniore dicemus, videlicet in nostro tractatu primigeniorum, q. 17. in 4. opin. quo etiā in loco declaramus qui Augusti, qui Cæsares dicebantur, alterum enim altero maius est, & augustius, vt inibi videre poteris. Neque enim in huiusmo-

di rebus diutius immorari ducimus. Audi igitur nostram legem.

Si unquam liberis patronus filios non habens, bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur, in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum.

P R A E F A T I O .

Huius l. commentaria pto.



Hanc l. notab. simul & sing. dicunt Bar. & Salyc. hic. Sed & sing. quoque Imo. in l. filio preterito, col. 1. vers. pro hoc etiam facit ff. de iniust. testa. & Barb. consil. 60. cuius initium est, illud adferam in medium, col. 5. versic. tertio faciat, lib. 2. & Soci. consil. 295. in causa contra filios, col. 3. ver. circa secundam difficultatem, lib. 2. & Franc. Curt. senior con. omnium primo, col. pen. & las. in l. cum acutissimi, col. 2. versic. eodem modo si quis. C. de fideic. & consil. 230. factum sic se habet, col. 1. versic. sed premisis, lib. 2. & nouissimè Nicol. Eueraldus in locis legalibus, in loco a verisimili, col. 1. Ideoque eam commentandam interpretandamque duximus, praesertim cum non admodum copiosè à multis hactenus vno in loco tractata fuit, vt non immeritò in mentem veniat illud Vergil. lib. 1. Aeneid,

Apparent variantes in gurgite vasto.
Quamuis vsus ipsius multum frequens sit, ac penè quotidianus, ob idque plenius attingi, tractarique debuit, ex sententia Pauli Iurisconsulti in l. legauit, ff. de liber. lega. quam approbat Barto. in l. post contractum, col. 1. ff. de donat. In qua re non eam commentationum formulam sectabimur, à qua vel transerimus (quod dicitur) vnguem discedere nostris legum interpretibus veluti religio est. Nam statim primo loco ponunt summarium, quod appellant. Secundo notabilia, vt & ipsi vocant. Deinde glossarum interpretationem. Postremo alias quaestiones ad negotium pertinentes. Nos verò verba l. nostrae suo quoque ordine assumemus, quae commentatione indigere videbuntur.

Qua praemittuntur sequentia praestant euidentionem intellectionem.

2. Primò tantum loco rationē l. nostrae & eius apēdices adscribemus, quò cætera facilius intelligantur. Nā vt scribit Bald. in rub. C. de ser. fugit, saepe ea praemittuntur, quae sequentium praestant euidentionē intellectu. l. 1. ff. de orig. iur. & l. 1. ff. si cert. per. Sed illud tamen primū te admonitū velim, lector amantissime, cū has cōmentationes nostras adornassem ad praelum, ac non pauci Parisienses librarij, qui eas viris doctissimis iam ab hinc prope quinquēniū videndas praebuerant, precibus ac pollicibus ingentibus à me efflagitarent sibi imprimendas cōmitti (neque enim praecipitare editionē, sed ex praepro Horatij nonū in annum differre animus fuit, quòd alias protestatus sum) ecce me incautū, nihilq; tale meruentem arripit febris quartana, morbus omnium vt longissimus, ita grauius, etiam si eum sōnticum esse negauit Iulianus nosster, atque etiam, si diuis placet, laudauit Phauorinus: meque duos plus minus annos vexat, mēpratumque veluti dilaniat. Interimque eduntur in eam ipsam l. nostrā, Franc. Rip. comment. & doctissimi quidem, & locupletissimi, neque enim alij ab eo viro edipoterunt. Veruntamen ab hac editione nostra, postquā ita amicis meis visum est, non ob id destitit, nihil veritus, ne qui vtranque legerit, me compilationis alienae hereditatis in simulet: nam etsi eisdem vterque locos, vt res ipsa exigit saepe tractamus, crassior tamen est inter nos quā inter Piramum & Thibem paries. Tu lector optime, lege & iudica.

Legis nota

3. Igitur vt in scenam tandem prodeamus. Nemo nescit omnes prope legum interpretes huius legis

rationem & veluti fundamentum ponere in amore affectuque parentum in liberos, quos si futuros sibi prauiderent aut cogitassent, ipsi verisimiliter aliis non donauissent, ne exteros liberis & posteritati suae anteponere viderentur. Ob idque censentur existimanturque ea lege donasse, vt si liberos postea susceperint, irrita maneat donatio, ar. eius quod in nō longè dissimili casu scribitur in l. cum auus, ff. de condi. & demon. & in l. cum acutissimi. C. de fideic. & in l. generaliter. §. vlt. C. de instit. & subtit. Quibus cautum est, quòd si quis filium nepotēve hāredem instituerit, ac iusserit illum post mortem ipsius alteri restituere: hoc ita videtur intelligere, coniectura pietatis, si filius ipse aut nepos institutus liberos non reliquerit, nec videatur alienas successiones propriis anteponere. Quarum legum autoritate subnixus Bart. consil. 68. cuius caput est, proponitur quòd Ioannellus, col. 1. pulchrè & not. respondit videri praesumique simulatā venditionem, quam quis alteri fecit de maiori parte bonorum certo quodam precio, quod se ante recepisse confessus est, quae quidem bona empor postea iure legati reliquit filio venditoris, praetermissis propriis liberis. Neque enim inquit Bar. praesumendum est, si verè emisit, quòd extraneo reliquisset, sed potius suis ipsius liberis, ar. d. l. Quòdque in alio non minùs memorando casu traditur in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. subtit. Qui filium impuberem mutuum habebat, impetrauit à principe, vt mutuo substituere ei liceret, & Titium substituit: mutus autem ille filius recuperata valetudine post mortem patris vxorem duxit, ex eaque filium suscepit; rumpitur ea substitutio natiuitate filij, nec enim verisimile est, aut patrem, qui impetrauit, aut principem, qui permisit, de hoc casu cogitasse, vt eum qui postea nasceretur, exheredaret. Et in l. pen. ff. de iure codicil. vbi qui vnicum filium suscepit, quadam in codicillis reliquit, postea alium filium suscepit, prior filius pro virili relicta soluere compellitur, non etiam natus post codicillos. Et in l. 3. ff. de inoffi. testa. vbi si quis post conditum testamentum filium suscepit, nec ei testamentum mutare licuerit morte inopinata praevento, intelligitur postremum filium cum cæteris ante testamentū natis pro virili instituisse, quam l. sing. dicit Bald. ibi. Huc quoque respicit tex. in l. sicur certi, & in l. cum vel in vtero. C. de testa. milit. vbi preteritio filij posthumi vel iam nati scienter à milite facta, pro exheredatione est, ideòque valet testamentū. At si ignoranter facta fuerit, quoniam filium mortuum falso more putabat, aut vxorē pręgnantē nesciebat, minimè valet testamentum, tanquam sit verisimile, non alios eum instituisse, quā liberos, si eos habere, aut habiturūse fuisse cogitasset. Et quod pulchrè scribitur in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. quòd si pater dotans filiam, quam vnicā habebat, pactus sit dorē fratri suo, quem hāredē sibi destinauerat, restitui, si sine liberis filia moreretur, & ipsa postea liberos suscipiat, dos illis, non fratri ex mente patris restituenda est. Ex quo not. Bald. in §. not. presumi hominis mutatum consilium, propter liberos postea susceptos, quod dicit esse mente tenendum. Et postea in fin. trahit post Guliel. Cu. in at. ad quaestionem de eo, qui cum nullos haberet filios, quadam tradidit fratri, aut alteri coniunctae personae, vt talis donatio reuocetur susceptis postea liberis. Sed & Albertus ibi ex eo text. dicit, quòd si quis nullos habens liberos quadam emasc, aut aliàs acquirat nomine fratris, si postea ei nascuntur liberi, reuocantur huiusmodi conquestus ad commodū liberorum. Quin generalius gloss. not. ex illo tex. asserit id esse seruandum, licet non sit dispositum, quòd virisimile est fuisse dispositum, si id questum fuisset. de quo postea latissimè tractabimus versic.

36. incip. inter tam multa vbi videre poteris. Denique huc spectat & tex. in c. 1. tit. de duob. fratrib. à cap. in ue. quem ibi not. Bal. & hinc occasio sumpta dicit sing. text. in d. l. tale pactum. §. vlt. vti etiam facit in d. l. cum acutissimi, col. 1. & in rub. extra de pact. col. vlt. versic. transfertur pactum.

4. At hic in nostra l. vt ad eam tandem veluti longè postliminio redeamus, verisimile est donatē, si donando interrogatus fuisset, aur etiam vltro cogitasset de futuris liberis, aut nō omnino donauisse, aut si donasset, eandem legem donationi, vt supra diximus, apposuisse, si liberos non susciperet: alioquin ad eos, si quos posthac habere contingeret, perueniret quòd donatum est. Nam filios ad parentum bona naturā simul & parentum ipsorum vorum admittit. l. scripto. in fi. ff. vnde lib. & l. de emancipatis. C. de legit. hāred. & omnia que nostra sunt, liberis nostris paramus. l. pen. §. pen. ff. de bonis libe. cum aliis multis, quae haud multo post adferemus. Vnde & illud Homeri lib. Iliad. 5.

Βῆ δ' ἔπειτ' ἔδιδοντε θανάτῳ φιλόντοιο, ἵτε ἀμφο τὴν ἑρτίον. ὁ δ' ἐτίπετο γήραϊ λυγρῷ. ὕδρ' ἢ τέρε τ' ἀλλοῦ ἔπι κταταί λιπ' ἄδξ, ἐν δ' ὄρε τῆς ἐνδελξῆς, φίλον δ' ἐξείηυτο θυμῷν Ἀμφοτέροισι, πατὲρα ἢ γόνος, κῆρ κῆρ ἐα λυγρὰ δέητ' ἔπειτ' ἢ ζῶντε μάλιστα εὐνοῖσσαντε Δέκατο, χηρῶσι δ' ἔδξ κῆρῶν διατέοντο.

Quibus apertè insinuat Homerus diuini ac humani iuris peritissimus, bona parentum filiis destinari ac deueneri, eosque admodum angiac cruciari, si extraneis illa relinquere cogantur. Ex quo etiam laudatur Hadrianus imperator, qui, vt tradit Spartianus, ignotorum hāreditates repudiauit: nec notorū accepit, si haberent filios. Et Domitianus alioqui pessimus imperator, relictas sibi hāreditates ab his quibus liberi erant, nō recepit, vt testis est Suetonius in vita illius, c. 9. Vt iam non mirum videatur, si Antoninus Pius imper. optimus hāreditates quoque eorum qui filios habebant repudiauit, auctore Iulio Capitolino in vita illius. Et si Pertinax professus sit nullius se aditurum hāreditatem, quae aut adulatione alicuius delata esset, lite perplexa, vt legitimi hāredes, & necessarij priuarentur.

5. Sed antequam vterius progrediamur, illud dicere volumus, hanc quam diximus rationem huic l. inter plerosque omnes assignasse Accurf. Bald. & Ang. hic. Dy. Bart. Bald. Imo. & Paul. Cast. in l. Titia Scio. §. imperator. ff. de legat. 2. Old. consil. 238. hoc exordium, cum mulier donatrix. & consil. 278. licet quantum ad clausuales, col. 2. versic. ad tertiam quaestionem. Iac. Bur. Bartol. Ang. & Raph. Fulgos. in l. si totas. C. de inoffi. donat. Cyn. Bar. & Bal. in l. 1. C. eod. rit. de inoffi. donat. Bart. in auth. ex causa. & ibi quoque Alex. & ferè omnes. C. de lib. prate. Bald. consil. 67. quidam Franc. col. 2. lib. 5. Ang. in §. siue igitur, in auth. vt cum de app. cogn. Imo. in c. cum contingat, char. vlt. versic. attende tamen quia dixit, de iureiur. & in c. vlt. col. 2. & ibi quoque Panor. de donat. Rapha. Fulgo. consil. 65. Titius coniugem, col. 1. Paul. Castren. consil. 434. quod incipit respondeo per ordinem, in 2. dubio. lib. 1. & consil. 435. cuius principium est, super hoc puncto, in prin. lib. 2. Rom. cōsi. 26. incip. pro decisione eorum, col. 2. versic. secunda fuit. Pet. Ferr. in tit. for. libel. quo agit. pro donat. in verbo, irreuocabiliter, col. 3. versic. pater ergo ex premissis. Alex. consil. 71. cuius caput est, consideratis his, post prin. lib. 4. Barb. in reper. l. cum acutissimi. col. 4. versic. quinto facit, & versic. 7. faciat, & alibi saepe. C. de fideicom. Corn. consil. 11. quod incipit, in praesenti consultatione, col. 3. ver. nec videtur refragari, & iterum col. 9. versic. insuper si praedicta, lib. 3. & consil. 194. cuius exordium est, videtur in praesenti consultatione, col. 1. eod. lib. 3. & consil. 206. viso su-

praedicto themate, col. 7. versic. sed circa portionem, eo. lib. 3. & consil. 30. incip. in hac consultatione, col. 2. versic. his tamen non obstantibus, lib. 4. Soc. consil. 147. hoc initio, visa facti contingentia, col. 5. versic. circa tertia, lib. 1. & consil. 126. incip. visum fuit, col. 3. & alibi saepe in eo. con. lib. 3. & consil. 93. cuius principium est, testamentum praemissum, col. 4. versic. praeterea interpretatio. & iterum col. 5. versic. sexto loco, lib. 4. las. consil. 154. in causa mota per Iac. col. 2. lib. 2. & consil. 230. factum sic se habet, col. 3. eod. lib. 3. & ferè omnes doctores (quod iam supra diximus) de hac re loquentes.

6. Hinc dicunt plerique omnes, quòd donatio ab eo facta, qui caret liberis, intelligitur habere tacitā hanc conditionem, si donans non susceperit liberos: vel vt reuocetur, si donans postea liberos susceperit. Et propterea si aliquos suscipiat, existente conditione; reuocatur donatio ex hac l. nostra. Ita nuncupatim voluerunt Bar. Albe. & Bal. in vtraque lec. hic idem Bar. in d. l. 1. col. 2. C. de inoffi. donat. & in d. l. si totas, & ibi quoque Ang. Fulg. & Paul. Cast. eo. tit. Oldr. in duobus consil. supra alle. Ioan. And. in add. Spec. tit. de dona. col. 2. Iaco. But. & Bald. in d. l. Titia Scio. §. imperator. ff. de leg. 2. idem Bal. in d. l. cum acutissimi, col. 1. C. de fideic. & consil. 215. punctum quidam donauit. l. 5. Col. in d. c. vlt. col. pen. versic. sed nunquid ille. de dona. Rom. consil. 194. incip. in proposita quaestione. col. 3. versic. secundo quia praesens, & col. seq. versic. nec secundo refragatur. & consil. 269. non est dubium, in prin. Pau. Cast. d. cōsi. 335. lib. 2. Pet. Ferr. quo loco nuper citauimus. Corn. d. consil. 11. col. 9. lib. 3. & d. consil. 194. col. 1. eod. lib. 3. & d. consil. 30. col. 2. lib. 4. Barb. in repe. d. l. cum acutissimi, col. 42. versic. nota quòd consil. Fran. Curt. cōsi. 24. quatuor dubia, in primo dubio. Soc. in rub. ff. de lib. & posthu. col. 4. versic. sed cogita, & consil. 225. visa praedicta, col. vlt. lib. 2. las. consil. 171. viso instrumento, col. 1. lib. 4.

7. Sed vt redeamus ad amorem & affectum parentum in liberos, qui l. nostrae veluti basis est, habes de eo praeter eos tex. quos supra adduximus, & alios, videlicet in l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. ibi, propter vorum parentum, & naturalem erga filios charitatem. Ex qua dicit Bald. in l. eadem. col. 3. versic. quid de patre. C. loca. quòd quemadmodum quis potest expellere colonum à domo, si eam suis vrbus necessariam probauerit, ita & si filio necessaria fuerit. Et optimus tex. in l. isti quidem. §. vlt. ff. quod met. caus. vbi dicitur nihil interesse, an in se quis veritus sit, an in liberis suis: cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur, quā in seipsis. Ex quo not. Accu. quòd pater plus diligit filium quā seipsum: sicuti etiam asserit Latinus Pacatus in Panegyrico, quem Theodosio dicit. Instituyente, inquit, natura, plus ferè filios quā nosmetipsos diligimus. Et apud T. Liuium lib. 3. ab Vrbe cond. Verginius constanter asserit sibi vitā filiae suae chariorem fuisse, si liberè ac pudicè viuere licitum fuisset. Aristoteles autem lib. 8. Ethic. cap. 12. Aequè, inquit, parentibus vita liberorum chara est atque sua. Illius autem l. autoritate subnixus Alber. Gan. in tracta. malef. tit. de quaest. & torm. col. 2. versic. nunc videndum est, monet vt si pro quopiam delicto torquendi sint pater & filius, primū torquatur filius in cōspectu patris, quòd pater ipse citius verum profiteatur, vt qui magis timeat in filio, quā in seipso, per d. l. isti quidem. Quod & idem tradit Guido Suza. in tract. de tormen. col. 3. versic. quo ordine, & iisdem quidem verbis, vt hinc possis intelligere alterum ab altero desumpsisse. Et id quoque voluit Bonif. Vitel. in tract. malef. tit. quali. sit fienda tortura. Ang. Aret. in tract. eiusdem tit. in verbo, fama publica. col. 34. versic. nunc videamus. & Alber.

in rub. C. de quaest. col. 2. versi. quid si torquendus. & Hipp. Marfi. in l. i. in princ. col. pen. ff. de quaest. §. inauditum. col. 2. versi. item adeo sunt vera. ff. de scar. Ex illo item tex. tradit Innoc. in c. cum locum. extra de sponsal. quod sicut metus in persona sua vitiat matrimonium, per illum tex. ita & in persona filij. & sequitur Card. Alex. qui dicit ita teneri communiter, ibi, col. vlt. versic. succedit quaestio. Sed & eodem tex. suffulsi Riminal. & Alcia. in l. transigere. C. de pact. scripserunt, quod cum in poenis sanguinis, non etiam in ceteris liceat transigere, vt ibi canuetur, ea scilicet ratione, quod permissum est cuique quoquo modo sanguinem proprium redimere. l. i. ff. de bo. eorum qui sibi mor. conf. Certè si filio accusato poterit iudicium ac defensionem susceperit: is aequè transigere poterit, ac si suam ipsius vitam & sanguinè redimeret. Nam & apud Quintilianum, si is est, declamatione sexta, pater ille proclamatur, O quam graue est mori: quanto grauius, quod ego viuo superstes filij mei.

8 Et hæc quidem huiusmodi exemplo comprobantur. A accusabantur pater & filius homicidij, certum enim erat alterum corū id facinus perpetrasse, sed vter iud fecisset, incertum. Carolus secundus imperator iussit filium suspendi: quod intelligens pater, vt filij à morte vindicaret, ac in se poenam conuerteret, sponte crimen confessus, ideoque suspensus est liberato filio, vt retulit è nostris Andr. Iser. in c. i. §. publici latrones, ad finem tit. de pace tenen. & Barb. qui illum citat, loco tamen non designato, in repe. c. Raynaldus, col. 43. & seq. de test. & in c. in præsentia, col. 37. de prob. & in c. i. col. 2. de commo. & in repe. l. cū acutissimi. col. 23. C. de fideicom. & Paris à Pureo in tractat. de syndicato, char. pe. & las. in repe. l. si qui pro emptore, col. 42. ff. de vfuc. & Marth. afflicti. in constit. Sicilia, incip. pacterentorum, col. pen. versi. secunda ratio. & Hippol. Marfil. in l. i. col. pen. ff. de quaest. & in l. inauditum. col. 2. versi. item adeo. ff. de scar. Ideo Bal. in l. i. in fi. C. si reat. pronin. in 2. lect. dicit quod confessus per torturam filij dicitur confessus in tormentis. Nec de sunt alia quoque patrū exempla, quos non piguit suæ vitæ iactura liberorum vitam redimere: quando & apud Quintilianum, aut quisquis is fuit, in declamatione ii. cui titulus est, Diues accusatus proditionis. Cum filij pauperis ad supplicij peteretur, pater sese obtulit, illos vicaria, & vt loquitur Virgilius, alterna morte seruaturus. Quod qui miretur, non habet liberos, vt in ea ipsa declamatione scribitur. Tanquam scilicet id sit commune naturæ quæ omnibus parentibus. Suntque item plurima aliorum exempla, qui filiis suis superstites esse non sustinuerunt. Ex quibus duo hæc memorabilia subiiciemus. Gordianus senior, cuius multas leges in nostro C. habemus, audita morte filij, laqueo vitam finiuit, vt tradit Iulius Capitolinus. Sed multis ante seculis Aegæus Theseo filio nauiganti in Cretam iusserat, si confecto Minotauro reuenteretur incolumis, albis velis vteretur. Theseus autem præcepti paterni oblitus, cum rediret, nigrum velum retendit.

*At pater, vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in aspiduos contollens lumina stertens:
Cum primum inflati confluxit linteæ veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit,
Amisum credens immitti Thesea fato.*

Hi enim sunt versus Catulli in nuptiis Pelei & Thetidis. Et hæc etiam historia recensetur à Virgilio, si is est, in Aethnæ montis descriptione, & Plutarcho in vita ipsius Thesei. Tradunt autem Solonem virum constantissimum ac sapientissimum, vt qui vnus fuit ex septem, cum Thales & ipse vnus ex illis, hominem quempiam subornasset, qui ei re-

nuntiaret filium ipsius mortem obiisse, capisse caput cadere, miserâisque vocibus ac querelis omnia complere: & fortè mortem sibi consciuisset, nisi Thales ipse confestim ei cōmentum aperuisset. De qua re & Plutar. in vita illius. Sunt & parentes, qui filios in exilium secuti sunt, veluti sine illis viuere non possent. Rutilia enim, vt tradit Senec. in lib. de consol. ad Albinam, filium secuta est in exilium, & vsque eo conficta fuit indulgentia, vt mallet exilium pati, quàm desiderium: nec antè in patriam, quàm cum filio rediit. Id quod magis in foemina mirandum est, quæ libertatis amantior est, vt in legibus nostris Connubialibus planè ostendimus.

9 Sed ad nostras leges reuertamur. In l. vlt. in princ. C. de cura. furio. hæc verba adscribuntur. Quis etiã talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternum? A quibus nō longe abest, quod scribitur in l. quidã cum filiū. ff. de hæred. institut. vbi Accursus non semel, atque etiã Ange. ex eo nō posse filium inuenire meliorē amicum quàm patrem. Sed Sed & ex eodē Bal. in l. precibus, col. ii. versic. 3. hoc probatur. C. de impu. & ali. subst. tradit, quod si amicus amico vult bona, quod est dictum Aristo. lib. 8. Ethic. c. 2. & iterum 7. quibus locis ostendit esse veluti adagium, sæpe & ab eodem Bal. citatum, Certè multo magis pater filio: ob idq; cenfer substitutionem à patre factam filio impuberi, interpretandam in dubio esse directam potius quàm fideicommissariã: qua etiã, inquit, in dubio pater ratione naturalis affectionis præsumitur filio providere, non eum grauare, per alia quædam iura. & idem iisdem prope verbis respondit ipse Bal. consil. 423. verba testamenti, lib. 1. & consil. 35. pater filio suo, col. 1. lib. 2. Ex illa quoque l. dicit idem Bal. in c. per tuas, col. 2. extra de probar. quod melior amicus mundi est pater. sunt enim verba ipsius: id quod etiam ex ca. l. dicit Bald. ipse consil. 294. incip. dicta particula, ad fi. lib. 5. Adde & tex. in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius, iuncta glo. ff. de leg. 3. ex quo not. Bal. in d. l. precibus, col. 5. versi. quid ergo si petiit non idoneos. C. de vulg. & pupil. quod ardor amoris paterni maternique est inæstimabilis, quod ex eo repetit Maria. consil. 9. prosequendo ordinem, col. 4. versic. 20. probatur, & Fran. Curr. senior consil. 47. super controuerfia, col. 3. versi. transco ad secundum. Ex eoque tex. respondit Bald. in pulchro casu, consil. 137. per relictum, lib. 4. interpretandum largè plenèq; legatum quoddam à patre relictum filio. Sed & ex eo asserit Bald. in cap. super eo, post prin. de testi. quod quis diligit honorem & incrementum suæ prolis etiam ardenti desyderio. Ex eo quoque idem Bald. consil. 320. Ser. Petrus, in fi. lib. 1. dicit ardentem esse parentum amorem in liberos. Adde, inquam, text. in l. nec in ca. ff. de adul. ibi, pietas patris consilium capit pro filiis. & in l. si filius, & quod ibi dicunt Accurs. & Bald. C. de patri pot. & in l. i. §. taceat, ibi, naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur. C. de rei vxor. acti. & in §. vlt. Instit. de noxa. ibi, quis enim patitur filium, & c. & in l. pen. §. Iulianus, ibi, affectu enim propensiore magis, & c. ff. quod fal. tut. au. & in l. amicissimos. §. Lucius, ibi, contra naturales stimulos. ff. de excu. tuto. Cuius autoritate scribit Bald. in authent. ex causa, col. 7. versi. secundo accipio. C. de liber. præter. quod qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri. Et in l. propter insidias, ibi, pietas & ratio naturalis animi. C. qui accu. non pos. Cuius arg. scribit Bald. in dicta l. precibus, vbi supra, quod si mater petiit non idoneos tutores filiis, censetur non dolo, sed bona fide fecisse. Sed & illam expendit Cyn. super ea, ad naturalem parentum pietatem, quæ & liberis aduersus se peccantibus parcit.

10 Cuius

10 Cuius etiam rei memorabile nobis exemplum reliquit David ille, alioqui affectuum minimè sequax. Nam cum Absalon filius primū quidem Amon etiam ipsius Davidis filium insidiis interceptum necasset, deinde & cum patris pellicibus fœdè congressus fuisset, postremò & patrem ipsum & regno & vita priuare neruis omnibus cōtendisset: illius tamen mortem pater, cui hæc omnia erant compertissima, adeò flebiliter, ne muliebriter dicam, deplorauit, vt sese totum huic affectui permitterens, in hanc lachrymabilem vocem proruperit, Filii mi Absalon, Absalon fili mi. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? vt scribitur 2. Regum 18. c. & meminit etiam Cyn. ipse in d. l. propter insidias, vbi & subdit alia pleraque exempla huius paternæ pietatis à Valerio Maximo fuisse prolata, lib. 5. tit. 7. Inter quæ illud retulit de Seleuco, qui celsis filio vxorem Stratonice, quam is miserè deperibat, quod & ab Appiano in eo libro, qui Syrius inscribitur, & Plutarcho in Demetrio, & Galeno lib. 1. prognostic. Hippocr. c. 7. iterumque lib. de præcognitione c. 6. relatum est, & affatim descripsimus in nostro Tractatu nobilitatis, c. 31. nu. 51. Id autem assignat Erasmi in Apothegmatis Demetrio: sed is memoria lapsus est, ob id fortè, quod Plutarchus in vita ipsius Demetrij hanc historiam describit. Quis igitur, vt redeamus, miretur Artaxerxem regnum Persarum Dario filio celsis, quod nihil sibi ablatum existimaret, quod in filium contulisset, synceriusq; gaudium in procreatione capturū, si insignia maiestatis suæ in filio conspiceret, vt tradit Iustinus in initio libri decimi. Et Ptolemæum illum primum Aegypti regem, qui regno publicè filio tradito, omni regno pulchrius regis esse patrem dicebat, apud eundem Iustinum lib. 16. Et potius non excusetur Herculum Maximianum, qui cupidine resumendi imperij, quo se antè abdicarat, nixus est filium Maxentium à Prætorianis militibus Augustum nuncupatum imperio deturbare, vt tradunt Eutropius rerum Romanarum libro 3. & Socrates apud Casiodorum historia tripartita lib. i. cap. 4. Non item adeò mireris Hadrianum imperatorem, quod cum in insulam deportauerit, qui filium necauerat, quod noueram adulterasset, vt scribitur in l. diuus. ff. ad leg. Iul. de parricid.

11 Sed & huc respiciunt tex. in l. cum pater. §. mando. ff. de legat. 2. vbi ita scribitur, mando filia meæ pro ipsius salute sollicitus. & in l. patrem. ff. quæ in faud. cred. & in l. quod & lex. §. si cum quis. ff. de lib. hom. exhi. & in l. si mater, ibi, per coniecturam maternæ pietatis. C. de inoffic. testa. & in l. i. §. taceat, versic. sileat. C. de rei vxor. actio. & in d. c. super eo. de testib. & in cap. asserit, de præsumpt. vbi recensetur illa 3. Reg. 3. cap. historia de matre, cuius commota sunt viscera, cum Salomon insisteret infantem diuidi. Ex quo not. Bal. & post eum Felyn. quod si cur confessio siue renuntiatio litis facta metu tormentorum saluissimus non nocet. l. i. ff. de quaestio. ita metu tormentorum filij. Nec mirum, si inibi commota fuerint matris viscera. Nam & apud Esaiam cap. 49. clamat dominus, Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et quod præterea voluit, glo. in l. si filius. in fi. & ibi Bal. in vtraque lect. C. de pat. pot. & idem Bal. in d. c. per tuas, col. 2. extra de prob. quod amor parentum abscondi non potest. Et quod etiã respondit Marianus consil. 53. magnifice capitaneæ, quod quis non dicitur liber relaxatus è carcere, qui cogitur relinquere filium pro obside, prout illum refert & sequitur Fely. in d. c. asserit. col. 2. & Hippo. Marfil. in l. i. char. 1. nu. 6. C. de rapt. virg. & in l. inauditum, statim post prin. ff. de scar. & sing. 160. pater & filius. & Barho. Chaffa. consil. 14. Christianissimus, col. 5.

versi. secundò coniecturatur. & iterum consil. 67. ad primum dubium, col. 8. versic. stringo & vltius. Illud tamen cōsi. Maria. reperire non potui. Faciunt huc & multa quæ latè in eam rem congerit Alex. consil. 52. incip. hanc dubitationem, colum. antepe. lib. 4. & Barb. in locis prope infinitis, ex quibus satis erit ea designasse, quorum nunc in mentem venit. ea sunt in dict. cap. Raynaldus, quo loco nuper citauimus, & in repetit. d. l. cum acutissimi, in multis locis. C. de fideicom. & consil. 29. illud asseram in medium, col. 2. lib. 1. & consil. 48. quod est eiusdem initij, col. vlt. eo. lib. 1. & consil. 9. præclare scribitur, col. 1. lib. 2. & consilio 20. illud asseram in medium, col. 5. eod. lib. 2. & consil. 60. quod est eodem exordio, col. 5. eod. lib. 2. & consil. 81. præclare & luculenter, col. 3. lib. 4. & consil. 88. sapienter scribitur col. 1. eodem libro 4. Et vbi que ferè aduocat, sicuti etiam Alexand. dict. consil. 52. illud Virgilianum lib. 1. Aeneidos, quod nos in argumentum huius nostræ l. assumpimus,

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Multa item de huiusmodi parentum amore aggregauit ex antiquioribus Oldr. cōs. 95. ex forma illius, col. 2. & Maria. d. consil. 9. col. 4. & iterum consil. 23. circa prædicta, col. 5. versi. & sic prædicta. Sed multa plura Socin. huius filius, consil. 26. cum super lib. 4. vbi ex eo not. interpretatur mentem cuiuspiam testatoris, vt ibi omnibus videre est in promptu. & nouissimè Ludo. Gomefius in §. actiones autem, col. 3. versi. secunda regula. Instit. de actio. Ex externis autem scriptoribus Plutarchus vir in omni doctrinarum genere excellentissimus, librum peculiarem de ea re scripsit hoc tit. *ἡ ἀγάπη τῶν πατέρων ἐπὶ τῶν υἱῶν*, id est, de amore parentum in liberos, ex quo poteris assumere, quæ tibi videbuntur: & Rabbi Moyse Aegyptius lib. perplexorum 1. cap. 6. dum rationem reddit, cur lege Mosaicæ prohibetur parentem & filium vno die decollari. Et è recentioribus Baptista Fulgos. memorabiliū lib. 5. tit. 7. qui est, de parentum indulgentia in liberos. Nec tamen prætermittam quod apud Euripidem Andromache filium suum vocat vitæ oculos.

ὦς οὐκ ἐστὶν ἄνθρωπος ἰσχυρὸς ἰσχυρῶν ὀφθαλμῶν.

Nec quod scribitur de Iacob illo sanctissimo patriarcha Geneseos 37. Sciscitque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suū multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt leniret dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Quodque plerique, & inter hos Bar. nosser in l. liberorum, col. 1. in 4. not. ff. de verb. signif. Alber. in l. Galus. §. instituens, col. 2. ff. de lib. & posthu. & in 2. parte statuto. q. 107. item in statutum loquens de filiis, col. 2. & Bald. in l. maximum, col. 4. vers. præterea filius. C. de libe. præter. & in l. vlt. in fi. C. de verb. sig. & in c. quæ in ecclesiis, col. vlt. extra de constit. & in c. i. §. & quia vidimus, col. 3. versic. & dicit quod filius, titu. qui feudum dare possunt. & consil. 487. in isto puncto, post princ. lib. 2. & consil. 441. ad euidenciam præmittenda sunt, in fi. lib. 3. & Raph. Fulg. consil. 359. Seius & Aurelius, col. 1. in fin. & Cepola causarum ciuiliū cōsi. 7. punctus quaestionis, col. 4. versic. item hoc probatur. & Alex. consil. 1. perpeccis verbis testamenti, colum. pen. versic. primo casu, libro 1. voluit filium ita ab amore dictum, quasi ob ingentem illum amorem parentum: verum syllaba repugnat. Ideo alij, vt hoc in transcurfu dicam, à Græca voce *ὄφθαλμῶν* dictū malunt, quæ filium significat, addito scilicet ex more Aeolico digamate *ὄφθαλμῶν* sicuti *ἐλένην* dixerunt. Nam & Aeolico sermone Latinū esse simillimum tradit Quinti. lib. 1. oratoriarum institutionum i. c. 10. Et quod item à nonnullis traditur. l. vlt. C. de pact. qua improbat

Filius vitæ oculus.

Filius ab amore distans.

Latinus sermo Aeolico si mæ nonnullis traditur.

factum filiorum de successione parentum, ne inducatur votum captandae mortis, non habere locum...

Filij vitae parentum interdum insidiatur.

No parentea filioru.

Nusquam tamen repertum est parentes vitae filiorum insidiatos fuisse. In qua sententia fuere uterque Deci. & Lancel. & Philip. in d.l.vlt. Quamquam...

Vxoris amor caeteros vincit.

Sed vt redeamus, quid quod licet amor vxorius caeteros omnes superare videatur propter illud Dei Opt. Max. oraculum, Relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suae, & erunt duo in carne vna...

σπάρτακος πρότασι δαμείς εν δηϊότητι. Bñ ð' ðει πορμ. λγων κερου μένος α' θοποι χαλκή...

14. Sed & longius id profequitur Apollonius Tyaneus apud Philostratum in vita ipsius lib.2. vbi plane ostendit id quod diximus, scilicet naturalem esse omnium animalium amorem in foetus proprios. Nam elephantas flumen quodpiam transeuntes, suos pullos deserunt, vinculis, ne forte cadant, eos complexi...

εισθηει ος τις τε λων μεδ' οισι τελευτω ω' η' τε νησι ε'γοντι ουνα τ' ησονται εν δη... Id est, Vt leo in sylua stabat sua pignora circum...

Cui

Cui manus occurrat catulos nomi inter agenti Venatrix accincta virum.

Et iterum lib. seq. ποινα μάλτα ενείχων ως τε τις ηύχηντος άρεθ' εσο σιμωνος ελαφηβόλος άρπάζη α νήρ...

De eo autem quod de Tigride dictum est, vide & Piin. lib. 8. c. 18. & Aelianum lib. histo. animal. 5.

Et Senecam Tragœdiographum in Medea, Vt tigris urbanis curfu furenti lustrat Ga. geticum nemus. Et Martialis lib. 5. Epigram. 93.

De Elephantis quoque idem dicit ipse Aelianus lib. 1. vbi & alia pleraque de eorum amore erga filios suos tradit: nec in vno tantum loco: & in postremo asserit risu obruendos eos esse qui vtrumque naturalis sit necne amor parentum in filios, dubitant...

Quibus significatur illos de quibus loquitur flere abundantius quam aquilas, aut vultures, quibus rusticus filios eripiunt, antequam euolare possint. De Delphinorum in suos factus amore, videbis & tu multa apud Aelianum ipsum eodem illo opere supra citato, lib. 10. Huc quoque spectat illud Virgilij lib. 4. Georgic.

Qualis populea marens Philomela sub umbra Amisos queritur foetus, quos durus arator Observans nido implumes detraxit: at illa Elet noctem, ramosq. sedens miserabile cæmen Integrat, & mæstis lævi loca que subsis implet. Nec hæc larnerunt Bald. nostrum, qui in l. i. col. 5. versic. expedita est. C. vnde vi. scribit bruta animalia salutem filiorum quadam naturali iustitia tueri & defendere.

15. Sed quis hunc parentum affectum in liberos miretur, quando filius sit portio corporis patris. vel testimonio Aristotelis lib. 5. Ethicorum, c. item 5. & l. cum scimus. §. vlt. C. de agri. & censu. lib. 11. vbi Lucas Pen. de hac re multa collegit & illum text. ad hoc aureum dicit Bald. consil. 234. incip. decretum magnifico, col. 1. lib. 1. Et ex eo no. Bart. quod si ex statuto non allibrati non debent audiri neque in ciuilibus neque in criminalibus, certe libra patris proderit filio. Atque etiam si statuto absentes non potiantur priuilegiis ciuitatis, satis est patrem esse in ciuitate, vt filius absens priuilegiis potiat, perinde ac si presens esset. Et sequitur Rom. in l. i. §. domini, & l. 2. ff. de Senatusconsul. Syllan. & Paul. Castren. consil. 110. super primo questio videtur dicendum, col. 2. versic. in contrarium facit, lib. 1. Et è diuerso per illum text. consuluit Ang. consil. 2610. cuius est initium, statuto ciuitatis, quod non vide-

tur abesse à ciuitate, qui in ea relinquit filios, qui sunt pars corporis ipsius. Ex hocque inferri ad interpretationem statuti. Idemque dixerat Bal. dicto consil. 238. lib. 1. Neque tantum filius est pars corporis patris, sed vterque & pater & filius sunt tamquam vnum corpus, vnaque persona, vt asserit rex in l. vltim. C. de impub. & aliis subtit. quem multum commendant omnes doct. ibi, inter quos Bal. ad fi. dicit quod id quod vnus habet, censetur & alter habere. & Ang. etiam ad fin. quod habitatio patris censetur habitatio filij ad consequendum beneficium vel priuilegium, ad quod quidem consequendum requiritur habitatio, quod etiam voluit Bal. in l. illud. C. commu. de man. Sunt, inquam, pater & filius vna caro. §. hac autoritate, 35. dist. Cuius autoritate affirmat glo. in c. studeat, in verbo, sui. 54. dist. & in c. super eo, extrâ de testib. quod pater & filius censentur vna persona, atque etiam gl. in c. tibi domino, in verbo, & iuare, in fi. 63. dist. quæ ex hoc dicit, quod in patre & filio sufficit reuocatio mandati, etsi de ea certior factus non sit mandarius, per l. si pater. ff. de manu. vin. de quo tu vide Card. Flor. in cle. i. col. 4. versic. & ad prædicta, de renun. & Fel. in c. ex parte decani. col. 11. versic. fallit septimo, extrâ de rescrip. Et alia item glo. in c. 4. de poenit. dist. 3. quæ & ex hoc quoque dicit, quod licet quis non possit ieiunare per alium, arg. tex. ibi, potest tamen per filium. Et vt scribitur in §. ei verò, Instit. de inutil. stipu. vox vnus censetur, esse vox alterius. Ideo Bal. in l. 2. in fi. C. de legit. hæred. dicit quod promiscua est possessio patris & filij, & quasi vnum corpus, vt quod vnus possidet, alter possidere censetur, per l. vlt. C. de usufr. Quibus concinit quod apud Saxonem historia Danicæ lib. 7. dicit Synaldus, suos ipsius liberos à se non esse diuersos, quem sue generationis autorem, seque ac filios vnus hominis loco esse censendos, quibus veluti vnum corpus à natura tributum videatur. Quodque scribit Pau. Castren. consil. 264. incip. in præfenti causa, col. 3. lib. 2. carnem filij esse veluti carnem patris auctam, ita quidem, vt licet efficiatur nouus homo propter nouam animam, non tamen dicitur primus homo omnino extinctus post mortem ipsius. Quibus scribit illud Ecclesiastici, c. 30. mortuus est pater eius: & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Et quod Hieronymus appellat liberos viscera parentum, in epistola ad Pauli ad Philemonem. Nam & ipse Paulus inibi ad al ludens, Tu autem, inquit, illum, id est mea viscera suscipe, & Canace Ouidiana ad Macarium: Cum mea me coram syluas inimicus in altis Viscera montanis ferret edenda lupis. Et paulò post: Diripiunt auida viscera nostra fera. Et Dido quoque ipsa Ouidiana ad Aeneam: Forsitan & gravidam Dido scelerate relinquis, Parsq. cui latitat corpore clausa meo.

16. Ex quibus illud fit, quod licet cum vindicta permittitur, ea debeat ab eo tantum capi, ac propriis ipsius manibus, cui concessa est, non etiam alteri demandari, l. seruus si hæred. ibi, personæ duntaxat eius. ff. de statuliber. & voluit gl. in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. & Bal. in l. ad officium, in fin. C. commu. diuidum. cum multis concord. à me congefitis in nostris consuetudinibus tit. 8. §. item 8. in glo. 2. & iterum in nostro tracta. retractuum, tit. 1. quæst. 26. quæst. 26. in glo. 1. num. 62. sed caue. Potest tamen id per filium agi, tanquam scilicet per eandem personam actum videatur, per text. in l. Gracchus. C. de adult. quem ita intelligit Bal. & expressius Saly. ibi, & Bar. in l. non solum. §. si mandato, colum. 2. versic. circa primum. ff. de iniur. & Roma. in l. ff. in ius vocat. vt cant. & consil. 484. incip.

Cedit tamen amor parentum. Vt non dicitur vxor plusquam filium.

Quo planè significatur vxorem & vxorem parentum charitate præ coniugali obliuisci. Ex quo illud Propertianum lib. 4. Omnis amor magnus, sed aperto in coniunge maior. Quamuis, inquam, vt hoc repetam, amor vxorius omnibus maior esse dicatur, hic tamè tantus amor cedit amoris parentum in liberos, si credimus Accursio, Barto. & Ange. egregis legum doctoribus. Illis quidem in l. Lucius. de vulga. & pupil. substitutione. huic autem in consil. 144. cuius caput est, ad primum virum diligere vxorem plusquam filium, allegant Barto. & Ange. in dict. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis & l. generaliter. Cod. de instit. & substit. quæ quidem leges loquuntur in casu huic nostræ l. proximo, vt supra in princ. diximus, quamuis de vxore non loquantur: hoc tamen not. ad id quod dicemus infra in glo. in verbo libertis, in vlt. q. vbi hoc plenius attingemus.

13. Et vt intelligas hunc parentum amorem à natura proficisci, esseque communem omnium animalium, audi quod scripserit diuus Ambros. lib. Hexameron 6. c. 4. Natura hoc bestiis infundit, vt catulos proprios ament, foetus suos diligat. Et paulò post, Quæ fera pro catulis non ipsa potissimum se offerat morti? Quæ fera foetus suos, innumeris licet obfessa cuneis armatorum, non suis visceribus regat: inguat licet telorum seges, illa tamen paruolos suos muro sui corporis septos, immunes præstat periculis. Hæc ille. Cui planè concinit Homerus ille sagacissimus omnium rerum explorator, comparans Menelaum inter confertissimos hostes pugnantes pro Patroclo, matri quæ pugnat pro vitula, quam primum peperit. Huius carmen est statim in initio lib. 17. Iliados,

ε' δ' ελαβ' άρτεϊος τον άρσιφιλον μητέρα...

hoc quod vicinus, ver. quartò idem probatur. Alexan. & Iaf. in l. r. §. usufructuarius. ff. de ope. no. nuntia. & Petr. Belluga. in speculo principii, tit. de principe prohibente militem guerrificare. §. i. colum. 9. versic. ad secundum est videre, Ang. Ar. in tract. malefic. in verbo, che me hai adulterato, nu. 64. an maritum possit. & Felyn. qui hoc dicit notandum tanquam nouum, in c. quæ in ecclesiis, col. 4. versic. hoc intellige, extra de constir. & in c. si verò, col. 1. versic. limita nisi pater. extra de senten. excom. & Hippo. Marfi. in l. char. r. in paruis, num. 4. C. de rapt. virgi. & in l. mandatum, post princ. ff. de sica. & sing. 448. habens potestatem. Quamquam contrarium voluerit idem Felyn. ipse sibi ideo contrarius, in c. vlt. §. is autè, col. vlt. extra. de offi. deleg. & ante illi Bal. quem tamen non allegat, consil. 173. in ciuitate clerici. col. 2. lib. 3. vbi dicit per glo. in d. l. cum fundum, quòd statutum permittens vindictam offensio, intelligitur de eo tantum, qui est corporaliter offensus, nõ de eo qui iuris fictione esset offensus. vnde pater, inquit, & filius offensi non possunt huiusmodi vltionem sumere. Quamquam dici potest Bal. ibi loqui quando filius sine mandato aut iussione patris veluti iure proprio id vellet facere, quod vtique non potest, vt in casu d. l. Gracchus, voluerunt Bald. & Saly. in ca. & allegat ipse Salyc. l. patri. & l. seq. ff. eod. tit. de adul. Sed quicquid sit de ea re, certè priori sententiæ ad stipulatur: quòd licet vbi est electa industria personæ, nõ potest alter substitui. d. c. vlt. de offi. deleg. cum si. potest tamen filius delegari, vt pulchre & no. voluit Rom. in d. l. r. ff. in ius voca. vt eant. per l. sciendum. §. legari. ff. de legat. vbi legari vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. Ex quo dicit Bald. in rubrica extra de procur. col. vltim. versic. nunquid ambafiator, quòd ambafiator (ita vocant barbari legatum) si ægrotat, aliquem loco sui constituere nõ potest, nisi filium suum. & illud Rom. dicti sin. reputat Fely. in c. r. col. 1. in fi. extra de mag. & Hippo. Marfi. in d. l. r. nu. 6. C. de rapt. virg. & sing. 160. pater & filius. Licet de hoc videatur dubitare ipse Fely. in c. afferte. col. 2. extra de præsumpt. & etiam Franc. Purp. in l. more. col. 13. versic. & restringi debet. ff. de iuris. omn. iud. & in tractatu de offi. affes. col. penul. & apertè contrarium tenet ipse Fely. negans illum tex. extra suum casum extendendum, in dict. cap. vlt. §. is autem, colum. vlt. de offic. delega. & vide hinc etiam text. in l. filius. ff. de lega.

17 Ex eadem officina prodit nouum Barb. dicti, vt ipse appellat, & vt ego quoque addo, mirandum, in tracta. de præstan. Card. parte 1. q. item. 1. col. 9. versic. sexto cardinalatus, quòd filius vasallus patris non tenetur iurare fidelitatem ipsi patri, cum sit vna vtriusque & eadem persona; quemadmodum, inquit, nec tenentur cardinales iurare papæ, quia sunt pars corporis ipsius, vt dicit sing. Host. in cap. antiqua, de priuileg. licet episcopi iurent. c. ego N. de iure iur. Quòd quidem Barb. dictum, an verum sit, nõ parum dubito, tum quia in ea re, quæ vinculum animæ respicit, cuiusmodi est iuramentum, non possunt videri pater & filius vna eademque persona, quemadmodum nec vna anima, vt etiam dicit è nostris Bald. in l. maximum vitium, col. 2. in fin. C. de lib. præter. immo nec porrio animæ, cum anima non sit ex traduce, sicut corpus, ex Orthodoxorum sententia, quicquid affererit Apollinarius & Tertullianus & maxima pars Orientalium. de quo per glo. in c. quòd vero, 32. quæst. 2. Gregorius Nyssenus lib. philosophiæ 2. cui titulus est de anima. c. 6. D. Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, & aduersus Ruffinum Apolo. 2. & epistol. earum quæ sunt diui Augustini, 27. & ipse August. epist. sequen-

& in epist. 7. quæ est ad Marcel. iterumque episto. 157. ad Opatum. Ideoque nec iuramentum vnus est iuramentum alterius, vt no. in c. veritatis. de iur. & in l. generaliter, in princ. C. eo. tit. & copiosissimè diximus in nostris consuetudinibus, tit. 9. cap. 3. in gl. 1. Tum quoque, quia hoc respectu, quòd alter eorum est dominus feudii, alter vasallus, sunt diuersæ personæ. Quemadmodum si è diuerso filius esset magistratus patre superior, certè in iis quæ ad munus ipsius magistratus pertinet, pater ius suum amittit, nec vt pater censendus est, sed vt alius quilibet. l. ille à quo. §. vlt. ff. ad Treb. & eleganter ex Phauorino illustri philosopho: non minus illustri exemplo comprobatur Gellius lib. noctium Aticarum 2. c. item 2. & latè etiam differimus in tractatu nobilitatis. c. 28. nu. 8. quid quòd tantus, & multus seq.

18 Sed vtriusque hoc habeat in hoc Barb. casu, certè eodem spectat quod scribit gl. not. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. quòd prohibetur alienare in potentiorum, potest nihilominus alienare in filium suum etiam potentiorum, quasi non censeatur alienare in alium, qui in filium alienat. & sequuntur Bart. Raph. & Iaf. sibi & ipse Bal. in l. ea lege, col. pen. versic. quintò queritur. C. de condi. ob cau. per tex. de quo mox loquemur. scilicet in l. in suis. ff. de lib. & posth. sequitur item Firmia. in tracta. de episco. in 4. parte, lib. 4. in 45. q. versic. an autem prohibetur. Felyn. in d. c. afferte. col. 2. de præsumpt. & Hippo. Marfi. in l. inaudium, col. 2. ff. de sica. & in l. r. num. 8. C. de raptu virg. & sing. 160. incip. pater & filius, vbi hoc dicit singu. & Ludou. Gomeff. in §. quædam, col. 9. versic. quintò limitatur. Instit. de actio. Et generaliter dicit Bald. in l. cum pater. §. cum inter, per illum tex. ff. de leg. 2. quòd prohibetur alienare, potest tamen in filium alienare. quod & idem asserit ipse Bal. consil. 358. quidam Lucanus, col. 2. versic. de eo autem, lib. 1. per not. in d. §. ea lege, & in l. r. C. de impo. luc. descrip. lib. 10. & rursum ipse Bald. consil. 253. incip. casus talis est, quidam de ciuitate, col. 2. lib. 3. & consil. 460. pñctus talis est, quidam reliquit, col. 1. lib. 5. vbi & id dicit procedere in filio naturali, & consil. seq. quando testator prohibet, in princ. col. 5. Nam & dicitur, inquit, potius continuatio, quam alienatio, per d. l. in suis. A quo non longè distat quod respondit idem Bald. consil. 52. hoc exordio, substitutio facta, circa medium, lib. 2. per d. l. in suis, & alia quædam iura, vt ibi videre poteris, & Raph. Fulg. consil. 117. Ioannes, col. 3. versic. reliqua deliberatio. & consil. 215. in primo. col. 2. dum vtrubique allegat not. in dicto §. ea lege. & vide interim. Dom. à Rota decisio. 177. celsio facta in nouis; vbi disputatur, vtrum valeat celsio à patre facta filio clerico.

19 Et sanè in hæc omnia est optimus tex. in d. l. in suis, cuius hæc verba sunt, in suis hæredibus euidentiùs apparet continuationem dominij eorum perdurare (ita enim scribendum est, non perdurare) vt nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur. Et paulò post, Itaque post mortem patris non hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur. Ex quo not. Ang. Imo. Raph. Cur. & Fran. Arer. quòd statutum ex quo debet solui gabella ex acquisitione dominij, aut etiam ex hæreditate, non compræhendit filium hæredem patris: quod & tenuit idem Angel. in l. cum in adoptiuis, col. 2. C. de adopt. & Ioan. Plat. in d. l. r. in 2. notab. C. de impo. lucra. descrip. & in proemio Institui. in verbo, Alemanicus. & latè Corne. consil. 268. in hac consultatione, colum. 3. lib. 3. vbi super hoc nuncupatum consuluit, & Benedict. Cap. consil. 41. hoc capite, etfi Venantius. & Barb. consil. 49. il-

lud

lud afferam, col. 2. lib. 1. & Philip. Dec. in l. vltim. col. 3. versic. & si expressè statutum. C. de edict. diui Adrian. tollend. & consil. 262. in causa magnifici. col. 2. versic. septimo. De quo tamen vide Alex. & Iaf. in d. l. in suis. Et idem in statuto iubente solui gabellam ex quolibet lucro, vt scilicet non comprehendat successionem patris obuentam filio, voluit Bart. & Plat. in d. l. r. in princ. C. de impo. luc. descri. lib. 10. & sequitur Alexan. consil. 144. Vifo themate, col. 4. versic. nec similiter. Socin. consil. 118. si volumus, lib. 3. & illius præceptor Fran. Arer. in l. si duo, col. 1. in fi. ff. de acquiren. hæred. vbi dicit facere tex. not. in l. si quis in testamento. ff. de cond. instit. vbi ipse Bar. circa medium, illius rationem reddit, quia hæreditas patris nõ est propriè lucrum: & qui eam perdit, dicitur pati damnum, per l. vlt. C. de codici. aut cerrè quasi damnum, vt no. in l. 2. C. de iur. & fac. igno. Sequitur etiam idem Arer. consil. 2. cuius est initium, Intellecta diligenter, col. 1. versic. pro ista conclusione. Licet idem in d. l. in suis, in princ. ita referat Bart. tanquam contrarium tenuerit, & ita etiam illum sequitur, sibi contrarius. Sed priorem sententiam sequitur Georg. Nat. in rep. cap. quamuis, col. pen. versic. tu tamen tenendo, de pac. lib. 6. vbi reprehendit Ang. qui aliter tenuisse videtur in §. si verò expectet, in authen. de nup. Et pro ea sententia optimè facit, quod non admodum longè voluit glo. in cap. pastoralis, in verbo, quasi de lucro, extra de decim. quòd licet de omni lucro debeat solui decima, per text. ibi, non tenetur tamen filius soluere ex hæreditate paterna, per d. l. in suis, & d. l. vlt. C. de impub. & aliis substit. & illam glo. sequuntur Ala. Vincen. Hostien. Ioan. And. & Panorm. ibi Raph. Com. in d. l. in suis, & nouissimè Phil. Dec. in l. vlt. col. 2. versic. vltimus tamen. C. de impub. & aliis substit. & consil. 331. pro resolutione, vbi & illud sequitur quod diximus de gabella ex lucro soluenda. & Matth. Afflic. in consil. Siciliae incip. intentionis nostræ, col. 8. versic. item quæro, dicitur hinc. Quibus & finitimum est quod tradit Bal. in d. c. quæ in ecclesiis, col. pen. versic. extra quæro, extra de constitu. quòd filij non debent laudimia ex patris successione, quia non est noua acquisitio, sed dominiij continuatio. & sequitur Philip. Dec. in auth. præterea. col. pen. C. vnde vir & vxor. & consil. 443. in casu ad me transmissio, col. 1. versic. quia filius. & dicit Bald. consil. 37. Decreto. col. 2. versic. item alienatio. lib. 3. non propriè dici alienationem quæ sit in filios, per d. l. de impo. lucra. descrip.

20 Et hæc omnia confirmat, quod etiam per d. l. in suis, affirmat glo. in cap. 1. §. vlt. tit. de feud. cog. quòd filius post mortem patris vasalli non dicitur feudum acquirere, sed acquisitum capere, quam not. & sequuntur Iac. Bel. Bald. qui dicit menti tenendum hunc pulchrum & sapidum morem loquendi, Mar. Laud. Aluar. & Cardin. Alexan. ibi. & Barb. consil. 10. incip. sapienter scribitur 1. Regum, colum. 3. lib. 2. vbi illam dicit valde sing. & consil. 73. magnanimus, col. 3. lib. 4. & in rep. rubricæ C. qui admit. colum. 4. versic. secundò mihi videtur & Bapti. Cacia. qui eam dicit not. in repet. cap. r. in 6. prin. parte. in vlt. differentia. d. tit. de feud. cog. Cui & simile est quod dicit Bald. in cap. 1. col. vlt. ut. an mutus vel ali. impe. quòd suus hæres viuente patre dicitur feudatarius, argu. l. si is qui duos. ff. de libe. leg. Et ideo, inquit post mortem patris non dicitur succedere in feudo, sed illud retinere, per dict. l. in suis. Et quod scribit idem Bald. in l. cum antiquioribus, col. 6. versic. decimò sic. C. de iur. delib. quòd filius viuo etiam patre dicitur possidere feudum. Ideoque & in eum sine alia inuestitura continuatur possessio: & hoc dicit singul. Iaf. in l. quotiens, colum. 7. versic. nota etiam perpetuò. C. de rei vendica. & in l. si forori, ad fin. C. de iure delib. & Ca-

rel. Cotta in memor. inci. feudum viuo etiam patre. & alij quos cõgesimus in nostris cõsuetudinibus, tit. 17. §. 3. gl. 1. col. 3. versic. illud tamen quod diximus. 21 Huc quoque pertinent & alij tex. Primum quidem tex. appellans reges filios regis in l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de orig. iur. vbi iurifconsultus dicit exactos reges numero multitudinis, cum vnus tantum rex esset, scilicet Tarquinus: vt hinc intelligas, illius filios, quos reges etiam vocat, fuisse, & cum eo exactos, vt omnes Romanæ historiæ scriptores recensent, & inter ceteros Linius circa initia libri 2. vbi & sapius reges exactos numero plurali scribit. Et libro 3. cum primum dixisset, quæ si in rege tum codem, tunc in filio regis ferenda non fuerit. quo in loco loquitur de ipso Tarquinio, & eius filio. non multò post dicit reges exactos, regem scilicet, & filium ipsius. Et ita ea verba. d. l. 2. intelligit Zasius vir, præter iuris scientiam, omnium bonarum artium peritissimus, & post cum Hiero. Cagnolus, licet Accursius aliò cam verborum pluralitatem non inficere tamen referat. Sed & Tullius Philip. 3. & iterum 5. rursum q; lib. 1. de diuina. haud multò post prin. reges etiam exactos dicit, cum de eadem re loqueretur, & priori loco paulò ante dixisset singulariter Tarquinium expulsum. Et Valerius quoque Maximus iisdem verbis in re eadem vtriusque lib. 4. c. 1. post prin. & iterum lib. 8. cap. 9. etiam post princ. & Plin. lib. 18. cap. 3. Ex quibus potes intelligere regis filios reges dici. Id quod planè asserit glo. in cap. vlt. 22. q. 1. ex eo tex. qui regem vocat quempiam filium regis, & etiam allegat d. l. in suis. & eam glo. sequitur Andre. Ifern. in prælu. feud. & in cap. 1. & ibi etiam Aluar. colum. antepen. versic. quæro an filius regis. Mart. Laud. col. vlt. & Cardin. Alexan. col. 3. in prin. tit. quis dica. dux, co. mar. & idem Andr. in proemio constit. Sciliae, & in constitut. incip. prosequentes, col. 3. & ibi Matth. Afflic. in 8. quæst. vlt. per hæc dicunt, quòd filius comitis potitur priuilegio illius constitutionis loquentis de comite, & idem Matth. in constit. incip. intentionis nostræ, colum. 8. versic. item pro ista parte. & in tract. protomixeos, colum. 7. Sequitur etiam eam glo. Bald. in d. l. in suis. per illum tex. ram in lect. quàm in repet. ad fi. in penul. quæst. & ibi quoque Alber. & idem Bald. in l. quæstum. §. si seruus mihi. ff. de leg. 1. vbi tamen locum illius glo. non designat. & consil. 389. consuetudo est in nonnullis regnis, col. 3. versic. item primogenitus dicitur, lib. 2. Alb. in l. pactum. C. de rei vendic. & Rapha. Coma. consil. 131. cuius est exordium. duo fratres, post princ. Panorm. qui hoc dicit procedere ex consuetudine à lege inducta, in cap. tanta, col. 3. extra qui fil. sint legit. Io. Ray. in §. præterea si quis, columna tertia. versiculo & ista inducebant, titu. de prohibitio. feud. alienat. per Feder. Barba. in repet. rubric. de causa possess. & propriè. in 22. char. versic. opportunè se offert modò quæstio. & consilio 49. incipien. illud adferam, columna secunda, libro primo. & consilio 10. cuius est princip. sapienter scribitur, columna tertia. lib. 4. quibus locis dicit illam gloss. valde sing. & dicit consilio 73. columna tertia. libro quarto. & Cardin. Alexand. in cap. per venerabilem. §. quod autem, columna 30. versiculo postremò ad eandem materiam, qui fil. sunt legit. Iaf. qui & eam gloss. dicit not. consilio 192. exorta est, columna tertia. versic. corroboratur, libro secundo. & iterum consilio decimo. nonnulli, columna tertia. circa med. lib. 3. Philip. Dec. consil. 262. in causa magnifici, col. 2. versic. septimò. Carol. Rui. consil. 19. in hac controuersia, col. 1. nume. 2. lib. 1. Latè Ant. Corset. in tracta. de potestate & excellent. regi. in 25. quæst. Franc. Luca in tractatu de priuileg. fil. parte 1. in 119. casu. Lud. Gozad. in repet. l. si patris, colum. 10. versic. tertio sequi

sequitur. C. vnde libe. vbi & illam glo. dicit singul. Nec longè tamen ab ea distat & alia glo. in c. Adriano, in verbo, augustos. 63. distinct. quæ dicit, quòd filij imperatorum dicuntur Augusti, per illum text. qui non solum Basilicum (ita enim legendum est, non Basilium, vt vulgo legitur) imperatorem Constantinopolitanum, sed & Constantinum & Leonem ipsius filios Augustos appellat. Sed id certe non ideo fit, quòd essent filij imperatoris, sed quia pater eos confortes imperij fecerat. Nam alibi, scilicet in nostro tractatu primigeniorum. quæst. 17. in 4. opi. satis superque ostendimus Augustos eos vocari solitos, qui iam ad imperium adsciti essent: qui verò successores designabantur, Cæsares, non Augusti vocabantur. Sed & ad eam priorem glo. propius accedit alia in c. denique, in verbo, rege suo. 7. q. 1. prout eam intelligit & citat Fracif. Curt. senior. qui eam auream dixit consi. 74. incip. super memorata, col. 1. in fi. videlicet quòd filij regū de iure debent esse reges, & reges appellari. Verum ea glo. de huiusmodi appellatione nihil dicit, sed illud scribit, quòd filij regum debent esse reges, id est, succedere patri in regno, vt satis declarat rex. ibid. loquens de Roboam filio Salomonis, qui patri successit, & alia iura quæ illa glo. allegat. Virgilius autem lib. 9. Aeneid. Ascanium regem appellat, quòd esset regis filius, cum dicit, *Regemque requirunt*. Quo in loco Seruius id annotat.

22 Cæterum, vt ad alios text. veniamus ad hunc locum pertinentes, habemus tex. in d. l. i. §. domini appellatione etiam filiusfam. ff. de Senatuscon. Syllan. quòd domini appellatione continetur & filius domini etiam emancipatus. Ex quo no. Bart. & Bal. quòd poena, quæ imponitur vafallo, si quid faciat contra dominum, habet locum si faciat contra filium domini. Item quòd libra siue catastrum, vt ipsi loquuntur, patris prodest filio etiam emancipato: quod vltimum etiam dicit Ro. ibi, & idem Bart. in d. l. cum scimus. C. de agri. & cens. lib. 11. Sed & ex eo tex. in d. §. domini, not. ipse Bal. quòd statutum puniens poena dupli offendentem alterum in domo ipsius, habet locum in offendentem filium in domo patris, tanquam domus patris dicatur domus filij, & sequitur Socin. in l. plerique. col. 5. in quinta quæst. ff. de in ius vocan. vbi & ipse dicit: quòd cum nullum de domo sua in ius vocari liceat per text. ibi, certè etiam filius ex domo patris vocari non debet. Habemus etiam tex. in l. licet. §. patronos, ff. de verborum significatione. vbi liberti patris possunt dici liberti filij. & in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. vbi testamentum patris & filij pro vno habetur: ideòque vna vtrique solemnitas satis est. Ex quo no. Ang. quòd si ex forma statuti notarius debeat tantum habere pro quolibet testamento, vel quòd soluatur gabella de vnoquoque instrumento, non debet notarius pro testamento patris & filij nisi illud vnum & simplex, nec solui debet nisi vna gabella. Sequuntur Imo. & Alexan. ibi, & Barb. in c. 1. de mutu. petir. & in cap. cum dilectus, col. 27. de ordin. cogni. licet contrarium teneat Franc. Aret. in d. l. patris & filij. Sed & per illum text. dicit Bart. in l. inficiando, §. infans, in fin. ff. de furt. quòd si statutum prohibet inuitari ad conuiuium vel ad nuptias vltra 12. dominas, si pater & filius simul faciant suas nuptias, non poterunt ad eas inuitari vltra 12 dominas, tanquam sint vna tantum nuptia. Sequuntur Franc. Aret. & Ias. in d. l. patris & filij. & Barb. in locis in præcedenti versic. alleg. & præterea in rubr. de caus. poss. & propriet. char. 27. Ioan. Ana. in cap. vlt. col. 10. versic. ex prædictis infert ad quæstionem, de collu. dete. Licet Ang. in d. §. infans, tenuerit contrarium. Sed priora sententiam, & omnia quæ supra diximus, confirmat, quòd cum apud antiquos illos Romanos

C. Licinius Stolo Tribunus plebis legem promulgasset, ne cuiquam plusquam quingenta iugera agri possidere liceret, vt refert Liuius lib. 6. ab vrbe condita, ipse Licinius postea à M. Popilio Lenate sua lege decem millibus æris est damnatus, quòd mille iugerum agrum cum filio possideret, emancipandoque filium, fraudem legi fecisset, vt prodit idem Liuius lib. seq. & Valerius Maxim. lib. 8. c. 6. De qua re etiam aliquid scribit Columella lib. 1. rei rustic. c. 3. vbi tamen nihil de ea fraude dicit. & Plin. lib. 18. c. 3. & alter Plinius, si is fuit, in lib. de viris illustrib. vbi de Licinio Stolone, & Plutarchus in Camillo, Gellius lib. 9. c. 20.

23 Iam satis textuum, vt opinor, habemus. Superest glo. omnibus not. in l. 2. C. qui ætat. vel profes. lib. 10. quæ dicit, quòd cum eadem sit persona patris & filij, si pater subeat munera, nō tenetur filius subire: sufficit enim patrem subire pro vtroque. quam sequitur Ioan. Plat. ibi. & pro ea est optimus text. in l. diximus, §. si pater. ff. de excusa. tuto. vbi Bal. hinc sumpta occasione eam glo. citat, & dicit singul. ad hoc quòd solutio collectæ facta à patre, prodest filio. Ideòque si ex statuto non soluens collectam possit impunè offendi, si pater soluit, filius censetur soluisse, nec offendi poterit. Et idem Bald. illam in aliis multis locis citat & sequitur, videlicet in l. non plures, in fin. C. de sacrosan. eccles. vbi per eam dicit, quòd pater & filius in muneribus censentur quid inseparabile. & in l. 2. ante fi. C. de liber. & eor. lib. vbi dicit ex ea, quòd recepto patre ad ciuitatem vel extimum ciuium, omnes filij gaudent priuilegio extimi. & in d. l. vlt. in fin. & ibi quoque Alex. Corne. Franc. Aret. & Ias. C. de impub. & aliis substit. & idem Bald. in l. etiam, col. pen. versic. modò videndum, C. de execut. rei iudic. vbi ex ea dicit, quòd pater cum multis filiis pro vno capite censentur. & in d. l. i. §. illud. C. comm. de manumif. vbi ex ea dicit quòd domus habitationis patris censetur domus habitationis filij, & eam dicit not. & in l. sciendum, col. vlt. & ibi ex recentioribus Ias. qui & illam dicit sing. ff. qui satisfacta. cogan. vbi per eam dicit, quòd si sit statutum, quòd nullus possit esse prior ciuitatis, nisi habeat in bonis libras mille, sicuti olim ex legibus antiquis Romanorum (vt id quoque obiter dicam) senatores, equites, iudices, & cæteri magistratus censu legebantur, autore Plinio seniore in proemio libri 13. naturalis historiarum, & Plinio iuniore cum in multis locis, vt præcipuè epist. ad Romanum Firmum, lib. 1. & Floratio in epistolis, illis versibus,

*Si quadringentia sex septem millia defunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidelique,
Plebs eris.*

Et aliis multis scriptoribus. Extantibus igitur huiusmodi legibus aut statutis, vt redeamus ad casum Bal. & Ias. in d. l. sciendum, bona patris in hac re profunt filio, tanquam sua ipsius, vt cooptari possit in eum ordinem siue magistratum, & idem quoque tenet Albe. in d. l. in suis, vbi dicit se de consilio aliorum peritorum Bergami consuluisse, quòd filius cuius pater trecenta habebat in facultatibus, potest eligi ad officium, cui obtinendo necessaria sint ea trecenta in bonis, refert & sequitur Raph. Com. d. consil. 131. duos fratres, vbi per hoc sing. dicit, quòd in casu auct. præterea. C. vnde vir & vxor. non dicitur vir aut mulier laborare inopia, cuius pater diues est, quod postremum dictum etiam asserunt idem Rapha. in d. l. in suis. & ibi quoque Ang. Perusin. in repet. col. 2. & Corne. qui dicit quosdam recentiores & legendo & consulendo ita tenuisse in d. auct. præterea, col. pen. & ibi quoque Alex. col. 3. versic. sed iuxta prædicta. & Franc. Curt. Jun. col. 3. num. 9. & Roma. in l. i. §. domini appellatione, col. 2. versic. item facit & secundo, & colum. seq. versic. item

*Pater &
filius cen-
sentur quid
insepara-
bile*

item ad id. ff. de S. C. Sylla. vbi tamen circa hoc distinguit. & Soci. qui hoc reputat sing. consil. 30. incip. in causa dominæ, col. 3. lib. 4. & consil. 121. cuius caput est, præmittenda est disputatio, col. vlt. eod. lib. 4. licet contrarium tenuerint Ias. Philip. Dec. & Franc. Pepi. in d. auct. præterea, ille. col. 3. Dec. colum. pen. hic col. 9. & seq. in repet. Sed vt redeamus ad primum illud dictum Bald. in d. l. sciendum, & Alber. in d. l. in suis, idem etiam voluit ipse Alber. in prima parte statutorum. quæst. 71. item pone statuto ciuitatis, & iterum quæst. 109. item quæro statuto castri. & id quoque sequitur Alexan. in d. l. vlt. C. de impub. & ali. substit. & Barb. in tractatu de præstan. Cardin. in prima parte quæstio. 1. col. 9. versic. sexto Cardinalatus. & in d. consil. 10. col. 3. lib. 2. & Socin. qui id reputat sing. in d. l. plerique, col. 5. in 5. quæst. ff. de in ius vocan. & D. Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelsia, num. 809. & seq. de testam. & Fely. in d. c. 1. col. 1. extra de magist. & Ias. in l. filius paciscendo, in 1. not. C. de pact. Quin plus voluit Bald. per illam glo. quæ dicit sing. in c. quæ in ecclesiariis. col. vlt. de constit. quod in casu illius statuti, de quo supra proxime diximus, extimū siue carastrum patris prodest omnibus filiis in solidum, vt possint omnes illud officium, vt cum nostris loquar, obtinere eundem pater viuat, ac si quilibet eorum tantum haberet in bonis. Sed & illam glo. sequitur Bald. in d. l. i. §. domini. ff. de senatuscon. Syllan. vbi eam quoque dicit sing. in casu illius statuti, de quo supra emancipati, siue in potestate patris, de quo tu vide omnino Ias. & Phil. Dec. inter se digladiantes in d. l. vlt. C. de impub. & ali. sub. & text. in l. 2. §. incolumes. ff. de vaca. muner. Illam quoque glo. sequitur idem Bald. in c. filius. tit. de capi. qui cur. vend. vbi ex ea dicit, quòd filius non debet habere honorem paternum, & onera hæreditatis repudiare, quia censetur eadem persona. & in addit. Spec. tit. de censib. §. nunc dicendum, in fin. & consil. 138. Perrinus de Iasco, circa med. lib. 1. vbi eam dicit elegantè. & consil. seq. concludit, col. 1. vbi & eam dicit singul. sed vtrouique eam intelligit in filiofamil. tantum, non etiam in emancipato, sibi in hoc contradicens. & consil. 234. decretum magnifici, col. 1. eo. lib. 1. vbi per eam dicit, quòd pater & filius sunt vna identitas, & vnū est vtriusque domicilium, eamque etiam dicit sing. & consil. 486. quidam dominus, in fin. eod. lib. 1. & consil. 289. hoc exordio, consuetudo est, col. 2. versic. secundò hoc probatur. lib. 2. vbi & ex ea dicit, quòd pater & filius in muneribus & honoribus ad intellectum vnus persona reducuntur. & consil. 105. in causa quæ vertitur, col. 2. lib. 3. & consil. 294. ista causa, col. 1. lib. 4. vbi eam dicit not. & per eam dicit quòd libra patris censetur libra filij. Sequuntur item illam glo. Paul. Ca. consil. 110. super primo quæsto, col. 2. versic. in contrarium. lib. 1. Alexan. in dict. l. in suis. col. 2. & in d. auct. præterea, vbi supra. & consil. 48. super hæsitacione de qua quæritur, col. 1. versic. tertio pro hoc facit, lib. 1. & consil. 215. visis & opportunè digestis, col. 2. & iterum col. vltim. lib. 2. Cep. causam criminalium consil. 21. ego Bartholomæus, col. vlt. vbi ex hoc dicit, quòd si ex statuto debeat manus amputari condemnato ad certam pecuniam ob delictum, nisi sit idoneus solutioni illius pecunie, certè is censetur esse idoneus, cui pater soluendo est. Sed & eam glo. sequitur Corn. d. consil. 268. in hac consultatione, col. 2. lib. 3. & Barb. d. consil. 10. sapienter scribitur. lib. 2. & consil. 66. scribitur præclare, col. pen. eod. lib. 2. & in d. consil. 73. col. 3. lib. 4. & in d. tracta. de præstan. Cardin. in 1. parte quæst. 2. col. pen. Socin. col. 84. accuratissimè, col. 3. eo. lib. 3. & d. consil. 30. in causa dominæ, col. 3. versic. bene facit, lib. 4. Franc. Curt. senior consil. 49. memoria recolendæ dux, col. 17. versic. & cum do,

minus. & consil. 50. cuius est idem initium, col. 60. versic. dum dicunt aduersarij. Ias. latè in dict. l. filius paciscendo, in princ. C. de pact. & Phil. Dec. in cap. episcopus, extra de præb. Ant. Corf. qui eam glo. dicit sing. in tractatu de pote. & excel. regia. in 25. q. col. 2. & omnes vbi que præter vnū Rom. (nisi nos fallat memoria) qui eam reprobat in d. l. sciendum. ff. qui satisfact. cog. hinc occasione sumpta, quòd Guil. Cu. Bart. Alberic. & omnes ibi asserunt possessionem immobilium patris non prodeste filio in casu illius. Sed pro illa glo. vide tex. in c. 1. extra de magi. probantem, vt etiam not. Papor. & Fely. ibi, non esse verum pauperem, cui pater diues est. & in c. clericos. 1. q. 2. & in c. vlt. in fi. 16. q. 1. & eam glo. sequi videtur Franc. Aret. in l. maritum. col. vlt. ff. solut. matrimo.

24 Et hæc sanè confirmat, quòd si pater munus quodpiam aut magistratum gesserit, non sibi tantum sed filio præbet vacationem eiusdem muneris intra tempora legibus definita. Quod vt intelligas, illud nobis primū ex antiquis legibus repetendum est, quòd olim apud Romanos ex lege non licebat eundem magistratum intra 10. annos capere, vt traditum est à Tito Liuiio, ad calcem libri 7. ab vrbe condita, atque iterum lib. 10. vbi refert Q. Fabium Maximum vrgente maxima necessitate, consulem dictum, legem hanc recitari iussisse, quæ illi huius muneris vacatione præbeat: quod & asseruit Iulius Florus in epitome ipsius, tum lib. 51. tum quoque 56. in quo scribit Scipionem Africanum, quo eandem legem consulatum sibi vltro delatum à S. P. Q. R. minimè capere voluisse. Huius autem legis verba adscribit Tullius lib. 3. de legibus, Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne capito. At Liuius, vt ad eum redeamus, scribit lib. 7. secundi Belli Puni. C. & L. Arrianos tribunos plebis, cum Q. Fuluius Consul diceretur se interposuisse: neque enim magistratum continuari satis ciuile erat. Idem lib. 3. ab vrbe condita tradit senatum censuisse magistratum continuari, contra republicam esse. Ex quo apparet apud Rom. iam à præcis temporibus id obseruatum fuisse. Plutarchus autem in vita Coriolani statim in principio dicit, populū Rom. Martio Censorio suadente eam legē tulisse. Sed & huius legis meminit Appianus lib. 1. bellorum ciuiliū. tum quo loco de tribunatu Grachi differit, rum etiam cum acta Syllæ in Dictaura describit, vbi & ipsum eandem legem sanxisse tradit. Apud Valerium Maxi. lib. 4. c. 1. M. Rutilius iterum Censor, citatus ad concionem, populū vocatum grauisima oratione corripuit, quòd eam potestatem bis sibi detulisset. Et continuo post: Quintius Cincinnatus consul cum honorem eius P. C. continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quòd populus eosdem Tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat vtrunque discussit: Senatus studium simul inhibendo, & Tribunos verecundia suæ exemplum sequi cogendo. Sed & mox subdit, Fabium maximum cum à se quinquies, & à patre, auo, proauo, maioribusque suis sæpenumero consulatum gestum animaduerteret, in comitiis quibus filius suus summo consensu creabatur, quam potuit constanter cum populo egit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti daret, ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Cæterum ex legibus Thuriorum nō nisi intermissis quinque annis militum prefecturam gerere licebat, vt ab Aristotele proditum est lib. Proliticōn 5. c. 7. Qui & ipse lib. eiusdem operis 6. cap. 2. inter multa popularium gubernationum documenta illud adicit, non nisi semel eundem magistratum ab aliquo debere geri, vel perrarò, & paucis. At Plutarchus in Lyfandro tradit legem fuisse apud La-

*Romanorū
lex vctus
ne liceret
intra decē
annos eun-
dem magi-
stratum ca-
pere.*

*Magistra-
tus nō esse
continuan-
dos.*

*Thuriorū
lex de ea*

Lacedemo cedamones, ne bis idem praefectus clasis fieret. Apud eundem Cato senior in ipsius vita, ciues gra- uiter increpabat, qui eosdem frequenter in publi- cis muneribus praeficerent. Ceterum Demosthe- nes in de atheniensium scribit lege sancitum fuisse Athe- nensium, ne cui iterum Syndicu fieri crearique a populo liceret, ne id munus ob publicam vtilitatem inuen- tum, in quantum compendiumque priuatum ver- teretur. Plutarchus in vita Lycurgi, vnus ex de- cem tradit apud eosdem Athenienses legem fuisse ne quis vitra quinquennium publicae pecuniae cu- ram administraret. Nec huic rei desunt leges nos- trae, quibus interdicitur, ne quis honorem conti- nuet, aut repetat, l. honor. §. gerendorum. ff. de muner. & honorib. Et scribitur in l. aetimationem. §. vlt. eo. tit. neminem defensionem Reipub. amplius quam semel suscipere. In quam rem est etiam tex. in l. libertus. §. praescriptio. & iterum in l. diuus. ff. ad municip. & l. legato. ff. de vacat. muner. & in l. Paulus in princ. & in §. imperatores. ff. de legat. & in l. nemo in prouinciis. & l. sequen. C. de asse. & in l. C. ad leg. lul. de ambi. & in l. si quis tam. C. de decur. lib. 10. & in l. 2. C. de honor. & muner. non conti. co. lib. vbi ponuntur interualla temporum, quae postremis legibus in id statuta sunt. & l. cum te. C. quemadmod. ciuil. munera indic. eo. lib. & in §. vlt. in athen. de defen. ciuita. vbi inter caetera text. est sing. quod vnus tantum ex collegio potest impe- dire, ne quis continuet eodem magistratum, etiam si caeteri omnes consentiant. Id enim fieri non potest, nisi cuncta ciuitas reluctante nullo cum elegerit. Haec enim sunt verba illius text. quem ad hoc expendit Ange. ibi. & Bart. in l. omnes populi, in 2. q. princ. ff. de iustit. & iur. & in l. quod maior, post med. ff. ad municip. & Bal. in cap. quoties, in fi. extra de pact. & consil. 318. ponitur quod electio, in prin. lib. 3. Ang. qui illum tex. dicit sing. in l. & suum. §. hodie. in fin. & ibi Raph. Fulg. Paul. Cast. & Iaf. colum. 3. versic. quinto notanter limita. ff. de pact. & idem Ang. consil. 280. praemittit ad euidentiam, in princ. Rom. qui & illum dicit sing. in rub. de arbitr. col. 6. versic. limita primo locum non habere. & sing. 95. heri sui interrogatus. & iterum sing. 665. ad eligendum, & Feli. in c. cum omnes, col. 12. versic. quarto fallit, extra de consil. Ex quibus facile intelliges, nec debere eos qui magistratum semel gesserint, eundem facile repetere, nec si iterum eligantur, cogendos esse. Id quod certe ita obtinet, vt tandem ad nostrum institutum redeamus, vt si pater semel gesserit, non sibi tantum, sed & filio in sequentem annum vocationem praebet, tanquam eadem sint persona, tex. est in l. filio. ff. de lega. & in l. 1. C. de honorib. & munerib. non conti. lib. 10. & in l. nulli, in princ. C. de muner. & actua. lib. 12. quibus locis declaratur, quomodo id intelligendum sit. Et id quidam assignat patris & filij identitati, vt sic loquar, vel vt melius dicam, vnitati, Alexan. d. consil. 215. vifa opportunè, col. 2. & iterum vlt. lib. 2. Et facit optimus tex. in l. diximus. §. si pater. & l. seq. ff. de excusa. tutor. vbi tria tutelae aut curae munera patris, non ipsum tantum patrem, sed & filium quoque ab alia tutela exeunt, & e contrario. Qualiter autem haec omnia que diximus, procedant, videlicet quod pater & filius sunt vice vnus, & quod filius est veluti dominus rerum patris, & similia, vide omnino in nostro tract. primigeniorum. q. 33. & iterum 40.

Et Atheniensium.

Patris vocationem dantem in testamento minoribus solenni, aut postea

tris, qui in testamento etiam minus solenni, aut postea rupto, aut aliàs non iure tutorem liberis dedit. l. 3. & l. filio. ff. de confir. tuto. & l. 2. C. eo. & l. pater. §. cum a patre, & l. si pater. & l. iure nostro. §. vlt. ff. de testam. tutel. Et id quidem sine alia inquisitione. d. §. cum patre. & l. 1. & ibi docto. ff. de confir. tut. & §. vlt. Instit. de tute. & not. docto. in d. l. 2. C. de confir. tut. & late consuluit Corne. consil. 175. incip. licet in praesenti. col. 4. versic. concurrat etiam, lib. 3. vbi & hoc extendit ad aliam patris dispositionem circa filiorum educationem. & consil. 238. col. pen. versic. cum itaque, col. 4. lib. 4. Idque obtinet etiam si tutor datus a patre sit suspectus, modò pater ipse non ignorauerit, per l. in confirmando, & l. vtilitatem. ff. de confir. tut. quam ad hoc dicit not. Franc. Aret. in l. si cui lege. col. 2. ff. de testa. vbi plus dicit, id obtinere etiam si is tutor sit manifestè prodigus, per l. tres tutores. §. vltim. ff. de administ. tut. Tanta est, inquit, praesumptio quam habet lex pro consilio patris erga filios, per d. l. amicissimos, in prin. ff. de exc. tut. Idemque si pater ipse sit adultus nondum maior annis 25. per text. in l. 3. §. quamuis. ff. de admin. tut. quem ad hoc dicit sing. Rom. sing. 170. adultus potest. Nec patris tantum, sed & matris quoque, cuius non munus est tutorem liberis dare: si tamen dederit, iudicium sequendum est, vel sine inquisitione, vel cum modica arbitrio iudicis, vt not. in l. 2. ff. de confir. tut. & in l. 1. C. eo. & in l. credendum. ff. qui per. tut. & in l. mater. C. de testam. tutel. & in l. peto. §. mater. ff. de leg. 2. & per Bal. consil. 163. cuidam puellae, in secundo dubio, lib. 5. & Stepha. Bert. consil. 290. quamuis mater. in princ. lib. 4. Quin etsi ipsa velit nubere, petatque remoueri a tutela, & alium sufficere, is debet dari, quem ipsa nominauerit, exclusis legitimis. §. si autem tutelam, in athen. de nupt. glo. Dyn. & Bart. in l. credendum. ff. qui per. tutor. Cum aliis multis concord. a me congestis in commentariis nostrarum consuetudinum tit. 27. c. 3. in glo. 1. paulò ante fi.

Idem stru- tor datus sit suspec- tus.

Simile in matre tutorem dante reserua- tur. Ad idem.

26 Ex hoc quoque affectu paterno prodiit, quòd pulchre ac scienter tradit Bal. in l. pactum, in 21. q. C. de collatio. quòd si ex statuto non possit mulier contrahere sine consensu duorum consanguineorum, non requiritur ea statuti solennitas, si filia patri renūtiat. Nam propter naturalem, inquit, patris affectum, ipsi plurimum videtur esse concessum, per multa iura, quae illic allegat. Et hoc sequitur Rom. & Alex. in l. si quis mihi bona. §. vlt. ff. de acquir. hæred. Alexand. consil. 106. incip. quo ad praesens quaestum, in fin. lib. 1. & consil. 29. cuius exordium est, praclare subtiliter, col. pen. versic. pro hoc etiam facit, lib. 3. vbi hoc non vulgariter commen- dat. Barb. in cap. causam matrimonij, col. 3. extra de offic. delegat. & consil. 16. illud in medium afferam, col. 4. versic. 4. faciat, lib. 3. Franc. Aret. in l. 2. in fi. C. qui & aduers. quos. Philip. Franc. in cap. quamuis, in 3. not. & ibi quoque Georg. Nat. in tepet. colum. 11. versic. secundo not. ibi, tu contra Ludouic. de pact. lib. 6. Socin. consil. 230. vifo testamento, col. 1. lib. 2. Iafon qui hoc reputat sing. in l. transactionem, col. 2. versic. contra Salyc. fortius, & ibi quoque And. Alciat. C. de transact. & idem Alciat. in l. praeses, in 1. glo. in fin. C. eod. tit. & ipse etiam Iafon consil. 133. videretur in praemissa, col. 2. versic. ad idem contra, lib. 4. Phil. Dec. consil. 26. cuius superscriptio incipit, an filia dotata, col. 2. & iterum consil. 180. vifa renuntiatione, col. 1. & consil. 611. magnificus, col. 2. lib. 4. & in d. l. pactum, col. pen. versic. vlt. notandum. C. de collat. Anto. Corset. in tractatu de potestate. & excellen. regia, in 25. quaest. col. pen. in fi. vsque ad fin. illius quaest. Francisc. Ripa. lib. 3. responsum, cap. 10. incip. super dubijs, col. 1. & Catel. Cotta. qui hoc dicit sing. memo. incip. arrogationis formam, col. 2. versic. possumus tamen. & iterum memo. statutum

statutum requirens. & Ioan. Monteferr. in repet. l. frater a fratre, col. 13. versic. tertio quaeritur. ff. de condi- ctio. indeb. citantque omnes Bald. vbi supra. Sed idem nulla ipsius mentione facta respondit Paul. Cast. cuius nec illi meminerunt, consil. 421. quòd renuntiatio istius dominæ, versic. secundo principaliter, lib. 2. asseruntque omnes naturalem illum patris amorem in liberos.

Qui con- trarium te- neant.

27 Fuerunt tamè & ex illis plurimi, qui diuersum censuerunt, videlicet Rom. sibi contrarius in d. l. pactum, col. pen. & ibi quoque, subobscurè tamen, Corn. in fi. & Barbat. sibi quoque, contrarius in addit. Bald. ibi, & post eos Iaf. sibi item contrarius, magna rationum & argumetorum mole fretus, in col. vlt. versic. extra glo. non omitto. qui tamen veluti gloriabundus iactat se primum omnium illius Bal. sen- tentiae expugnatorè, & etiam clanculum Alex. sibi etiam contrarius in addit. Bar. in l. apud Iulianum. §. si pupillus. ff. ex quib. caus. in possess. ear. & apertius in l. morte, col. 1. ff. de acq. hæred. & Barba. consil. 40. sapienter scripsit, colum. 2. & lib. 1. consil. 41. immor- talem Deum, colum. 2. & seq. lib. 4. Iaf. in d. l. praeses, col. 2. versic. ego vltra omnes. C. de transact. quan- quam illud Bal. dictum sing. inibi asseruisset, & Lu- douic. Gomef. in §. omnium, col. 9. & iterum col. 10. versic. ista tamen cõmunis conclusio, Instit. de actio. Et ante hoc Bald. ipse a nullo istorum memoratus, non semel hanc postremam sententiam secutus est, videlicet cõf. 23. praesupposito statuto, lib. 4. & consil. 483. vifo statuto, eo. lib. 3. & consil. 199. refutatio non valuit: lib. 5. & idem videtur sensisse. 331. quaedam puella, lib. 3. Sed huius partis rationibus nos abun- dè post Philip. Dec. respondimus in nostris legibus connubialibus, in glo. 3. in verbo, contrafter, num. 30. secundo intellige, & multis seq. vbi videre poteris, ne iam actum, quod dicitur, agamus.

Pater legi- timus tutor potest filij familias minores alienare sine decreto iudicis.

28 Huc quoque plerisque manere videbitur, quod not. scribit Azo ille fons legum saepe nostris voca- tus, in sua summa quam vocant. tit. de bon. quaer. liber. post medium, versic. nec puto. Quòd pater legi- timus administrator filijfam. minoris potest res ipsius immobilis alienare sine decreto iudicis, quòd alias requiritur in huiusmodi rerum alienatione. C. de praedi. mino. per totum. & ff. de rebus eor. etiam per totum. Quod dictum sequitur Bal. in l. vlt. §. in autem 25. alienu, per illum tex. & ibi quoque Raph. & Corn. C. de bon. quaer. liber. & idem Bal. in l. cum emancipatis. C. de praedi. minor. & in l. praeses, col. 2. in 1. q. & ibi etiam Fulg. Pau. Cast. Alex. Fran. Aret. Iaf. & Alciat. C. de transact. ex quibus Bal. ipse hoc dicit menti tenendum. Paul. autem & Alex. testan- tur id esse sing. & Fran. Aret. not. Sequitur item ipse Bald. in l. de re filiorum, in 2. lectu. ff. eo. rit. vbi id dicit sing. nec alibi reperiri. & in l. 1. in princip. & ibi Raph. Com. ff. de reb. eor. vbi & hoc Bal. dicit sing. & idem Bal. in l. pupillorum. §. si pater, eo. tit. & in l. & si sine. §. quaesitum. ff. de minor. in 2. lectu. & in l. iustitandum quod ex conuentione. §. vlt. ff. de iur. reit. & in l. aliam autem, col. vlt. ff. eod. ritu. & in sua Margar. in verbo, alienatio, col. 1. versic. alienatio ne- cessaria, vbi & hoc dicit sing. & iterum in verbo, pa- rentes, col. 1. versic. pater est legitimus. Ang. qui hoc quoque dicit notandum, in l. de re filiorum. ff. de transact. lmo. in c. constitutus, de testib. Rom. & Iaf. qui dicit sing. in l. filiusfa. vterque in fi. ff. qui fatid. cog. & idè Rom. in l. singularia. col. 7. & ibi quoque Iaf. col. item 7. versic. non omitto vnum. ff. si cert. pet. Lanfran. Oria in sua tractatu de arbitr. char. 6. q. 3. Fran. Aret. in l. vlt. §. pupillus, col. 2. ff. de verb. obli. Soci. consil. 66. vifa donatione, colum. vlt. versic. tertio quia pater, lib. 3. Steph. Bertr. consil. 84. vifo processu causae cepra, col. vlt. num. 7. lib. 2. Phil. Dec. in l. pa- ctum, col. vlt. C. de collat. & consil. 209. in casu pro-

posito agam breuibus, col. 1. & Catel. Corta, qui & hoc dicit singul. memor. incip. decretum iudicis. Ferdi. Loaz. in repet. l. filiusfa. §. diui, col. 7. versic. pro cuius corroboracione. ff. de leg. 1. Hippol. Marfil. in singu. 498. bonaminorum. Carol. Ruin. consil. 101. ponderatis omnibus, col. 2. nu. 2. lib. 5.

Contrariis tenentes.

29 Quorum omnium consensus non deterruit Saly. quin constanter & apertè diuersum sentiret in d. l. praeses, versic. sed dubitari potest. C. de transact. Quem solus ex recentioribus, quos legi, sequitur Ioan. Monteferra. in repet. d. c. frater a fratre. d. col. 12. de cõdict. indeb. Nihil enim videt Saly. cur id fieri possit, nisi id operetur affectio paterna, quae omnes excedit, per d. l. isti quidem. §. vlt. ff. quod mer. caus. Sed hoc, inquit, non est tutu: quia haec affectio paterna non cessat cum filius sit sui iuris, & tamen pater eius legitimus tutor non potest alienare sine decreto, per l. cum emancipatis. C. de praedi. minor. Sed ad hoc respondere Alex. in d. l. praeses, quòd pater tutor vel curator, filij emancipati, de quo loquitur d. l. cum emancipatis, non tantum iuris habet, quam qui est legitimus administrator filijfa. quem habet in potestate, inque ipsius bonis habet vsur- fructu. l. cum oportet. C. de bonis quaer. liberis, cum similibus, potestque vt subdit Bal. constituere pro- curator ante litem contestatam, vt probatur in l. 1. prout eam intelligunt Bart. Bal. & alij, gl. reprobat. C. de bonis mater. Bal. in l. 1. in 1. lectura, col. 1. & ite- rum in 2. lectu. col. 2. ff. de procur. & in c. vlt. col. 1. versic. item not. regulam, extra de iurament. calum. Paul. Cast. consil. 34. super primo dubio, ante fi. lib. 2. quod nõ potest facere curator. l. neq. C. de procur. etiam si is sit pater, vt dicit Bal. in d. c. vlt. ita intelligens gl. in d. l. 1. de bon. mater. quam dicit sing. Adicit & Iaf. hoc confirmans in d. l. praeses, quòd pater tutor aut curator filij tenetur reddere rationem, vt quilibet alius tutor aut curator, per l. si superflite, & ibi Bal. in l. nota. & alij. C. de dol. & l. licet, & ibi quoque Bal. C. ad leg. Falcid. & l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de lib. lega. & voluit Bal. in d. l. cum oportet. §. vlt. Cui adde quod & idem voluit ipse Bal. in l. is qui, in prin. ff. de tutor. & curat. datis ab his, qui ius, & in l. 1. col. 12. versic. modò sequitur videre. C. de confes. & in l. filia cuius. C. famil. ercisc. & in c. edoceri, col. 2. extra de rescript. Angel. in §. sed quod sancitum, in authent. de nupt. Franc. Aret. in l. vlt. §. 1. ad fin. ff. de verb. oblig. Socin. consil. 2. incip. sequendo ordi- nem, col. 1. in fin. lib. 1. & iterum consil. 73. difficultatem faciebat, colum. 6. versic. capio nunc certum, lib. 3. & plenè diximus in nostris consuetudinibus, tit. 27. §. 4. in gloss. 3. At pater legitimus administrator (vt ad Iaso. redeamus) non tenetur rationem sine administrationis reddere, per dicta l. cum oportet. §. non autem. & voluit Bart. in l. usufructu, in prin- cipio. C. de usufruct. & Bald. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cleric. vbi reddit rationem diuersi- tatis, & in d. l. filia cuius, col. vlt. C. famil. ercisc. Cui & in hoc adde text. in l. vlt. §. in autem 25. alienum, versic. hoc proculdubio, in illis verbis, & a ratiocini- nis, & c. C. de bo. quaer. lib. & in d. l. cum oportet. §. non autem, & ibi gloss. Cyn. in 4. q. Bald. & alij eod. tit. & in §. & ita circa talium, in authent. de nupt. glo. in d. l. orphanotrophos. Angel. in l. 1. §. haec stipulatio. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. Rapha. Cuma. con- silio 88. cuius principium est, casus talis est, col. 2. Roma. in repet. l. si verò, §. de viro. in 29. fal. ff. solut. matrimo. Franc. Port. in tractatu de duobus fratri- bus, parte 1. q. 49. Alex. consil. 111. circa primum du- bium, col. pen. lib. 3. Maria. consil. 34. hoc capite, pro- sequendo ordinem, col. 10. versic. circa sextam prin- cipalem quaestionem. & Bart. eius filius, consil. 254. incip. vifa & considerata, colum. 2. versic. ex quibus infero, libro 2. Adde & aliam rationem. Nam cum

Responso ad contra- riam opi- nionem.

Alia ratio aduersus contrariam opinionem.

Adidem.

De eadem re.

Diuisio est species alienationis.

Fundamentum opinio nis Azo.

pater habeat in his bonis vsufructum, non adeo verisimile est eum illa temere alienare, vnde suum amittat vsufructum. arg. l. cum de indebito. ff. de probat. Et sic vltra affectionem paternam occurrit & suum ipsius commodum. Ad quod facit etiam quod scribit Bald. in l. si infanti, col. 3. in 7. opposit. C. de iure delib.

30 Ex quibus facile intelligitur Salyc. deceptum fuisse, & vt loquitur Iason, equiuocasse, du allegat d. l. cum emancipatis. C. de praedi. minor. loquentem de patre tutore siue curatore filij emancipati, cuius bona non potest alienare sine decreto iudicis, vt inibi cauetur, & in d. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de rebus eorum. quo in loco aperte probatur id quod diximus, sed ita tamē, vt patri tutori sit facilius concedendum alienare quam alteri, idque verum est vt pater scilicet alienare non possit sine decreto: etiā si ea bona à patre fuerint ante filio donata, per l. 2. C. si aduers. donat. vbi est tex. notat. Azo autē illius sententiae author, ac veluti praesultor, & qui eum sequuntur, planē intelligunt & loquuntur in patre legitimo administratore filijfamil. qui plus iuris habet in bonis ipsius filij in sua potestate constituti, quorū est legitimus administrator, quam pater. curator filij emancipati, vt satis liquet ex praedictis. Et hanc differentiam ex antiquioribus nuncupatim facit Bald. in d. §. si pater. & in d. l. i. vbi etiam Iacob. Aret. & Alber. ff. de rebus eorum. Quando autem & quorum bonorum pater sit & dicatur legitimus administrator, plenē diximus in nostris consuetudinibus, d. tit. 27. §. 4. in glo. 2.

31 Sed interim tamen non omissum putamus, quod Bal. loquens in patre legitimo administratore, videtur idem tenere quod Salyc. & in re quidem ac specie magis ambigua, in l. generaliter, in prin. col. 2. vers. extra ego quero. C. de secun. nup. dum dicit, quod pater legitimus administrator filiorum suorum, qui ex successione matris opulentam hereditatem acceperunt, non potest inter filios minores eam diuidere sine decreto iudicis, quia talis diuisio est species alienationis, in qua requiritur decretū, per l. non solum. C. de praedi. minor. Sed & idem Bal. cons. 448. queritur in primis, in vlt. dubio, lib. 1. tradit quod pater non potest sine decreto iudicis transigere super bonis in quibus habet vsufructum, in praedictum filij, nisi cautē & prudenter id faciat, propter dubium litis euentum, per l. 1. C. de bonis mater. & l. pactum curatoris. C. de pact. & d. l. praes. C. de transact. Ex cuius sententia facile intelligis non posse patrem etiam legitimum administratorem (nam alias non haberet vsufructum, vt pater ex §. 1. ad fin. in authen. vt liceat matri & auia. & plenē diximus in d. §. 4.) non posse, inquam, patrem libere alienare huiusmodi bona quod & expressius tenet ipse Bald. consil. 357. incip. nulla mulier. col. 2. lib. 1. & rursus consil. 215. proponitur quod inuestitura, col. 3. vers. aduerte hic, lib. 2. & iterum consilio 331. quaedam puella, colum. 2. lib. 3. & Benedict. Cap. consil. 149. punctus quaedam domina, col. vlt. in 6. dub. & omnes etiam per dictal. l. Cod. de bon. matern. vbi est optimus text. quod pater legitimus administrator filijfamil. non potest alienare bona ipsius in quibus habet vsufructum. Id quod etiam cauetur, l. quicquid. eo. tit. cum dicitur vt vendere, donare, relinquere, alteri obligare non possit. quae verba in id sunt expressiora, quam vt quis ea cauillari, aut in alij sensum trahere possit. nec id minus expressum est in l. quaecunque, tum in princ. tum in §. vlt. C. de bonis quae lib. & in l. cum oportet. §. non autem, eod. tit.

32 Ideo hic attende lector. Nam potissimum, imò vnicum fundamentum Azo. & affectarum ipsius situm est in d. l. vlt. §. si autem as alienū. C. de bon.

quae liber. vbi cauetur quod ob as alienum hereditarium & legata vel fideicommissa soluenda tantum potest pater alienare bona immobilia aduentitia filijfamil. quorum est legitimus administrator & vsufructuarius. Nec vllam mentionem facit is text. de decreto iudicis, vt alias fit in alienatione rerum immobilium minoris. Ideoque nec decretum, inquirunt, requiritur. Ex quo euidenter constat illud dictū Azo. & sequacium obtinere in huiusmodi alienatione necessaria, quae fit ob as alienum, de qua loquitur rex. quo ipsi solo innuntur, non etiam in alienationibus merè spontaneis siue voluntariis, quia dicta placitūq; doctor. debent intelligi secundum leges quas ipsi allegant, ex sententia Bar. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. lega. cum similib. Quāquam multi ita allegat illud dictū Azo. dum simpliciter & sine mentione as alieni allegant, vt videantur velle licere patri legitimo administratori passim semperque sine decreto iudicis alienare. Et tamen Azo ipse non obscure ostendit ita se intelligere, vt procedat in alienatione quae fit ob as alienum. Nam primū scribit quod pater legitimus administrator debet abstinere ab alienatione, nisi ob as alienum: mox subdit haec verba, nec puto quod exigatur à patre decretū, cum ipse alienat, licet exigatur à tutore. Vides igitur quod Azo non facit ius patri alienandi nisi ob causam as alieni. & confestim subiungit, non esse necessarium decretum iudicis in alienatione illius, quod tamen alias requiritur, cum fit ob as alienum. l. ob as. C. de praedi. mino. Et ita Azo. expressē intelligit & sequitur Bal. in d. l. i. in prin. & iterum in d. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de reb. eor. & Fran. Aret. in l. vlt. §. pupillus, post medium. ff. de verb. obli. & Fa. in dicto tractatu, de empr. & vend. vbi supra & Ias. in d. l. filiusfamil. in ff. qui satisd. cog. Et secundum hanc nostram interpretationem debent etiam intelligi quae dicit Bal. in d. l. generaliter. & consil. supra allegatis, vt pote qui loquitur de alienatione minimē necessaria. Et hoc modo quoque intelligi dicta l. i. & d. l. quicquid. C. de bonis mater. necesse est.

33 Sed & adhuc in casu d. §. si autem as alienum, videtur res haec de qua loquimur, non omnino certa esse, nec expedita: tū propter verba in eo. §. adscripta, in versicul. sed pater quidē in praedictis. quae verba sunt huiusmodi, habeat licentiam ritē res filiorum suam vendere. Nam illa dictio, ritē, eam naturam & vim habet, vt iuris solennitatem dicat, sicut dictio recte, ius & causam, siue iustitiam cause, vt placuit glo. & Barto. in l. 2. ff. de inoffic. testam. & in l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. heredit. cum similibus. Ex quo, rite, pro ritu nonnulli vsurparunt, vt Statius lib. 2.

At tu (pudet) hostia regni
Hostia nate iaces, ceu mutus, & è grege sanguis.
Hic mihi primitiis ararum & ritu nefasto
Libatus insusque mori.

Ritē, id est ritum, quod & Priscianus lib. 14. annotauit. Ex quo & haec dictio denotat formam ex sententia glo. in l. si quando, in verbo, ritē. C. de bon. vacan. & eam quidem substantialem secundum Petr. Anchar. in c. possessor, col. 4. vers. item de iure canonico, de regul. iur. lib. 6. per c. firmiter. §. sacramentum, extra de summa trinit. & c. nihil, extra de elect. Tum quoque quia vbi alicui conceditur facultas conficiendi alicuius actus, quem ante facere non poterat, intelligitur seruata solennitate, per l. si quando, & ibi glo. docto. C. de inoffic. testa. Propterea scribit Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 94. post multos alios doctor. quos illic nuncupatim citat, quod cum dominus facit potestatem emphyteuticā alienandi rem emphyteuticā, intelligitur tamen, vt alienet seruata solennitate, scilicet requisito ipso domino

& affectarum hac in re.

De eadem re.

Dictio, ritē, quā vim habeat.

Autoris sententia confirmans opinionem Azois.

Responsio ad contraria.

domino secundum formam. l. vlt. C. de iure emphyt. in cuius sententiam veluti pedibus ire videtur Ioan. And. in addit. illius. Eamque non obscure sequitur Ioan. Fab. in §. vlt. col. 2. in verbo, obliuari. Cod. de iure emphyt. & Collect. in c. potuit. colum. 5. versic. sed quid si dictum fuit, de locat. Floria. in l. si stipulatus, col. 2. ff. de vsu. Ioan. Fay. in c. imperialem. §. habito. col. 7. in paruis, versic. sed tunc quomodo fit. de prohib. feud. alien. per Federic. & Alex. consilio 106. cuius exordium est, viso themate, colum. 1. lib. 4. latissimè omnium Laur. Calca. consil. 50. non est dubitandum, per quatuor primas columnas. Franc. Curt. in tractatu Feud. in 4. parte, col. 67. vers. quinto quero si in inuestitura. Et facit quod in simili tradit Petr. Anchar. consil. 274. ad declarationem dubij. Idco Iason in d. l. praes. colum. 2. C. de transactio. dicit quod licet temerarium esset à com muni illa sententia Azo. & ceterorum aut consulendo aut legendo discedere, putat tamen legendo eam non esse veram.

34 Ego verò omnibus modis veram esse arbitror, ira tamen intellectam, vt supra diximus, vt videlicet possit pater ob necessitatem filiorum ipsorum bona immobilia, quorum est legitimus administrator, alienare sine decreto iudicis, per doctrinam glo. & omnium in d. l. si quando. C. de inoffic. testa. quae talis est, quod cum aliquid permittitur fieri in casu alias permisso, intelligitur non obseruata etiam solennitate in eo casu alias requisita, ne huiusmodi permissio sit superuacua, per l. 1. ff. ad municip. & l. si quando. ff. de legat. 1. cum sim. At as alienum, & alia similis necessitas sunt inter casus propter quos bona immobilia minoris alienari possunt, interueniente tamen decreto iudicis, d. l. ob as alienum. & ibi not. C. de praedi. minorū cum similib. Igitur cum simpliciter patri permittitur ob huiusmodi casus alias permittos alienare, debet intelligi, vt etiam id possit sine illa solennitate. Propterea etiam non verum est illud Spec. dictum supra allegatum, quin si dominus permittat rem emphyteuticam vendere, intelligitur etiam sine consensu aut alia requisitione ipsius domini, vt haec permissio aliquid operetur, vt voluerunt Albe. & Salyc. in d. l. vlt. ille col. pen. hic col. 1. & ibi etiam col. 2. C. de iure emphyt. & Bal. Ang. & Floria. sibi contrarius in l. cum essent. §. per plurimū. ff. de feruit. rustic. praedi. per tex. ibi & allegat praeterea ipse Ang. c. 1. tit. de feud. non hab. pro natu. vbi & hoc dicit not. Car. Alex. in col. 1. Nicol. Neapol. in c. feudum, & ibi etiam Iaco. Aluar. vers. opt. cum gl. & ipse Cardin. Alex. in si. tit. si de feud. fuer. controuerf. inter domin. & agnat. & Imol. in c. potuit, col. 49. extra de loca. & Rom. sing. 471. incip. emphyteuta non potest alienare. & Alexan. sibi contrarius consil. 173. viso themate & scriptis, col. 3. versic. quod autem Geraldus, lib. 2. quod reperitur consil. 91. lib. 3. Socin. consil. 3. in causa domini Guidi, col. vlt. lib. 3. & Philip. Dec. in c. quae in ecclesiarum, col. vlt. de constit. & Firmia. in tractatu gabella. in 1. parte, col. 10. vers. & aduerte ad propositam quæst. De quo & per Socin. in l. qui Romae. §. cohæredes, col. 3. ff. de verb. oblig.

35 Nec huic sententiae obstat dictio rite, posita in d. §. si autem as alienum, quia intelligitur secundum praecedentia, vt videlicet prius bona mobilia, si quae sunt: in minus, bona immobilia alienari possint, & ita rite, id est ordine alienentur, vt apud Virgilium lib. 3. Aeneidos,

Præceptisq; Heleni dederat, quae maxima rite
Iunoni Argina iussos adolemus honores.

Nam quod ita in eo loco intelligatur, indicant quae confestim sequuntur:

Haud mora continuo confectis ordine cunctis.

Ideoque saepe numero dicitur recte atq; ordine, vt in

Idini fratres. §. recte. ff. de liber. cau. & in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. Proconsul. & l. 2. ff. ad. Senarufcon. Velleia. & apud M. Tull. Cicer. in oratione pro P. Quintio, atque etiam in Philip. 3. & 5. & 10. non semel, & etiam in oratione pro Sexto Roscio Amerino, atque alibi saepe. & in oratione Caesaris apud Salustium in Catilinario. & Linius in §. decadis, lib. 5. Neque enim perpetua est, nec semper obrinet illa differentia earum dictionum, recte, & rite, quin plerumque rite pro recte, & contra ponantur, non solum à nostris, vt per Accurs. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. poss. contra tab. Luc. Pen. in l. 1. col. 2. in fi. C. de professio. qui in vrbe Constanti. lib. 12. & Domin. post alios in c. contra Christianos, post prin. de heret. lib. 6. & Franc. Aret. in l. Titius, in princ. ff. de lib. & posth. & in l. quamuis. §. infans. in fi. ff. de acquir. possess. & Ias. latē in l. iustē possider. col. 2. ff. de acquir. possess. & Philip. Dec. etiam abunde in l. lecta. col. 5. super gl. in verbo, recte. ff. si cer. pet. vbi etiam nuncupatim loquens de casu d. l. vlt. §. si autem as alienum, dicit illic rite pro recte poni. & Andr. Alciat. in l. hac verba in stipulatione. ff. de verb. sign. & est bonus tex. in l. 3. cum dicitur, rite atque solemniter. & ibi Lucas Pen. C. de bon. vacant. sed & ab aliis quoque probatissimis scriptoribus. Nam & Virgil. ipse Poetarum maximus, qui in huiusmodi rebus est instar omnium, eo. lib. 4. Aeneid. ita scribit,

Rite secundaret visus.

Id est, recte, vt interpretatur Seruius, & ratio recti sermonis admonet. Et iterum in eodem libro:

Si rite audita recorder. Atque etiam lib. 3. Si modò rite memor seruata remior astra.

Quibus locis satis constat eam dictionem nullam significare solennitatem. Ex quo Priscianus lib. 15. A ritu, inquit, rite pro recte: quia nihil traditur ritibus, nisi quod rectum esse credatur. & Sexus quoque Pompeius in verbo, ritus, Rite, inquit, significat bene ac recte. & ante hos Varro lib. 3. de lingua Latina, quo loco de Halycone aue loquitur, quod (ait) sit rite, id raturum ac rectum est. Ab eo Accurs. recte perfectis sacris vult accipi. Et cum istis expedita est res haec, in qua paulò diutius immorati sumus, quia quotidiana est, nec tamen satis à nostris excussa.

36 Denique vt ad alia veniamus. Ex eodem fonte fluit, quod eleganter respondit Paul. Cast. consilio 275. incipien. super primo quaesito dicendum videtur dictam substitutionē, col. 2. versic. secundò an possit hoc dicere, lib. 1. quod pater in dubio praesumitur competenter dotasse filiam, nec in huiusmodi paterna dotatione debet fieri subtilis indagatio. Nam cum paterna pietas consilium capiat pro liberis, dicta l. nec in ea. ff. de adult. non debet alteri videri incompetens, quod patri competens visum est, argu. l. si furioso puberi, in fin. ff. de cura. furio. nisi esset magnus quispiam excessus, qui argueret dolum patris, argu. l. vnde si Neruae, cum sequen. ff. pro socio. Et idem quoque voluit ipse Paulus Castren. consil. 404. visis & ponderatis, circa medium, lib. 2. & consil. 421. hoc capite, quod renuntiatio istius domine, versic. secundò principaliter loquitur, eod. lib. 2. & Alexan. consil. 33. videtur super dicto quaesito, paulò ante fin. lib. 4. Maria. consilio 30. quamuis ex his, colum. 2. versic. concludo quantum ad secundum membrum. & Bart. eius filius consilio 278. cuius est initium, circa primam quaestionem, colum. 10. versic. confirmantur & praemissa, lib. 2. consil. 77. viso testamento Petri, col. pen. lib. 3. & Franc. Curt. senior consil. 27. hoc capite, magnificus vir, col. 14. versic. venio ad quartum, & col. 17. versic. & ita in terminis. & iterum consil. 45. itatuto seu consuetudine, col. 12. versic. ad tertium arg. &

Dictio, rite, nullam significat solennitatem.

Pater praesumitur competenter filiam dotasse.

iterum colum.vlt.ad fi. & item consi.81. incip. rectè præfatus egregius dict. col. vlt. & las. qui hoc reputat sing. in l. voluntatis. C. de fideicom. & consi. 231. ista due mulieres, col. 4. vers. quarto est bene considerandum, lib. 2. & consi. 133. videretur in præmissa, colum. 2. vers. ad idem contra, lib. 4. Carolus Ruin. consi. 52. quia de pluribus. col. vlt. nu. 13. lib. 2. & Philip. Dec. in l. pactum, col. vlt. C. de collat. vbi hoc dicit not. & consi. 26. cuius superscriptio incipit: an filia dotata, col. 2. vers. sed tamen his non obstat, vbi hoc reputat not. & consi. 89. viso puncto, col. vlt. vers. reputa quia. & consi. 180. visa renuntiatione, col. 2. vers. & intantum hoc procedit. & cons. sequen. fati nota, col. 2. vers. & etiam dato, vbi & hoc dicit procedere etiam si filia esset læsa, vltra dimidium iusta æstimationis. & consi. 196. visa transactione, colum. 2. vers. & in simili casu. & consi. 276. proponitur quod dominus. lib. 1. consi. 105. copiose. col. 2. vers. concurre. & consi. 61. magnificus. col. 2. vers. dubitari potest. & Franc. Curt. lun. consi. 10. visa ac diligenter considerata, col. 1. & Laurus Pala. in tractatu statutorum excludentium fœminas à success. char. 5. colum. 4. vers. reperio autem in hac quæstione. & Cate. Cot. qui hoc dicit sing. in memori. incip. dos data. & Ant. Rub. consi. 163. circa primum dubium, colum. 1. vers. circa aliud. & idem propè voluit Corn. consi. 107. in consiliis, colum. 3. vers. quia lex debet, lib. 2. & ante omnes Bald. cuius nullus illorum meminit, consi. 328. cum in causa Pisani conuentus, col. 2. vers. quæ milititer secundò, lib. 3. vt iam non dubites, vt opinor, in tot legalis disciplinæ procerum sententiam pedibus manibusque haud cunctanter ire, etiam si reclamet Bald. & Barthol. in tractatu dorum, in 17. priuilegio 5. patris. Cuius quidem authoritas mihi certè veluti sacrosancta est, sed nemo solus satis sapit, ex Periplectomeni senis sententia in Milite Plauti. id quod Græci ita pronunciant, *ἴσθ' ἀνὴρ ἔδει; ἀνὴρ*, id est, vnus vir, nullus vir. Quanquam idem cum eo sensisse videtur Socin. consi. 57. in causa restitutionis. col. 7. vers. non obstat illud, lib. 4.

Fundamentum huius legis consistit in verisimilitudine donantis. Verisimilitudo in legibus quantum valeat.

37 Sed iam, ni fallor, tempus est, vt hunc affectum, amorem, necessitudinem, coniunctionem, aut si mauius vnitate, vel vt alij appellant, vnionem parentum & liberorum relinquamus, & ad aliam partem rationis atque fundamenti nostræ l. quæ est verisimilitudo, pergamus. Hæc igitur l. nostra omnium consensu fundatur in verisimili mente donantis, qui si cogitasset de futuris liberis verisimiliter, aut non donauisset, aut sub ea conditione donauisset, si liberis non susciperet. Scilicet tanti est nostris legumlatoribus & peritis verisimilitudo, vt ea leges faciant, litæque diffiniri iubeant, tanquam id verum sit, quod veri est simile. Quibus planè consonant vltra supra in prin. allegatos, l. non verisimile. ff. quod met. causa. Et l. peculium autem. §. 1. ff. de pecul. & l. si filius. eo. tit. & l. Iulianus. §. præterea. ff. de actio. empt. & l. sed & si susceperit. §. primo. ff. de iudic. & l. si extraneus. ff. de condi. ob. caus. & l. si debitor. §. verisimile est. ff. de contrah. empt. & l. 2. §. si venditor. ff. de hæred. vendit. & l. peculium. §. 1. & iterum l. si filius, quæ est pen. ff. de poen. & l. Nefennius. ff. de negot. gest. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati, & l. obligatione. ff. de pign. & l. Pomponius. §. si quis. ff. in quibus causis pign. vel hypoth. tacite contraha. & l. insulam. ff. qui pot. in pign. hab. & l. 3. §. 1. ibi, verisimilia responderint. ff. de testib. & l. ob carmen. §. vlt. ibi, quæ rei aptiora, & verò proximiora, eod. titul. & l. si nuptura, in fin. ff. de iure dot. & l. inter focerum, in princ. ff. de patris dotal. & l. amicissimos, in princ. ff. de excus. tuto. & l. ex facto, post princ. ff. de vulg. & pup. substitutione, & l. cohæredi. §. qui patrem, eod. titul. & l.

61 Ex externis autem scriptoribus vide Tullium in dialogo de partitione oratoria. vbi inter alia scribit, verisimilia autem partim singula mouent suo pondere, partim etiam si videntur esse exigua per se, multum tamen cum fuerint coaceruata, proficiunt. & lib. Rhetoric. ad Herennium 1. tit. de narratione, si eius sunt 2. libri. Et in oratione pro Deiotaro, quae rota in verisimili versatur. & Fabium, lib. 5. oratoriarum instit. cap. 10. quod est de argumentis, vbi credibile appellat, quod verisimile ceteri dicunt, sicut & l. 1. C. quae res pigno. obliga. post id etiam credibile dicit, quod in eodem casu verisimile nuncupat. l. obligatione. ff. de pigno. & facit etiam text. in l. cum in testamento. ff. de reb. dub. Nam & quod verisimile est, idem & credibile est, vt dicemus, infra, numero III. Quartò declara. & probat illud Terentij in Adelphis, *Ipsam id metuo vt credant, tot concurrunt verisimilia.* Item illud quoque Ciceronis ad Cassium libro epistolarum 12. id autem eò facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Sicut etiam è diuerso quod verisimile non est, idem est & incredibile. l. Mauius, in prin. ff. de leg. 2. & l. cum de indebito, post princ. ff. de probat. quae incredibile appellat id quod non est verisimile. ex quo est illud ipsius Terentij in Hecyra: *Non verisimile dicitis, nec verum puto.* Et Tullij in oratione pro Sexto Roscio Amerino. Nam vt illud incredibile est, mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc verisimile non est odio fuisse parenti filium, sine causis multis & magnis. Hic enim vides incredibile & non verisimile pro eodem poni. & dicemus postea dic. vers. III. quartò. Vide postremò Dom. August. lib. contra Academicos 2. Labeo autem inoster *in vlt. id est, verisimilium siue creditilium libros 3. scripsit, ex quibus citatur in l. vlt. in prin. ff. de verbo. signifi. quos vti nam haberemus, ne tam multa eius generis desideraremus.* Porro Gracialis quoque nomine verisimilia *in vlt. appellat, quod & Tullius ipse admonuit in partitionibus, & Rodolphus Agricola lib. de inuentione dialect. 1. ca. 22. vbi & ea consentanea vocat.* Nos etiam conuenientia dicere possumus. Probabilia appellat ipse Tullius lib. 1. de inuentione, quo loco de narratione differit. Nam illic probabilem narrationem vocat, quam ipse, aut quisquis fuit, verisimilem dicit in d. lib. ad Herennium.

Externi scriptores quid appellant verisimile.

Nota quibus antiqui medici utebantur.

Declaratio huius legis.

Cessante ratione legis cessat & ipsa lex.

nium, & è nostris Bal. conf. 78. text. in quo non multum, post prin. dicit verisimile & probabile idem esse. Sed & Quintil. lib. instit. orator. 4. cap. 2. nihil inquit refert, an pro verisimili probabilem credibilemve dicamus. Denique Galen. in Hippocrat. lib. 3. epidem. in, id est, morborum vulgariarum, inter notas, quibus antiqui medici utebantur, dicit *literam significare morborum, id est, verisimile, vt l. 8. Savaarbo, id est, mor tem. & v. b. 34. id est, sanitatem.*

62 Ex iis veluti praeludiis huius operis planè liquet reuocationem quae fit ex hac l. (vt tandem ad eam propius accedamus) fieri ex verisimili & praesumpta mente donantis, qui si cogitasset de futuris liberis, verisimiliter aut non donauisset, aut donationi eam legem apposuisset (quod iam supra factus diximus) vt susceptis postea liberis, ea irrita fieret. Id quo etiam aperte probat text. de eadem re loquens in c. vlt. 17. q. 4. Cuius huc verba subieci-mus: *Quam laudabile factum sancti Aurelij Carthaginiensis episcopi! Quidam enim cum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes retento sibi usufructu donauit ecclesiae: nati sunt ei filij nec opinanti. reddidit ei episcopus quae donauerat. in potestate habebat non reddere, sed iure fori, non iure poli. Hae ibi, quae dicuntur esse Augustini. de quo admodum dubito ob ea quae scribit Posidonius Calamenfis in vita illius, c. 24. & quae etiam eum locum reperire non potui inter opera illius, licet anxie ac diligenter conquisierim. id quod obiter dicere volui. Sed vt redeamus, expende in illo tex. illa verba, cum filios non haberet, nec speraret: item illa, nati sunt ei filij nec opinanti. Ex iis facile intelliges, cur fiat huiusmodi reuocatio, nempe ob praesumptam & verisimilem mentem donantis, vt tenent omnes, quos supra citauimus.*

63 Ex quo fit quod si donans cogitaret de futuris liberis, non esset locus huic l. nimirum cessante ipsius ratione, vt expressè voluit Bar. in l. Titia. §. imperator, col. 2. vers. quare quid si in dubio. ff. de leg. 2. & in l. 1. col. 2. vers. tamen vt ego respondeam, ibi etiam Bal. in si vers. demum quere. C. de inoff. donat. Io. Fab. hic, Bal. in l. 1. col. 2. in si. i. q. C. de inoff. dotib. & conf. 306. incip. casus quaestio, col. 2. vers. secundum motium, lib. 2. Imol. in c. vlt. col. 6. vers. item attende, & iterum col. 11. vers. quare quid si in donatione, extra de donationib. Paul. Castr. conf. 434. respondeo per ordinem, col. 1. lib. item 1. & consil. 435. super hoc puncto, lib. 2. Barba. in repet. l. cum acutissimi, in sexcentis locis. C. de fideicommiss. & in repet. cap. Raynucius, col. 8. & iterum col. 48. vers. sed volentes tenere contrarium, de testam. Corne. consil. 15. ex quo dicitur Franciscus, col. 3. vers. non enim reuocatur. lib. 1. & conf. 11. in presenti consultatione, col. pen. lib. 3. & conf. 54. duo in puncto quaruntur, col. 2. eod. lib. 3. & conf. 194. videtur in presenti, col. 2. eo. lib. 3. & conf. 206. viso supra scripto themate, col. 7. vers. sed circa portionem, eod. lib. 3. & consil. 30. in hac consultatione, col. 2. lib. 4. Socin. in rub. ff. de lib. & posthum. & in l. 2. col. 1. ff. solu. matrimo. & conf. 147. visa facti contingentia, in vlt. dubio, lib. 4. & conf. 116. in causa filiorum, col. pen. vers. praeterea ad omnia, lib. 3. & conf. 53. viso instrumento, col. 3. vers. secundo responderetur, & iterum col. 5. in fin. lib. 4. & inter consilia Franc. Curtij Senioris, conf. 2. eleganter & subtiliter, col. 2. vers. secunda consideratio. & conf. seq. pro declaratione, col. 3. vers. secundo praemittendum. & Ias. conf. 125. Bartholo. col. 3. vers. eandem opinionem, lib. 4. Phil. Dec. in l. generaliter, col. 5. vers. ad hoc replicat. C. de institutio. & substitut. & consil. 366. pro declaratione, col. 3. vers. secundo praemittendum. & Stepha. Bertrand. consilio 214. ponitur in facto, in fin. lib. 1. & consil. 38.

quanis donatio, col. 1. lib. 4. Anton. Rubeus consilio 3. viso instrumento, col. 2. & Paulus Parisiens. consilio 26. ex tenore, columna 131. numero 79. lib. 2. & omnes vbiq. de hac re loquentes, praeter eos quos inferius referemus, & alios forte paucos.

64 Et id quidem optima ratione. Nam cum ex multorum, imò penè omnium sententia hęc sola sit huius l. ratio, quam iam saepius diximus, scilicet verisimilis & praesumpta mens donantis, ea certè pro expressa habetur, potèstque ex ea sumi argumentum à contrario sensu, & à cessante ea ipsa ratione, & alio quolibet, vt voluit gloss. reputata singul. in l. quamuis, & ibi Bald. & alij recentiores. C. de fideicommiss. & idem Bal. in l. maximum vitium, col. 3. vers. sed Bart. dicit. C. de lib. praeter. cum aliis sexcentis concor. quas late, si quis alius, congressi in nostris consuetudinum comment. tit. 9. §. 27. in glo. 1. in 19. li mita. An tamen huius l. sola sit hęc, de qua loquimur, ratio postea videbimus.

65 Ideò que in simili, videlicet in casu leg. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & similibus iurium, quae supra in princ. citauimus, si testator cogitauit de liberis filij, aut alterius descendentes haeredit instituit, non habent locum ea iura, vt latissimè differuit & probauit Barba. in repet. d. l. cum acutissimi, col. 3. quaestio. 5. & aliis multis seq. Nam cum ea iura pariter ac nostra l. fundentur in illa verisimili & praesumpta mente testatoris, quòd si de liberis liberorum cogitasset, verisimiliter non substituisset extraneum, vt dicit Angel. conf. 108. incip. ista quaestio, in 2. dubio. & Perrus Ancha. consil. 46. hoc capite, prima facie videretur, post princ. cum si. Consequens est, inquit Barba. quòd si de illis cogitauit, & tamen extraneum substituit, non est locus illis iuribus, vt pote cessante eorum ratione. quod & ante ipsum voluit Romacuius tamen non meminit, consilio 370. in proposita consultatione. quem nuncupatim sequitur Philip. Decius consil. 365. viso consil. col. 2. vers. quartò & vltimò. & iterum consil. 391. in casu proposito, col. 1. & consilio 416. in testamento. col. pen. vlt. Et id satis probat text. quem ad id expendit Roma. vbi supra, in l. generaliter. §. hoc autem, ibi, si de nepotibus cogitauerit. C. de institutio. & substitutio. Tu tamen hic vide Caro. Ruin. consilio 131. in themate, col. 4. vers. sola igitur difficultas, & col. 6. vers. sed plus est, & multis seq. praetertim col. 8. ver. non obstat etiam dum dicitur, lib. 3. in quibus locis tenet contrariu, post alios multos, ostenditque dissimilem in hac re esse rationem donationis & testamenti, vt ibi videre poteris.

66 Sed hic in quaestione vertitur, vtrum donans in dubio praesumatur cogitasse de liberis, vt etià in dubio cesset dispositio huius l. nisi donans probet contrarium. An verò potius praesumatur non cogitasse, & sic contra locum habeat nostra l. nisi etiam donatarius probet donantem cogitasse. In qua re posset statim videri magis praesumendum esse donantem cogitasse, cum natura ad hoc homines produxerit, vt liberos procrearent. l. maximum vitium. C. de liber. prat. & vt scribit Valer. Maximus ex Camilli & Posthumi Censorum sententia, lib. rerum memorabilium 2. cap. 4. Natura nobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit. Sed eadem natura, vt hoc adiuciam, pleròque omnes huic rei idoneos, nedum ipsius auidos genuit etiam monachos ac Carthufiensis, vt probatur ex c. sicut ex literarum, vbi & hoc not. Ioan. And. & Io. Ana. de homi. Ex quo est Graecum Samij epigramma à quopiam latinitati ita donatum:

Ratio huius legis.

Argumentum a contrario sensu.

An in dubio cesset dispositio huius legis.

Aligeri

*Aligeri accepto crudeli vulnere nati
Sic ait ingenti victa dolore Venus:
Si facis hoc, quid erit puer, hostibus impie nostris?
Tot monachis quid erit, virginitibus sacris?
Qui seruaturus se iurauerit pudorem
Perpetuum, nec te, nec tua tela timent?
Contra Amor, o mater ne sauis, vruntur & illi,
Et sensere meos ossa per ima faces.
Vruntur grauius, quam quos connubia iungunt:
Sed furim coeunt, & sua furta tegunt.*

Sed quod extra locum dicere liceat, vix è cunctis millibus vnum reperias, qui gignere non possit, aut non experat, nempe cum liberorum procreatio & educatio sit iure naturali. l. i. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. & optimè facit l. si quis posthumos, in prin. ff. de lib. & posth. in illis verbis, natura magis in homine generandi & consuetudo spectanda est, quam vitii, &c. de qua re alibi latius diximus.

In dubio non censetur donas cogitasse de liberis.

67 Contrarium tamen expressè tenuit Bar. vt videlicet in dubio non censetur donans cogitasse de liberis, in l. Titia Scio, §. imperator, col. 2. versic. quid si in dubio, & ibi quoque Raph. Corn. col. pe. ff. de leg. 2. Imo, qui hoc dicit mente tenendum in c. vlt. col. 6. versic. item attende, extra de dona. Paul. Castren. consil. 435. cuius exordium est, super hoc pñcto, lib. 2. vbi hoc tamen limitat eo modo quem declarabimus infra in verbo, suscepit liberos, ver sic. 95. incip. secundò intelliges quod licet. & Rom. consil. 209. non est dubium, col. 2. Barba. in repetit. dict. l. cum acutissimi, col. 5. versic. & ratio. C. de fideicom. Franc. Aret. consil. 24. quatuor dubia, in i. dubio. Corne. consil. 11. in presenti consultatione, col. pen. versic. his tamen non obstantibus, lib. 4. Socin. in d. rubr. ff. de lib. & posth. col. vlt. & in d. l. 2. col. 1. ff. sol. matri. & consil. 215. visã prædicta facti contingentia, col. vltim. lib. 2. quod repetitur consil. 22. lib. 4. & idem Soc. consil. 263. capio primum, col. vlt. lib. 2. & consil. 126. visum fuit, colum. 1. & iterum col. 2. versic. quæro his præmissis, lib. 3. & consil. 93. testamentum præmissum, col. vlt. lib. 4. & inter consil. Fran. Curt. Senioris consil. 2. eleganter & subtiliter, col. 2. versic. secunda consideratio. & las. consil. 230. factum sic se habet. col. pe. versic. non obstat decisio, lib. 3. Carol. Ruin. consil. 98. visã renunciatione, col. 9. nu. 21. lib. 1.

De eodem.

68 Nam si aliter diceremus, sequeretur quod in dubio nullus, præsertim idoneus gignendis liberis, cuiusmodi penè omnes sunt, vt iam diximus, posset reuocare donationem propter susceptos post eam liberos, quod esset nimium restringere hanc l. quæ generaliter loquitur, & disponit ob eam causam reuocari donationem, idco etiam generaliter in dubio debet procedere. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præstan. & l. 3. ff. de offi. præf. & c. si Romanorū. 19. dist. cum simil. Alioqui vix vnquam haberet locū. Et licet quis sit idoneus procreationi liberorū, sit & natura prona ad desiderandū sperandūque liberos, non tamè propterea cogitat de liberis. Na hæc simul stant, sperare & desiderare liberos, & tamè de illis nō cogitare, vt declarat Bar. in d. §. impe.

De eodem.

Finis præcipuus ac principalis matrimonij est sobolis procreatio.

69 Sed hæc intellige, vt videlicet quis in dubio non censetur tempore donationis cogitasse de liberis, cum donat iam matrimonio collocatus, aut caelebs extra contractum matrimonij siue dotis: secus verò si donet in ipso contractu matrimonij vel dotis ipsius: nam tunc verisimiliter cogitauit de liberis ex eo matrimonio procreandis, vt scribit Signo. consil. 69. cuius initium est, in questione Blandisæ, col. 4. versic. præterea cum mater. & Rayn. inter consil. Signo. consil. omniū vltimo, ad cōfessionē, col. 3. versic. item quia vir. & vterque quidem innixustex. in aurt. de æqua. dot. in prin. Quibus & ego accedo, cum causa finis que præcipuus ac principalis matrimonij sit sobolem procreare, vt not. in

l. i. ff. sol. matri. & in d. l. i. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Ideoque hoc casu, cum videlicet sit donatio in contractu matrimonij vel dotis, nō habebit locum hæc l. vt expressè voluit Soci. in l. 2. in 1. not. & post eū Hercul. ff. sol. mat. & idē Soc. consil. 33. visō instrumento, col. 3. versic. secundò responderet, lib. 4. vbi dicit ita tenuisse multos solennes doctores modernos, vt ipse loquitur, in d. l. 2. ff. sol. mat. & ita quoque consuluisset Ang. Aret. & Leonem à Carpellis. Sed & idem Soc. postea, videlicet col. 5. versic. confirmatur ista opinio, dicit ita se consuluisset eo anno Senis, & suo consil. subscripsisse Baldum & Bartholinum, & Phil. Corn. & alios solennes doctores. & ita quoque reperio consuluisset ipsum Corne. consil. 206. visō scripto themate, col. 8. versic. itaque est aduertendum, lib. 3. vbi & ita etiam dicit cōsuluisset Ibonem Perusinum præceptorem suum, & Ang. Perig. etiã Perus. & ita quoque voluit Carol. Ruin. d. consil. 98. col. 9. versic. ad istud etiam responderetur, lib. 1. Franc. Ripa. lib. 3. respon. c. 3. incip. licet donatio, col. antep. vbi solum Soc. allegat in d. cōf. 53. Et id mihi admodum placet, nam si vnquam aliis quis censeri debeat cogitare de futuris liberis, tunc maximè censendus est, cum matrimonium contrahit.

Contrariū prioribus tenentes.

70 Quamquã Thomas Parpa. in repet. d. l. 2. col. 3. versic. iste articulus. ff. sol. mat. & Steph. Betr. consil. 312. difficultas, circa medium lib. 3. tenent contrarium, ille quidem hac ratione motus, quod hæc liberorū cogitatio est solum in genere, quæ in hoc casu non sufficit, de qua ratione dicemus paulò post nu. 78. incip. sed hic questionis est. & aliis seq. Alter autē ea ratione dicitur, quod in dubio nō presumitur quis cogitare de liberis secundū Bart. in d. §. imperator. & diximus supra nu. 67. Sed hæc ratio satis ex iis re fellitur, quæ diximus. Sed & tu interim vide quæ circa hoc caput donationis factæ in cōtractu matrimonij dicemus priore sententiam approbantia, infra in gl. in verbo, donatione largitus, nu. 187. incip. similiter & in casu. & aliis sequētibz, vbi differimus de filia quæ in cōtractu dotali renūtiat hereditati paternæ. & iterū nu. 216. incip. decimò quæro, an hæc l. & seq. vbi etiam tractabimus de pactis iurandæ dotis, quæ sunt in cōtractibus matrimonij.

Quando reuocatori huius legis locus sit.

71 Si igitur sequaris priorē & cōmuniorem sententiã eorū qui dicunt non esse locum huic l. in huiusmodi donationibus, pactis, & renunciationibus factis in contractu matrimonij, ob presumptã liberorū cogitationem: eam not. intellige in iis qui tam mature ætatis sunt, vt verisimiliter cogitēt de liberis, dū matrimonium contrahunt. Secus si tā tenerē, vt nec liberos, nec aliud quippiã futurū cogitēt, vt sæpe fieri solet. tunc enim locus est reuocationi huius l. vt bis consuluit Phil. Corn. videlicet cōf. 11. in presenti cōsultatione, col. pe. versic. nec obstat. quod d. l. i. iunctis iis quæ prius dixerat, col. 3. versic. etiã videtur, lib. 3. & iterū consil. 30. in hac consultatione, col. 3. versic. & maximè iunctis iis quæ dixerat, col. 1. lib. 4. Nam is vtrobique loquitur in quadam puella tenere admodū ætatis, quæ in cōtractu matrimonij quasdam renuntiationes fecerat, de liberis verisimiliter ob tenellã ætatem non cogitans. Sed ita tamen de hac re loquitur, vt possit videri intelligere in omnibus, cū vtriusque dictione maximè, in hunc scilicet modum, qui sequitur, Filia, quæ renūtiat in contractu matrimonij, maximè cum est teneræ ætatis, quæ non solet cogitare de liberis, potest reuocare ob liberos postea susceptos. Et ita illum, tanquam generaliter id. voluerit, citat & sequitur Fran. Ripa. sibi contrariū in hac l. in 22. q.

Donans in contractu matrimonij, siue vt scili

72 Secundo intellige procedere, vt scilicet donas in contractu matrimonij siue dotis censetur cogitasse de liberis, cum is est, de cuius matrimonio agitur. Nā in eo obtinet ratio, quam supra adduximus, vt scili

dotis censetur cogitasse de liberis.

vt scilicet censetur cogitasse de liberis ex eo matrimonio, cui se micipat ob liberos ipsos procreandos. Secus si alius quispiã, de cuius matrimonio nō agit, donet fortè ipsi sponis, aut alteri eorum, vt fit plerunque. Nā nihil est propter quod debeat de suis ipsius futuris liberis cogitare. Ideoq; locū habet hæc l. vt expressè voluit, & ex facto, cū contigit, respondit Steph. Betr. consil. 157. siue donatio. li. 3. & in eodē quoque casu idem respondit ipse Betr. consil. 383. visō casu superius, lib. 2. & D. Boer. decisi. 159. donatio iuris, col. 3. nu. 10. vbi me ex hoc loco citat. Sed vide quæ dicam infra nu. 76. nec solum & in gl. donatione largitus, n. 240. duodecimo ista dotis mentio, & seq.

Aliqua in parte liberorum mentione facta censetur restator de liberis cogitasse.

73 Item intelligitur de liberis cogitasse, qui donauit, si in aliqua parte donationis mentione fecerit de liberis, per l. qui filius, in prin. & quod ibi not. Bal. ff. de leg. 1. Per quã consuluit Rapha. prout illū retulit Barb. alicubi in rep. d. l. cum acutissimi. C. de fideic. quod si pater duos liberos instituit, & alium substituit, & in vnus persona apposuit cōditionē, si sine liberis moreretur, nō habet locū d. l. cū acutissimi, cū ex hoc præsumatur cogitasse de liberis. Similiter per illū tex. cōsuluit Alex. consil. 31. hoc capite, pōderatis his quæ in themate. col. 1. lib. 3. quod cum rupto testamento præteritione filij, cōseruentur legata ex aurt. ex causa. C. de libe. præter. nisi fuerit ignoranter præteritus, secundū uero Barr. de quo postea latè dicemus. Certè si in aliquo loco testamenti fuerit facta mētio liberorū, censetur de ipsis cogitasse, & ita cōseruabuntur legata. quod & ante illum, quamuis non dicit, voluit in eodē casu Bal. in d. aurt. ex causa col. 5. versic. itē in testamentis, & consil. 156. clausula codicillaris, col. 1. lib. 2. & consil. 239. quæ vltimus passus, col. 1. & iterū col. 2. lib. 3. Et ad hæc faciunt quæ scribit Sig. consil. 172. restator in suo solemnī testamento, col. pen. Ex quibus potes intelligere, non esse locum huic l. si pater in donatione liberorum aliquam mentionem fecerit.

Restitio præcedentium.

74 Quod tamen intellige, si filiorum mentionem faciens de ipsis aliquid disponat: secus si obiter & veluti transeunter eorum meminerit, nihil interim de illis disponens, vt sing. voluit Bal. consil. 167. cuius principium est, quidam Franciscus tūc carens liberis, lib. 5. vbi cōsuluit in huiusmodi specie. Quidam donauit ea lege, quod si decederet relictis liberis qui excederent pupillarem ætatem, reuocata censetur donatio. postea decessit relictis liberis, qui mortui sunt ante pupillarem ætatem, reuocata censetur donatio ex hac l. nostra, quoniam licet de posthumis cogitauerit, & eorū meminerit, nihil tamen de illis disposuit, nisi si ad ætatem pupillarem peruenirent: & ideo isti qui eo ætatis nō peruenierunt, non sunt posthumi illic designati, sed omisi sunt. l. commodissimè. ff. de libe. & posth. & cū fuerit casus improvisus, contra voluntas disponentis non auget effectū donationis: imò nec ea tacita voluntas pro voluntate est in casu omisso. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mil. Hæc ferè Bal. quem sequitur las. consil. 230. factum sic se habet. col. 4. versic. tertio prædicta, lib. 2. vbi & ad hoc alia quædam vulgaria adfert, quæ inibi videre poteris.

Ad eadem responsio.

75 Tu tamen cogita, quia si id verum est, videtur esse contra mentem omnium, qui simpliciter dicunt hanc legem nō habere locum cum donans cogitat de liberis, nec vllum omnino verbū faciunt, vtrum donans de illis disponat, an nō disponat. neq; enim dispositio quicquam ad id facit de quo agimus, sed sola satis est cogitatio. Præterea in casu de quo loquitur Bal. nō obscure censetur donans voluisse donationem manere ratam, nec reuocari natiuitate liberorum, si ij infra ætatem pupillarem morerentur, quod ij eò minus rebus donantis indigeant, quò

ocius celeriusq; moriatur. Nec tamè omiserim Carol. Ruin. consil. 131. in themate, col. 4. versic. nō obstat dū secundo, & multis seq. lib. 3. in ea fuisse sententia generaliter, vt pater mentionē faciēs liberorum in vna parte testamenti, nō censetur propterea de illis agitasse in clausula substitutionis, nisi & in ea de illis mētionē fecerit: conaturq; respondere ad d. l. qui filius, vt ibi videre poteris. Sed illi nō possum accedere, nisi si fortè mortis agitatione turbatus testamentum fecerit: nam in hac specie loquitur ipse Rui. per not. à Guil. Cu. in l. precibus. C. de impub. & ali. substit. & Alex. in l. iam hoc iure. col. vlt. ff. de vulg. & pup. & substit. Quid autem si in donatione non fuerit facta mentio de liberis, sed in alio actu postea eodem die confecto inter donantem & donatarium, an tunc censetur donans ita cogitasse de liberis, vt nō sit locus huic l. dicemus infra n. no. 76. Nec solum si de propriis ipsius liberis mentionem fecerit: qui donat, sed & si de liberis eius cui donat, meminerit, de suis cogitasse videtur, vt in pulchro casu consuluit Soci. consil. 147. cuius initium est, visã facti contingentia, col. 5. versic. primò quia ipsa donauit. lib. 1. Iubi enim quædam mulier renuntiauerat iuri sibi obueno ex successione maris in fauorem fratrum & liberorum masculorum ex illis nasciturorum. Ideo qua ratione, inquit Soc. cogitauit de filiis nascituris ex fratribus, eadē, imò & maiore cōseruatur cogitasse de filiis ex scipia nascituris: sicut dicimus in simili, quod licet testator faciendo mentionem de filiis, nō censetur cogitasse de posthumis, tamen si de posthumis in alia parte testamenti sit mentio, censetur & de illis cogitasse, per d. l. qui filius, ff. de leg. 1. At huic obstat quod supra diximus nu. 72. secundò intellige.

Alia coniectura cogitationis futurorum liberorum.

77 Sed & Socin. ipse eodem in loco confestim iudidit aliam coniecturam cogitationis futurorum liberorum. Nam ea mulier renuntiauerat fratribus, & eorum liberis, quandiu filij & descendentes masculi forent: & consequenter, inquit, iis deficientibus, censetur voluisse quod donatio ad se reuocaretur. propter suspensiuam illam dictionem, quandiu, per ea quæ ponit Bar. in l. vlt. ff. ad Tertul. & Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. Et non solum ad se sed ad suos quoque descendentes & heredes: quia licet in casu statuti, de quo per d. ipsum Soc. disputatur, dubiū sit, an fœmina ad tēpus suspensã trāsmittat hoc ius ad suos heredes: tamen cum in hoc casu istud sit deducendum in pactum, censetur voluisse prouidere non sibi tantum, sed & suis heredibus, etiam si de illis mentionem nō fecerit. l. si pactum. ff. de pact. cum simi. Cū igitur voluerit quod donatio valeat, quandiu sunt descendentes masculi, quorum appellatione veniunt: descendentes in infinitū, vt per Bar. in l. vlt. ff. de suis & legit. & est text. in l. iuriscōsultus. §. pareres. ff. de gradib. affini. Hinc satis apparet, quod eos voluit præferre causã cōseruandæ agnationis eius familia, vnde orta est. Cū autem deficientibus masculis voluit donationē rescilui, censetur id voluisse cogitando de suis liberis, arg. l. cum acutissimi. C. de fideic. Nec est dicendum, quod voluerit prouidere heredib. extraneis, & priuare fœminas descendentes ex fratribus, per tex. in l. Lucius, & ibi not. ff. de hered. instit. & not. per Bar. Imo. & recentiores in l. Gallus. §. institues. ff. de lib. & posth. dum tractant de intellectu d. l. Lucius.

An sufficiat in genere cogitasse de futuris liberis, an in deq; ad hanc nostram, lib. 2. & Alexand. consil. 30. specie.

78 Sed hic questionis est, vtrum satis sit de liberis in genere, vt loquimur, cogitasse, vt hæc l. locus non habeat, an verò necesse sit in specie cogitasse. Hic reperio diuersas docto. sententias. Sunt enim qui arbitrantur satis esse in genere cogitasse, vt in casu nostræ l. priuatim voluit Pau. Cast. consil. 15. hoc exordio, incipiendo à secundo, col. 3. dum respondet ad hanc nostram, lib. 2. & Alexand. consil. 30. specie.

Opinio eorum qui dicunt satis esse in genere cogitasse.
 ponderatis his, col.2.versic.& per prædicta,lib.3.& consil.50.circa primam, col.5.versic.& ad d.l.lib.6.& Corn.consil.15.ex quo dictus Franc.col.3.versic.vbi enim vnica,lib.1.& consil.206.viso supra scripto themate, col.7.lib.3.& Barb.in repet.c.Raynaldus, col.5.extra de testa. Anto.Corse. in suis sing. in verbo, substitutio, vbi cuncte testator.& Steph.Berr.conf.192.viso casu, ante fi.lib.2.& consil.32.oprassem, col.2.versic.ad tertium huius primi, lib.3. & ante hos Bald. idem sensisse videtur, si soletter intelligatur, in l.vlt.col.pen.versic. sed quæro nunquid, ibi, item non obstat, iunctis præcedentibus. C. de codic.& ita quoque ferme videntur voluisse omnes, qui de hac re locuti sunt.

Algenus opinio.
 79. Et huius item factionis sunt, qui in simili casu huic nostro, videlicet cum quaeritur, an legata conseruentur ex auth. ex causa, nato posthumo ignoranter præterito, dicunt conseruari, etiam si in genere, nedum si in specie de eo fuit cogitatum. In qua sententia fuerunt Bald. Ang. Pault. Cast. Cor. Alex. & Ias. in d. auth. ex causa, Bal. in d. l. vlt. quo loco nuper citauimus. C. de codicil. & in l.1. & ibi Ang. ff. de iure codic. Ang. in l. filio præterito, col.2.versic. tu adde, & ibi etiam Imo. col.4.versic. subdit tamen Ang. ff. de iniur. test. Ang. in l. mulier codicillis. §. miles in supremis. ff. de testa. mili. & in l. sicut certi, & in l. si cum vel in vtero. C. eod. & consil.364. cuius factum incipit, Pierus fecit suum testamentum, col.3. Ioan. Ana. consil.28. visis & ponderatis, col.3. Rom. consil.122. circa id quod effectualiter quaeritur, col.1.versic. præmissis tamen non refragantibus. & iterum col.2. paulò ante fi. Paul. Cast. in l.1. Cod. de posth. hære. instit. & d. consil.13. colum.2. & seq. lib.2. & consil.171. quamquam multa, col. vlt. eo lib.2. Corn. consil.195. in hac consultatione, col.7.versic. tamen eum sequentes, lib.1. & consil.158. pro decisione, col.9.versic. quare alterius, lib.2. & consil.225. antequam aggrediar, col. pen. in princ. lib.3. Alex. con.124. discussis hæsitatiombus, col. pen. versic. & hoc verum est, lib.1. & consil.142. incip. circa primam dubitationem, col.5.versic. præterea dicit ipse, eod. lib.1. & consil.30. ponderatis his, in prin. lib.3. & consil. seq. eiusdem exordij. col.2. versic. quia sufficit, eod. lib.3. Barb. consil.60. illud afferam in medium, colum.3. & 4. lib.2. & latissime omnium Philip. Dec. consil.490. visis & circumspectis, col.2.versic. primò in genere.

Fundamentum eiusdem opinionis.
 80. Horum præcipuum fundamentum est text. in l. qui iure militari. ff. de testa. milit. vbi scientia patris de filio in genere nocet ipsi filio. quæ text. etiam ad hoc ponderant & commendant Bal. & Ang. ibi. & idem Ang. in l. sicut certi. C. eo. vbi illum tex. dicit sing. & in repet. l. qui Romæ. §. duo fratres, col. pen. ff. de verbo. oblig. & in l. tres fratres, col.2. ff. de pact. vbi optimè declarauit, quomodo, & quando quis cõseatur in genere cogitasse. & in l. manifestissimi. §. in autem. C. de sur. Et omnes ferme vbi que & in omni materia dicunt sufficere scientiam siue cogitationem, siue voluntatem, siue consensum alicuius rei in genere per tex. in dict. l. qui iure, vt per Bart. post Pet. & Cyn. in l. sub prætextu. la. 2. Cod. de transact. Bar. in l. si de certa, circa med. eo. tit. & alibi sæpe. Ang. in locis supra alleg. & præterea consil.389. totum dictum statutum, paulò ante fi. docto. in d. l. tres fratres. Imo, in c. cum contingat, de iureiur. & in d. §. duo fratres, & ibi quoque Alex. Franc. Arer. & Ias. qui maxima ex parte limitant procedere, nisi scientia specifica requireretur pro forma. Raph. Fulg. in l. vlt. §. idē quaerit. ff. de condi. indeb. Pau. Cast. in no. casu consil.30. incip. super puncto isto, in fi. lib.1. & consil.439. ad euentiam quaeritur, col.3.versic. quantum verò ad secundum, lib.2. Flor. in disputa. incip. mulier primo vidua. Barb. qui vbi que illum tex. dicit sing. aut valde not. consil.18. præclare scriptum,

col.6. lib.2. & consil.21. præclare dixit, col.2. eo. lib.2. & consil.26. sapienter scripsit, col.9. eo. lib.2. & consil.63. illud in medium afferam, col. pen. versic. nec ob. cum allegatur, lib.3. & consil.72. cuius est idem initium, col.4. versic. præterea faciat, eod. lib.3. vbi & illi tex. dicit meliorem totius corporis iuris. & consil.21. clementissimum Deum, col.4. lib.4. & consil.49. similis exordij, colum.1. eo. lib.4. & consil.86. magnus dixit, col.4. eo. lib.4. Alex. Ias. consil.42. super præmissis themate, col.4.versic. quinto pondero, lib.1. & consil.105. incip. ponderatis verbis instrumenti, col.2. lib.6. & consil.3. perspectis literis, colum.3. versic. nec ad hoc ob. lib.6. Franc. Arer. in l. si quis cum aliter, ad fin. ff. de verb. oblig. & consil.33. consultatio præmissa, col. pe. versic. ad tollendum. Corn. consil.165. circa primum, col. pen. versic. nec refragatur, lib.2. Socin. consil.59. in causa nobilium, col. vlt. lib.3. Philip. Dec. consil.343. visis his quæ supra, col.1. & omnes (quod iam diximus) vbi que, quos si nuncupatum citare vellem, magnitudinem voluminis excederent.

Qui negat in casu huius legis satis esse de liberis in genere cogitasse.
 81. Nam solus omnium, quos hætenus legimus, nisi nos fallat memoria. Ias. & Thomas Parpa. & Steph. Berr. non infimæ viri notæ in legibus, ille consil.230. factum sic se habet, col.4.versic. quarto pro confirmatione, lib.2. iste in repet. l.2. col.9. versic. in articulo autem principali. ff. solu. matri. hic consil.312. difficultas, lib.3. expressè negant satis esse in casu l. nostre de liberis in genere cogitasse, vti etiam postea tenuit Pau. Parisi. cuius consil. edita sunt post primam huius operis editionem, consilio 73. donatio ista, col.8. nu.50. & seq. lib.1. Nec quicquam allegat Ias. nisi quod hic non sufficit generalis renuntiatio omnium iurium, de quo postea latissime dicemus infra nu.115. Parpa. autem allegat Bar. dixisse huic l. posse donantem renuntiare, modò cogitet in specie de liberis, puta si dicat, promitto non reuocare etiam per natiuitatem liberorum, locum autem Bart. non designat. Ego verò non memini Bar. illud ita scripsisse, vt retulit Parpa. sed illud tantum, posse donantem renuntiare huic l. & si donans ipse cogitauerit de liberis, hanc ipsam l. non procedere. in dubio autem non videri cogitasse, vt supra ex eo diximus in l. Titia Scio. §. Imperator. ff. de legat. 1. Vtrum autem satis sit in genere cogitasse, an verò requiratur in specie, non inueni ab eo expressè declaratum, Scio illum in casu d. auth. ex causa. sæpius tenuisse, non conseruari legata per clausulam codicillarem, si posthumus fuerit ignoranter præteritus, vt latè postea dicemus in verbo, donatione largitus, quo loco differemus an l. nostra habeat locum in legatis. In quo potest videri Bart. & alij qui sunt eiusdem sententiæ, quos ibi refero, sensisse in eo casu non sufficere generalem cogitationem, quam quis dicitur habuisse per huiusmodi clausulam codicillarem, si verum dicit Bald. in dict. auth. ex causa, col.5.versic. item in testamento. & Alex. dict. consil.30. col.1.versic. & attento, lib.3. & Barba. consil.6. vbi Christus. colum. vlt. lib.3. Sed contrarium, videlicet non censerem quem cogitasse de liberis in genere per eam clausulam, tenuit Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de instr. edit. §. compendiosè, versic. pone P. in suo testamento, dum dicit quòd illa clausula debet intelligi testatore in eodem statu manente, quasi non cogitauerit de futuris liberis, sed tantum de præsentibus. & id apertè voluit Ange. in l.1. ff. de iure codic. dum dicit quod opin. Bartol. est vera, nisi appareat quòd testator in genere cogitauit de liberis. Vult ergo non obscure Angel. per solam hanc clausulam non censerem fuisse cogitatum in genere. quod & apertè asseruit Barbat. consilio 60. hoc initio, illud adferam in medium, col.2. & 3. & 4. lib.2. & apertissime omnium Soc. consil.93. testamentum præmissum, col. vlt. versic. non obstat 7. ratio. col.4. lib.4.

Clausula codicillaris non est impedimento huius legis reuocioni.
 82. Ex quo etiam fit quòd si in donatione fuerit apponita clausula codicillaris, videlicet si nõ valeat vt donatio, valeat iure codicillorum, aut etiam alia id genus clausula, verbi gratia, si non valeat donatio eo modo, valeat vt valere poterit, non per hoc intelligitur sublatum remedium huius legis, vt nõ obscure sentit Card. Flor. consil.20. incip. cum in testamento, in 2. dubio. & Barba. sibi contrarius. dict. consil.6. illud afferam, col.5.versic. tertio faciat, iunctis præcedentibus, lib.2. & expressè consuluit Franc. Arer. consil.24. quatuor dubia, col.2.versic. nec obstat, iunctis iis quæ prius dixerat. Quod confirmatur ex eo quod dicam inferius nu.173. incip. & ita, videlicet iuramentum in donatione appositum non impedire reuocationem ex hac l. Nam iuramentum habet vim clausulæ: si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poterit. l. cum pater. §. filius matrem, & ibi latè doct. ff. de leg. 2. cum similibus.

Contrarij tenentes.
 83. Non desinat tamè qui dixerunt clausulam codicillarem huius l. reuocioni impedimento esse, cum id expressè consuluit Corn. consil.194. cuius caput est, in præsentem consultatione, col.2.versic. concurrat etiam. & col. seq. versic. insuper in casu nostro lib.3. & ad hoc quædam allegat, quæ illic videre poteris. Et idem videtur voluisse Bal. cuius Corn. non meminit, in l. vlt. col. item vlt. versic. item non obstat, iunctis præcedentibus. Cod. de codicil. Sed tu vide super hoc quæ dicam infra in verbo, donatione largitus, in d. quæst. de legat.

Alia huius legis reuocatio.
 84. Nec solum cessat hæc l. cum pater donans cogitauit de liberis, sed & si verisimile est ex probabilibus coniecturis, quòd etiam si cogitasset, nihilominus donauisset, nõ est locus huic l. vt voluit Bal. hic in 2. lectu. atque etiam Ang. yterque post princ. & in pulchro casu consuluit Petr. Anch. consil.46. cuius exordium est, prima facie videretur, & in alio Corn. consil.206. viso supra scripto, col.7.versic. itaque est aduertendum, iunctis iis quæ paulò ante dixerat, lib.3. & etiam Soci. consil.147. visa facti contingentia, col. pen. versic. secundò principaliter, lib.1. & iterum consil.39. in quaestione quæ vertitur, col. vlt. lib.3. & consil.93. testamentum præmissum, col. vlt. versic. ad quartum, lib.4. & Philip. Dec. consil.581. viso puncto, col.3.versic. non obstat. & consil.675. consuluit eleganter, circa medium.

Confirmatio reuocationis.
 85. Et ad hoc optimè facit quod in simili casu à multis scriptum est, conseruari legata facta in testamento, in quo filius aut posthumus ignoranter est præteritus, si verisimiliter testator ea reliquisset, etiã si de filio aut posthumo cogitasset. Id enim voluit Bar. consil.204. Cechus condidit testamentum. ante fi. Bald. in auth. ex causa, col.3.versic. item non obstat, & ibi etiam Ang. C. de lib. præter. & idem Ang. hic. & consil.31. incip. ex facto proposito, col. pen. versic. solum igitur restat videre. & consil.76. posita pro constanti, col. vlt. versic. secundò. & consil.364. cuius factum incipit, Pierus fecit suum testamentum, col.2. & iterum col. vlt. & vbi que per tex. in l. pen. ff. de iure codicil. & idem Ang. in §. siue igitur, col.4.versic. finaliter dici potest, in auth. vt cum de appel. cogn. Franc. Arer. in l. Titius, col. vlt. ff. de lib. & posthu. & consil.92. incip. viso legato, col.4.versic. quid enim si hæreditas. Bart. in repet. l. cum acutissimi, col.15. C. de fideic. Soci. d. consil.93. testamentum præmissum, versic. ex quibus omnibus, lib.4.

Alia confirmatio reuocationis huius legis.
 86. Facit præterea quòd voluit Bar. in l. demonstratio. §. quod autem, col. pen. versic. quarto quæro. ff. de condi. & demon. In illa quaestione, vtrum falsa causa adiecta legato vitiet legatum, & concludit, & post eum Imo. quòd si verisimiliter testator erat relictorus, etiam si falsam eam causam sciuisset, debentur legata, aliàs non. & idem voluit ipse Bartol. licet strictius, in l. vlt. ff. de hæred. instit. Facit item quod

dicemus postea in glo. in verbo, omnia vel partem aliquam, num.6. incip. sed illud in dubium venit, & aliis seq. Facit postremò & hæc ratio, quia si ideo hic reuocatur donatio natiuitate liberorum, quia verisimiliter pater non donauisset, si cogitasset de liberis: consequens est, vt non reuocetur, si verisimiliter donauisset, etiam si de illis cogitasset, cessante huius l. ratione.

Idem si expressè huic legi renuntiat.
 87. Ex iis quæ dicta sunt, planè constat, quòd cum donans tacite possit huic legi derogare, dum videlicet donat cogitans de liberis, aut etiam non cogitans, sed tamen donaturus, si cogitasset: possit & multo quidem magis expressè huic legi renuntiare. Nam tunc profus cessat ea ipsius præsumpta voluntas, nec in rebus apertis, clarisque ac certis locis est coniecturis & præsumptionibus. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. & Lille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de legat. 3. cedit que præsumptio veritati. l. nuptura filio. ff. de iure dot. Et si aliter diceremus, cõfessim sequeretur illud absurdum, quòd pater fraudem nõ committens non posset alienare omnia bona sua, si filius post ea natus vellet reuocare huiusmodi alienationem, quod falsum est. nõ vsque adeo. ff. si quis à paren. manna. fuer. est enim suæ quisque rei legitimus arbiter & moderator. l. in re mandata. Cod. manda. Et ideo hoc casu poterit natus post alienationem vsque ad legitimum bonorum subsidium tantum reuocare, per not. in l.1. C. de reuoc. donat.

Qui sunt huius opinionis.
 88. Et ita videlicet quòd possit pater expressè huic l. renuntiare, videtur tenere Spec. dum formam huius renuntiationis præscribit, in tit. de instru. edi. §. portò, versic. donatio autem firma. ibi, potest etiam dici. & ibi Bal. in addit. ipsius. & Bar. in l. Titia Scio. §. imperator, col.2.versic. vtrum. l. si vnquã, & ibi quoque Imo. & Raph. Com. col. pen. versic. & ex ratione prædicta. ff. de leg. 2. Bal. in d. l.1. ad fi. versic. deinde quæro, pater donauit. C. de inoffi. dona. Alber. subobscure hic col.1. licet pro cõtraria opin. à quibusdam citeatur. Nam primo loco scribit, quòd si donans iurat donationem non reuocare, nihilominus reuocabitur susceptis postea liberis. Deinde subdit quod Specu. vbi supra, videtur tenere quòd si specialiter renuntietur huic l. valet renuntiatio, nec aliud dicit. Ex quibus potes intelligere eum esse in hac sententia: vt generalis renuntiatio etiã iurata non obstat huic l. specialis autem secus. Sed & in hac opi. est Ant. in c. vlt. & ibi quoque Pet. Anch. col.5.versic. querit etiã. & Imo. col.10.versic. item attende, & iterum col. pen. versic. vltimate quaerit, extra de dona. idem Imo. in c. cum cõtingat, char. vlt. versic. attende tamen quia dicit, ext. de iureiur. Rom. consil.26. incip. pro decisione eorum, col.2.versic. ad tertium. Paul. Cast. consil.435. super hoc puncto, col. vlt. lib.2. Maria. Soci. in tract. oblationu in 15. libello. in fin. Barb. in repet. d. l. cum acutissimi, col.4.versic. sexto faciat quod pulchre. C. de fideicom. & in repet. c. Raynaldus, col.8. extra de testa. & in repet. c. Raynaldus, col.5. cod. tit. Barrho. Cepo. in l. irritam, quæ est vlt. col.2. C. de vsucap. pro donat. Socin. consil.147. visa facti contingentia, ante fin. lib.1. & consil.126. visum fuit, colum.3. lib. item 3. Ias. in l. pen. colum.3.versic. iuxta hanc regulam, C. de pactis. vbi ita dicit se consuluisse Papæ, & multos scripsisse. & ibi quoque Philip. Dec. colum.2. in 5. not. & And. Alcia. in verbo, antiqui in fin. & idem Ias. consil.225. Barptolomæus, col.2.versic. sed præmissis, lib.1. vbi hanc dicit esse communem opi. & iterum consil.154. in commota. col.3.versic. tertium præsuppositum, lib.2. & Steph. Bartra. consil.192. viso casu, ante fi. lib.2. & consil.32. oprassem, col.2.versic. ad tertium huius primi, lib.3. quibus locis dicit hæc esse communem opin. & iterum consil.39. visis instrumentis, ad fin. libro 4. & consilio 105. viso casu,

col.3.in 4.dubio.eod.lib.4.Anto.Corse.in suis sing. in verbo,substitutio,vbicunque testator.& ita prope omnes praesupponunt & sentiunt, praeter eos, quos mox continentur tibi citauimus.

Qui dicat donantem non posse renuntiare huic legi.

89 Contrarium enim, videlicet quod donans non potest huic legi renuntiare, aut aliter derogare, quin locum habeat, teneat Oldr. conf. 173. hoc principio, quidam habens vnicum filium, in fi. & eius discipulus Ioan. Andr. qui tamen nullam ipsius, vt alijs saepe, mentionem facit, in addit. Spec. tit. de instru. edi. §. porro, in addit. vlt. col. eiusdem addit. id est, ibi, hoc autem certum est. Alber. qui ita dicit se in quaestione facti obtinuisse, & Saly. hic idem Alber. in l. illud, col. vlt. vers. eadem ratio. C. de sacro. eccles. & ipse Saly. in d. l. i. col. 3. vers. quaro 9. quid si pater. C. de inoffi. donat. Rom. sibi contrarius conf. 269. non est dubium quod donatio, in fin. Pet. Ferrar. in sua pract. tit. forma libel. quo agi. pro dona. in verbo, irreuocabiliter. col. 2. vers. sed hic insurgit dubium, & iterum col. seq. vers. pater ergo ex praemissis. Nicol. Mil. in suo repertorio, in verbo, donatio facta extraneo, & iterum in verbo, renuntiatio, in pen. no. 10. Berbe. in suo viatorio iuris, tit. de reuoc. donat. col. 2. vers. an autem iuramentum, vbi etiam dicit, iuramentum nihil facere, & Vital. Camba. in tract. clausularum. in rub. an legibus insinuationem exigentibus renuntiare possit, char. 4. & iterum in rub. an possit renuntiare. l. si vnqua. Maria. conf. 23. circa praedictam consultationem, col. 6. vers. sexto decimo probatur. & omnium latissime Frac. Curt. senior cōsi. i. incip. circa primum, col. 2. vers. sed istis non obstantibus. cum multis seq. & Socin. sibi contrarius inter cōsi. eiusdem Curt. conf. 2. eleganter, col. 1. vers. cui addo, vbi tamen non asseueranter asserit, propter auctoritatem, vt ipse dicit, eorum qui sunt contrariae opinionis, de quo etiam idem Soci. dubitat. d. conf. 126. col. 5. lib. 3. atque etiam in conf. 263. capio primum. col. vlt. lib. 2. vbi dicit, quod licet communis opinio sit, quod donans possit renuntiare, non esset tamen haereticum tenere contrarium. sed hoc sine scrupulo tenet ipse Socin. proptereaque sibi etiam contrarius, in repe. l. cum auus, col. 19. ff. de condi. & demonstra. vbi ediuerso dicit hanc esse communem modernorum, vt appellat, op. & Vincent. Palio etiam inter conf. Curt. Senio. cōsi. 3. incip. & si subtilissime. col. 1. Firmia. in suo indice, in verbo donatio reuocatur. Carol. Ruin. cōsi. 98. vifa renunciatio, col. 10. num. 22. lib. 1. & cōsi. 107. Iesu, ad fi. eo. lib. 1. & cōsi. 169. de tribus, col. 3. nu. 12. eo. lib. 1. & cōsi. 173. quaeritur primò, col. 6. nu. 14. eod. lib. 1. & cōsi. 60. de re quidem, col. 6. nu. 17. lib. 3. vbi tamen nutare videtur. & Fran. Curt. iunior cōsi. 15. circa praemissam. colum. pen. vers. praeterea & secundo, vbi dicit ita vidisse se consulum per plures aetatis nostrae docto. excellentissimos & subobscure Steph. Bertr. sibi contrarius, cōsi. 175. puto quod donatio ad fin. lib. 1. & cōsi. 157. sine donatio, lib. 2. & apertissime cōsi. 280. Christi, & c. vifo casu, de quo supra, col. 3. nu. 9. eo. lib. 2. & cōsi. 20. duo sunt. colum. 2. lib. 4. & cōsi. 135. thema consultationis, col. vlt. eod. lib. 4. & Paul. Parisi. sibi etiam contrarius cōsi. 72. videtur dicendum, per totum id cōsi. lib. 1. cuius cōsi. lōge post nostram priorem editionem sunt impressa: & ibi dicit hanc opi. esse aequiorem, benigniorem, & humaniorem, & iterum cōsi. seq. donatio ista, colum. 4. nu. 31. eo. lib. 1. Hiero. Gratus cōsi. 30. Reuerendissime, col. pen. nu. 65. lib. 1. vbi tamen dicit eam rem esse adeo obscuram, vt indigeat constitutione imperatoris. Et hanc quoque partem dicit aequam Barba. in d. c. Raynutius, vbi supra, licet contrariam, vt diximus, eodem in loco sequatur.

Fundamē-

90 Horum praecipuum atque vnum fundamen-

tum est, quia nō sola est huius l. ratio praesumpta illa, de qua tā multa diximus, voluntas donantis, sed alia quoque est, videlicet fauor filiorum. At fauori iuridice alterius nemo renuntiare potest in praedictum illius, vt testatur Accurs. in l. inuitus. §. 1. ff. de reg. iur. & Bar. Bal. & alij in l. pen. C. de pact. & in l. ius publicum. ff. eo. & Imol. in c. ex conuestione, & ibi etiam Pan. col. 3. vers. 2. q. extra de restit. spol. cum simi. Etiam si is alter a renuntiante ius causamque habeat. l. quod de bonis. §. vlt. ff. ad legem Falcid. & l. 2. & l. pen. cum ibi not. per gloss. C. vt in poss. lega. & quod not. Bartol. in l. hac edictali, in fin. prin. per illum text. C. de scun. nupr. vbi & hoc dicit procedere, etiam si interueniat iuramentum, de quo etiam per Cano. in c. si diligenti, de foro comper. & dicam paulò post, vers. ab hinc 2.

tum eorum opinionis. Fauori alterius nemo renuntiare potest in praedictum alterius.

91 Et hinc quoque suboritur alia ratio. Nam cum non sola ratio huius l. sit ea praesumptio ac verisimilis voluntas patris, sed & fauor etiam filiorum: certè cessante altera tantum, id est, illa praesumpta voluntate, non propterea cessat huius l. dispositio, cum altera ratio integra maneat, per l. si non lex, & ibi Bar. & Bald. qui dicit illum text. ad esse meliorem, quam alium quemuis in iure. ff. de haered. instit. & l. liberorum, post princ. & ibi etiam Bart. ff. de iis qui not. infra. cum multis simi. & concordant. à me congestis in nostro tracta. cui titulum fecimus, Cessante causa cessat effectus. in 20. limita. vnde & tu accipere poteris, ne hoc iterum repetam.

Alia huius l. ratio.

92 Sed hinc parum attende lector optime, vtrum attendendus considerandusque sit hoc in loco fauor filiorum, si quis sit (neque enim negauerim aliquem esse) ad hoc videlicet, vt non possit pater aut tacite aut expressè huic l. renuntiare, & ita etiam nō possit pater donare in praedictum futurorum liberorum, qui nondum sunt in rerum natura, cum possit tamen haud dubiè in praedictum eorum qui iam nati sunt, vsque ad debitum bonorū subsidium, & si amplius donauerit, valet tamen eatenus donatio, & id quidem semper, vt nonnulli placuit, aut certè ita demum, si fraus absit, vt plenè not. in l. i. C. de inoffi. donat. Et istud quidem remediū, quod prorsus est in fauorem filiorum introductum, cōpetit non natis solum, sed & nascituris, per l. si totas. C. eo. tit. Quae igitur ratio esse potest, vt magis possit pater filiis natis nocere, quam nascituris, vt què pin guius ius habeant iam nati, quam nascituri, faciliusque & fortius infringatur donatio fauore eorum qui nondum erant in rerum natura, quam qui iam erant: nisi quia fortassis pater non donauisset si eos iam natos habuisset? Et id quidem verisimile est, vt iam saepius diximus, & probauimus. Ideoque ex huiusmodi verisimili & praesumpta mente ipsius donantis reuocatur donatio, nō autè fauore filiorum postea susceptorū, quibus iam aliud remedium paratum erat, sicuti & iam natis: quod quidem remediū omnino fauori liberorum concessum est, vt scribit Bald. in l. Titia Seio. §. imperator, col. 1. post prin. & iterū col. 2. vers. quaro mater & pater. ff. de leg. 2. vbi per hoc dicit in postremo loco, quod nō potest pater illi remedio concessio aduersus inofficiosa donationem, etiam interposito iuramento, renuntiare: quia quando cōtractus infirmatur ratione alterius personae, nunquam iuramento contractum cōfirmatur, alioqui vergeret iuramentum in dispendium alterius: quod fieri nō debet. c. cum contingat, in fi. extra de iureiur. & e. quamuis. in fin. de pact. lib. 6. nec enim iuramentum vnus alteri nocere potest. l. 3. §. pen. & l. nam & postea. §. vlt. cum l. seq. & l. sed & si possessor. §. vlt. ff. de iureiur. & l. i. in prin. ff. si muli. vent. nomi. quod postremum voluit etiam Bal. in d. §. imperator, & alij quoque, & idem Bal. in d. l. i. col. 4. vers. flex praedictis pone, & ibi etiam Saly.

An considerandus sit fauor filiorum.

Iuramentum vnus alteri nocere non debet

146 Et in vniuersum valet renuntiatione generalis cum iuramento, vt per Bart. in l. sciendū. col. 2. vers. & istud facit. ff. de ver. obl. vbi dicit ita se consuluiffe. & in d. auth. sacramenta puberum. col. 2. vltim. ver. quid si iuratur generaliter. C. si aduer. vend. & Imo. in c. 1. extra de commod. & in c. cū contingat. in 3. membro. ad si. vers. & adde prædictis. de iureiur. Alex. conf. 3. vifo instrumentum. col. 3. vers. fortius voluit. lib. 1. & conf. 133. super quæstis. col. 3. vers. & eò fortius. lib. 5. Fran. Are. conf. 28. diligenter. col. vlt. vbi & alios citat. Vnde etiam si debitor promiserit & iurauerit se soluturū, nō poterit vti celsione bonorum, vt per Corn. conf. 212. planè mihi, ad si. lib. 2.

An per generale renuntiationem iuramentum de rogetur huic l.

147 Hæc quæ diximus, non leuiter fulciunt sententiam illam Soci. qui putat per renuntiationem generalem iuratum esse derogatum huic l. vt supra ex eo diximus. Tamen diuersimodè expressim in casu nostræ tenuit Bald. in l. 1. in vlt. q. C. de inoffic. dona. dum dicit, quod si quis iurauit non venire contra donationem ex quacunque occasione aut ratione, causa vel iure, potest tamen contrauenire susceptis postea liberis, quia illa generalia verba nō extenduntur ad casum improuifum, arg. l. fistulas.

§. frumenta. ff. de contrah. emp. & l. vlt. §. idem quæsiit. ff. de condi. indeb. Et hoc nominatim sequitur Imo. in c. vlt. col. 7. ver. item aduertere pro intellectu. & ibi etiam Barb. ad fi. extra de dona. Pau. Cast. cōf. 435. super hoc puncto plura videntur, ad fi. lib. 2. Pet. Ferr. in tit. forma lib. quo agi. pro don. in verbo, iureuocabiliter. col. 3. vers. patet ergo ex præmissis. & Fran. Ripa hic in duobus locis, videlicet in 3. q. col. 2. vers. sed hic infurgit. vbi vnum Imo. ad id citat, & iterum in 52. q. in si. vbi tamen dubitat, & nullum aduocat, & neurobi Soci. meminit, qui contrarium tenuit. Sed & in hoc oppo. videtur fuisse Alber. hic, si solerter inspiciatur.

Iuramentum habet vim specialis renuntiationis.

148 Hanc posteriorem sententiam & iis quoque veluti pedamētis eriges ac stabilies. Nam iuramentum, q. aliās habet vim specialis & expressæ renuntiationis, vt dictum est supra in priori parte, tamen non supplet consensum, per tex. quem ita omnes vbi que intelligunt, in l. vlt. C. de non num. pec. & voluit Bar. in l. si quis pro eo. in prin. col. vlt. in 8. membro. ff. de fideiuf. Bal. conf. 349. super eo quod quæritur, in fin. lib. 3. Imo. in capit. 1. de iudic. Ideo vbi est præsumptio defectu consensu, ibi nihil operatur iuramentum. vt declarat Bal. & Saly. in l. 1. C. cōmo. cum aliis multis concor. à me sigillatim citatis in nostro tractatu legum Connubialium, in gl. 6. in 4. genere expressi. in ver. quod tamen intellige. Ex quo & illud continuò sequitur, non valere renuntiationem iuratum in non cogitatis, vt dicit Cyn. in d. l. 1. C. commo.

Renuntiatione iurata non trahitur ad ius superueniens vel futurum.

149 Quin & renuntiatione quantumlibet iurata in dubio restringitur ad ius secundū tēpus illius renuntiationis subsistens, nec trahitur ad ius futurū & superueniens post ipsam renuntiationē, ex tex. expresso in c. 2. vbi id no. Ant. & Pan. vterque in 2. no. ext. de renun. Et ad hoc cū tex. facit sing. Geor. Nat. in rep. c. quāuis. col. 4. vers. tertio facit. de pact. lib. 6. Hoc autem ius reuocandi ex nostra l. non cōpetit nisi susceptis post renuntiationē liberis. Ideo ad id ipsum non videtur huiusmodi renuntiatione iurata pertinere. Nam si simplex ipsa renuntiatione generalis non compræhendit hanc l. quod fatetur omnes, & cū his Soci. alterius partis author; certè nec iuramentū in ea appositū; quia ad eos tantum casus extenditur iuramentum, ad quos ipsa renuntiatione, aut alia dispositio generalis extēditur, ex doctrina Bart. in l. si quis. §. quæstum in si. ff. si quis caut. & Pau. Cast. conf. 377. ad primum videtur dicendum dispositionem, col. 2. lib. 2. & Ro. cōf. 472. in eo quod quæritur, in si. & Corne. conf. 11. in præfenti consultatione, col. 7. vers. nec iuramentū. lib. 3. & conf. 258. in hac consultatione. col. 4. vers. similiter ergo. lib. 4. & conf. 293. in hac consultatione, col. pe. vers. & si conuentio. eo. lib. 4. cū simi. adductis ab Alex. conf. 28. visis accurate, col. vlt. vers. non obstat quod interuenit, lib. 1. quod & ingestum est in lib. 2. conf. 31. & eodem Alexan. conf. 48. in causa vertente, col. 3. vers. item dum in priore. lib. 6. & Socin. conf. 103. in casu conuentio nis. col. 2. vers. sed in casu nostro, li. 3. & Philip. Dec. in c. cum super. col. pe. vers. secundus casus. extra de offi. deleg.

Huius libeneficium concessum est miseracionis causa.

150 Item si verum est quod in præcedentibus diximus ex Ro. sententia in conf. 269. non est dubiū, id scilicet, huius libeneficium esse concessum miseracionis causa, ita vt exigat pecialissimā mentionē, nedom specialē, secundū Cyn. in l. 1. C. quando imper. inter pup. & vid. cum aliis quos in id supra citauimus, nec cautum reperiamus iuramentum habere vim specialissimæ, sed tantum specialis vel expressæ mentionis, quod multum à superlatiuo illo distat, vel ex nostrorum Iurifconsulrorū sententia, vt probatur in l. vbi autē. in prin. ff. de verborū

obligat. in l. vlt. ff. de capit. dimi. & in §. i. Instit. eo. Consentaneum est hoc in loco iuramentum non factis esse.

Iuramentum ignotantem non obligat.

151 Et ne quos moueat similia illa, que supra pro parte & sententia Soci. adduximus, certe sunt multi maximæ ac receptissimæ autoritatis, qui diuersum censuerunt. Nam primùm de minore & muliere renuntiantibus & promittentibus non venire contra, non tamen certioratis de iure & beneficio sibi competente, vt iuramentum nihil illis obstat, respondit Dy. consi. 5. quæstio talis est, quidam dominus Goffridus minor 25. annis. quæ refert & sequitur Cyn. in l. 2. in 6. q. & ibi quoque Bal. limitans tamen, in 9. q. & proinde sibi contrarius. & Saly. secum quoque in hacre pugnans, in 11. q. C. de rescin. vend. & Ioan. And. sibi quoque contrarius, Card. Flor. Imo. col. 6. qui hanc dicit esse multum æquam in c. pe. extra de emp. & vend. vbi & Anto. Burg. qui est alterius factionis, asserit hanc esse cõmunem. Idem Io. And. vt intelligas hanc maturius fuisse secutum, in addi. quæ incipit, quomodo huic dicto. Fede. Sen. alijs iuramentorum obseruatissimus consi. 199. quæritur an domina Margarita. Signo. consi. 250. super dubiis, col. 5. vers. præterea cum tractatur. Bal. item hic, sed suo more sibi malè constans, in l. si duo patroni. §. idè Iulianus. ff. de iureiur. vbi etiam Ro. qui in alia sententiâ est, dicit hanc esse æquiore. Idem Bal. in l. 3. ad fi. C. de decur. li. 10. & consi. 4. quæritur fideiussores, lib. 1. & consi. 47. casus talis est D. Andriolus. ad fi. eo. lib. 1. vbi hanc dicit esse cõmunem, & consi. 148. in casu proposito, col. 1. vers. sed dubitatur. eo. lib. 1. & consi. 28. ad euidentiâ præmittendû est, quod interdû, paulò ante fi. lib. 3. & consi. 380. casus talis, domina Angela. eod. lib. 3. & consi. 440. factum proponitur esse tale, col. 2. vers. sed aduertendû est, eo. lib. 3. & consi. 96. pupillus. paulò ante fi. li. 5. & consi. 441. visis statutis, col. 2. vers. in contrarium, eo. lib. 5. vt iâ intelligas eum crebriorè esse in hac opi. Imo. & ipse iuramentorum supra omnes obseruatissimus, in l. sciendû. & ibi Franc. Are. col. 11. vers. reuocatur tamè hoc in dubium, & latissimè Barb. qui propè omnium est opi. char. 19. col. 1. vers. succedit modò quotidiana quæstio. ff. de verb. obli. sed ipse Barb. hic ad finem & veritatem respondit, ibi verò ad commodum partis interrogantis, vt sæpe alijs. & in ea quoque l. Ro. qui alijs partem sequitur, asserit se alijs sæpe hanc & legendo & consulendo tenuisse. & idem Imo. in c. cum contingat, in 3. membro, 25. col. eiusdem membri, vers. item etiâ non habet locû, & iterum col. 2. vers. sed aduerte in quantum tetigi, & est circa 14. char. totius c. extra de iureiuran. quâuis vtrobique dicat, quod contraria opi. de consuetudine & practica obseruatur. Et hanc quoque tenuit Alb. & Sal. in auth. sacramenta. puberû. C. si aduer. vend. & ibi quoque Iaf. col. 13. vers. tertio principaliter. & multis seq. qui hanc dicit haud dubiè æquiorè, & fortè veriorè, & in eâ multû inclinare ipsius animum, quamuis ab alia non esset recedendum. Raph. Fulg. consi. 237. Finus Guidonis, col. 2. vers. superest tertia deliberatio. Alex. qui & alterius opinio. alibi est, vt diximus, consi. 89. viso puncto, col. 5. vers. nec huic responsioni, li. 2. Pet. Beluga, qui & hanc dicit esse cõmunem in suo speculo principû, tit. de iuramen. char. pen. Fran. Aret. consi. 33. consultiatio præmissa, col. 4. vers. sed dubium facit, & vers. 2. dicimus. & Steph. Bertran. sibi etiam contrarius, consi. 293. visa petitione, col. 2. vers. sed his non obstat. lib. 3. & Guld. Pap. consi. 122. Ioan. Mola, in 4. dubio, in fi. & rursum sing. 374. inci. in l. sciendum. Hippo. Marfi. in repe. rub. ff. de fideiuf. nu. 38. & Fabi. à mote S. Sau. in tracta. de empt. & vend. in 3. quæst. 8. q. prin. & dicit etiam Collect. qui alterius partis est, in

cap. 2. extra de pact. hanc esse æquiore. & Alex. qui & alterius fuit, in dict. l. sciendum, dicit tamen ibi col. 3. vers. iuxta hoc quærit, hanc posse in puncto iuris sustineri, vt ex hoc facile eum intelligas in ea re nutare. Et ad capit. rescripto, de iureiur. in quo est potissimum fundamentum prioris partis, potest dici, quod non constat mulierem inibi opposuisse senatusconsult. Velleianum, vt iam ibi no. in vna sol. quam approbat ipse Alex. in dict. l. sciendum. Nec, si is tex. probaret, quod illi volunt in muliere, esset tamen trahendus ad minorem, cuius causâ plus habet fauoris & priuilegij, quam mulier, vt supra diximus, & probauimus numer. 101. incip. & quod dictum est de muliere. Ideo Bal. in d. cap. cum contingat, col. 3. vers. quæro quando mulier, de iureiur. hic discrimen facit inter mulierem & minorem, vt scilicet minor sit certiorandus, licet non mulier.

152 Sed contra illam Bal. & Pet. Anch. doctrinâ, qua dixerunt exceptionem siue beneficium discussionis quod fideiussori aut aliis competit, tolli per iuramentum, voluit ipse Bal. sibi cõtrarius in c. cum cõtingat, eo. 5. in 7. conclusiõne, extra de iureiur. & respondit cum ex facto talis species incidisset, Barba. qui Bal. non meminit, consi. 43. sempiterna dignû est memoria, col. 6. vers. capio modo tertiâ dubitationè, cum multis seq. vsque ad fi. consi. lib. 2. vbi suam ipsius sententiâ multis varijsque ac efficacibus argumētis & rationibus defendit, quas quisque qui volet, legere poterit. Et in hac quoque sententiâ fuerunt Alex. & Iaf. qui Barb. no. meminit, in l. vlt. in princ. ille col. 4. hic col. 2. ad medium. ff. si cer. pet. & D. Guil. Bened. in repet. ca. Raynutius, in verbo testamentum, l. 3. nu. 26. vers. quartò inducitur, extra de testa. Imò sunt, qui dicunt simpliciter non esse locum huic excusationi, si appositum fuerit iuramentum, etiam si ei non sit renuntiatum. & inter alios Bal. in l. ex rescripto, col. 1. & ibi Pet. Anch. in 6. not. de iureiur. Alex. qui id dicit sing. cõsi. 32. in causa executionis, col. vlt. vers. 4. lib. 4. Baptista de S. Blaño, in tract. arbitrorum, q. 70. col. 4. vers. quinta conclusio. Ant. Corfer. in repet. rub. de iureiur. col. 10. vers. duodecimû, vbi ita dicit se consuluisse Io. Lupus in rep. c. per vestras, char. pe. vers. quinimo quod plus est, de dona. inter vir. & vxo.

Qui negat beneficium excusationis tolli per iuramentum.

153 Quod autem postea continenter dictum est renuntiationem iuris futuri iuramento firmari, nõ ita certum est & indubitatum, quando & Philip. Dec. qui & illius sententiæ fuit sed in cons. rantû fauens suæ parti, quæstuique seruiens, contrarium cõstanter asseruerit, in l. c. vbi nullus fauori locus est, videlicet in l. 1. col. pen. vers. secundò quod dictum est. C. de pact. ea ratione, quâ iam diximus, iterum dicemus postea, quod iuramentum nõ magis extenditur quam virtus promissionis. Et de hoc etiam dubitat Alex. consi. 133. super quæstis, col. 3. vers. & eo fortius, lib. 3.

Iuramentum magis extenditur, quâ virtus promissionis.

154 Nec etiâ in confesso est omnibus, quod mox subdidimus, iuri prohibitiuo posse cum iuramento renuntiare: cum contrarium teneat ille Legalis doctrinæ facile princeps Barto. cuius vnus sententia multis & mihi instar est omnium, in l. 2. in fi. C. ne fideiuf. dot. den. & in l. si quis pro eo, in 3. rursumque in 5. membro, & ibi etiam Ang. post prin. ff. de fideiuf. & idem Bar. in l. c. hi, ante fi. & ibi quoque Fulg. ff. de transac. & Ant. qui alijs vbi que iuramenta vsque ad superstitionem sequi iubet, in cap. cum contingat, in fi. 3. casu, de iureiur. & ibi ante eû Bal. col. 1. vers. item quia iuri. Nam loquitur ibi de renuntiatione iurata, vt docent præcedètia, & ipsius c. materia, & Ang. consi. 333. Florentia, col. 1.

Bartolus legalis scilicet princeps.

155 Neque quod deinde subiecitur posse renuntiare reuocationi donationis ob futurâ ingratitudinem

Qui tenent reuocatum.

reuocationi donationis cum iuramento ob ingratitudinem non posse renuntiare.

Qui etiam negent in alimentis debitis ex testamento eum iuramento.

Qui negent valere renuntiationem successione futura cum iuramento.

Pactum iuratum de succedendo nec de iure quidem Canonico valet.

nem cum iuramento. Nam & contrariû intrepidè tenuit ipse Imo. sibi contrarius in c. vlt. col. 3. vers. vltierus quærit Io. And. extra de don. & Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 3. ff. de ver. obl. & in l. donationes. §. i. ff. de donat. & Corn. cõsi. 102, in causa licet videatur, col. 1. ver. quinimo. & seq. li. 1. Geor. Nat. in repet. c. quâuis, col. 17. vers. & ex his primo de pact. lib. 6. Steph. Bertr. sibi contrarius consi. 67. viso consultationis themate. nu. 3. lib. 3. de qua re latè videbis per Philip. Dec. in l. vlt. col. 6. vers. extra gl. circa primâ quæst. C. de pact. & Franc. Ripa. in l. vlt. in 53. q. C. de reuo. don.

156 Nec similiter quod ex continenti sequitur, posse renunciari alimentis futuris ex testamēto debitis cum iuramento: quandoquidem contrarium cõsent Spec. & Io. And. in addi. illius (dij boni qui autores) tit. qui fil. sunt legit. §. 1. vers. sed pone quidam. & Bar. sibi hic præter morem contrarius, in l. cum hi, ante fi. ff. de trans. & Bal. in l. pactum quod dotali, in 22. eadē que vlt. q. C. de colla. & in d. c. cum contingat, col. 2. vers. item si diuerat. de iureiur. Et suboscure Alb. in l. de alimentis, in fi. C. de trans. Nam ex præcedentibus satis constat, quod loquitur de renunciatione iurata.

157 Sed nec quod dictum est valere renuntiationem successione futuræ cum iuramento. Nam etiam contrarium huius magna autoritate affirmat gl. ordin. in d. l. pactum quod dotali, in verbo, improbatur, post prin. Eamque de iure ciuili verâ esse contendunt Cy. Bal. Cor. & Iaf. ibi. Estque & alia illi similis in l. si quando. §. 1. in verbo prægrauari, post prin. C. de inof. test. & in l. qui superstitis, & ibi etiam Imo. & Ro. ff. de acq. hæred. & Bal. in c. cum contingat, col. 6. vers. iuramentum autè, de nõ succedendo, extra de iureiur. vbi & idem dicit procedere de iure ciuili, & consi. 437. quædam puella fuit dotata. col. 1. lib. 1. vbi etiam negat de iure canonico valere renuntiationem successione futuræ alij factam sine consensu eius de cuius successione agitur, etiam cum iuramento.

158 Et quod omnibus propè in confesso fuit, non valet pactum, iuratum de succedendo, nec de iure quidem Canonico, secundum eundè Bal. in d. l. pactum, in 5. oppos. & ibi quoque Fulg. Rom. Paul. Cast. & recentiores. & eundè Bal. consi. 148. in casu proposito, in primo dubio, lib. 1. & consi. 441. visis statutis, post prin. lib. 5. Cy. Bar. Ang. Sal. Paul. Cast. Alex. qui hoc dicit communiter teneri. & Iaf. in l. pactum quod dotali. C. de pact. Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta, & ibi quoque Alexan. col. 3. ff. de verb. obl. & idem Bar. in l. si quis pro eo, col. 5. ff. de fideiuf. & in l. vlt. & ibi etiam Ang. C. de pact. Ant. & Imo. iuramentorum maximi conseruatores, quod iam sæpe diximus in c. cum contingat, ille col. 3. hic in primo casu 2. membri princ. extra de iureiur. Domin. in c. quamuis. & ibi quoque Philip. Franc. col. 3. vers. in gl. in verbo, improbet, & Georg. Na. in repe. col. 16. vers. quartò fallit, de pact. lib. 6. Iaco. Aluar. in d. c. 1. §. moribus, tit. si de feud. fuer. controuer. inter domi & agna. Fulg. consi. 73. paterfamilias habens filium, col. 3. Pan. in c. 2. col. 3. de cõces. præb. & consi. 48. Augustinus, ad fi. lib. 2. Pau. Cast. consi. 448. non est dubiû. col. 1. lib. 1. & consi. 419. viso puncto & alijs in prin. lib. 2. Alex. consi. 28. ponderatis verbis testamenti, col. 3. vers. istam conclusionè. lib. 3. Philip. Dec. consi. 183. an valeat pactum, col. 3. Steph. Bertr. consi. 29. cum alijs, post prin. lib. 1. & consi. 292. ponitur in factu, nu. 4. eo. lib. 1. & consi. 1. nu. 88. lib. 2. & consi. 33. præsentia conuentiones, nu. 3. eo. lib. 3. Fran. Curt. lun. consi. 15. circa præmissam, col. 1. vers. præmissis tamen non obstantibus. Nec alium præter Bal. & Pet. Cor. comperi qui aliter diceret, de quo & nos plura diximus in tractatu no-

stro primogeniorum in 6. q. nu. 18. & id quidem. 159 Contrarium quoque eius quod dictum est cum iuramento renunciari legibus & statutis requirentibus insinuationè, tenuerunt Guil. Cu. Alber. & Bal. sibi contrarius, in 5. q. in l. illud. C. de sacros. ecc. Oldr. suboscure, sed vt faciliè intelligas illum esse eius sententiæ, consi. 253. factum tale est, domina S. de certis. Alb. in l. sancimus. C. de dona. Saly dubitans tamen, sed ita vt in hanc inclinare velit videri, in l. pen. C. eo. tit. Bal. consi. 29. casus vir donauit, col. 2. vers. item sequeretur lib. 1. & consi. 113. quod domina Broessa, eo. lib. 1. & consi. 115. verba dicunt, domina Antonia, in fi. lib. 1. & consi. 375. certum est quod filia, col. 1. vers. sed videamus, lib. 3. & consi. 414. casus talis est, quidam Masius de Gaud. eo. lib. 3. Ang. sibi contrarius, consi. 59. quidam paterfamilias, col. vlt. vbi dicit se ita cõsuluisse Castelli cum fratre suo Bal. & consi. 179. visis prædictis, col. vlt. vers. quia igitur solennitas. Paul. Cast. consi. 345. circa bona quæ fuerunt domini Vberti, col. vlt. vers. vnum omiseram, eo. lib. 1. & consi. 385. siue dicamus, circa med. eo. lib. 1. & consi. 90. visa quadam scriptura, col. 1. lib. 2. & consi. 85. visis his quæ narrantur, col. pen. vers. superest tertium, eod. lib. 2. Ro. sibi contrarius, sed in loco minus suspecto, in l. Modestinus, & ibi quoque Raph. Com. qui asserit ita ferè omnes tenere. ff. de don. & rursum idem Rom. consi. 12. viso factu proposito, col. 2. vers. secundò quia ex tali. Alex. etiam sibi contrarius, in addit. Bar. in l. post mortem. ff. de adop. Ant. Cana. in tract. quem peculiari tit. de insinuationibus inscripsit, q. 63. Ang. Aret. in §. alijs, col. pen. Instit. de don. vbi non obscure intelligitur huic sententiæ adherere, quanquam dicit se non ausum in cõtrarium consulere, quoniam timeret iuramentum. Barbat. sibi contrarius consi. 16. præclare scripsit, col. 10. vers. & si quispiã dixerit, lib. 2. vbi hanc dicit esse communè opi. & consi. 52. viso celebri, col. 2. vers. cum verò opponitur, lib. 4. vbi etiam refert idem consuluisse Lud. Bolo. sed eius consi. nõ repèri. & idè Barba. inter consi. Fran. Cur. senioris, cõsi. 67. sapienter optimus, col. vlt. & ibi ipse Fran. Curt. in addit. illius, & Card. Alex. Hiero. Tortus, Io. Puteus & Nicolinus à sancto Nazar. consi. seq. circa hoc videtur, vbi etiam ostendunt Bar. fuisse in ea sententia & Barth. à Scarnapis, inter consi. Alber. Bru. consi. 111. magnifice domine, col. 2. & Guido Pap. sibi contrarius, consi. 33. nobilis Catharina, col. 1. & Lauren. Calc. consi. 25. Titius nobilis col. 15. ver. nec obstat etiam quod dicatur.

Qui de insinuatione negent.

Qui contrarium in generali renuntiatione sentiant.

160 Sicuti & eius quod postea scripsimus, ex generali renuntiatione iurata fieri præiudicium legitima, contrariû etiam tenuit Guil. Cu. prout à quibusdam citatur in l. de his. ff. de transac. Bal. in rub. ff. de iureiur. col. vlt. in prin. vers. nõ tamen credo, nã ibi loquitur de huiusmodi iurata renuntiatione, vt patet ex verbis præcedentibus. & Rom. sibi contrarius in l. qui superstitis, in 3. limitatione, & ibi etiam Imo. ff. de acqui. hæ. Fran. Aret. in l. 1. §. si quis ita, tum col. 5. vers. adde dictis, tum col. pen. vers. adde primò. ff. de verb. obl. Barb. sibi quoque contrarius consi. 44. sempiterna, col. vlt. lib. 2. & consi. 55. præclare scribitur, col. pen. vers. præterea facit, iunctis seq. per totam illam col. eo. lib. 2. Fabian. Giocchi in repe. auth. nouissima, in 21. q. prin. C. de inof. test. & Alber. Bru. consi. 82. super difficultate, col. vlt. & Steph. Bertr. secum etiam pugnans, consi. 3. visis hinc inde, nu. 21. & seq. lib. 3.

De eodem.

potentis Dei. & c. defuncto nobili, col. pen. vers. ad sextum & septimum. & Franc. Frondarus consil. seq. cuius est exordium. Deus via, veritas & vita, praesens consultatio, col. 3. vers. verum praedictis, vbi dicit iuramentum ita demum confirmare renuntiationem d. l. de his si expressis ei fuerit renuntiatum, aut aliter fidei commissio tali relicto, aliis secus, per multa iura illic allegata. Et ante eos Barb. & Soc. sibi contrarius, quorum neuter meminit, ille d. conf. 55. col. pe. lib. 2. hic conf. 214. in casu Onofrij, col. vlt. vers. secundum respondeo, iunctis praecedentibus. 2. & cof. 130. in causa conuentionis, col. 2. vers. praeterea licet in iuramento, lib. 3. & Franc. Aret. conf. 92. viso legato, in 3. dub. & idem in l. qui superstitis, col. 5. vers. & ad ea quae dixi, ff. de acquir. haered.

De eodem,

162 Et eo magis id procedit, quod nec in specie potest ei. etiam cum iuramento renuntiare, si credimus gl. in l. vlt. in verbo lucrum. C. de reb. credit. & Bar. in l. cum hi, in fi. prin. ff. de transact. iunctis quae ipse scribit in l. de his, vers. quare nunquid. ex cuius loco se aduocat in d. l. cum hi, & ibi Fulg. & Signo. conf. 250. super dubiis col. 5. vers. praeterea quemadmodum, & Ang. conf. 94. cum lis & quaestio. col. vlt. vers. ad quintum. Et idem voluit Guid. Pap. conf. 53. nobilis Catharina, col. 2. vers. nec illi legi, iunctis seq. & Steph. Bertr. sibi contrarius. conf. 51. Christi, & c. viso consultationis themate, nu. 77. lib. 2. De quo tamen vide Imo. in c. cum contingat, col. pen. vers. circa sextum, & vlt. de iureiur. & Raph. Co. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & Corn. consil. 6. in hac consultatione, per tot. lib. 1. & conf. 13. de pluribus. col. 1. & 2. lib. 2. & conf. 240. Bonaura. in suo testamento, col. 2. vers. nec videtur quod inuenitur, eo lib. 2. Et dicit Corn. conf. 150. prima facie videtur, in fi. lib. 3. non esse sine dubio quod huiusmodi renuntiatio firmetur iuramento. Sed & Bal. in l. qui iure in prin. ff. de testa. mil. clare videtur sentire quod ei simpliciter possit renuntiare.

Idem in generali renuntiatione iurata.

163 Denique quod non valeat generalis renuntiatio iurata, contra quam alij dixerunt, voluit Io. And. in c. 1. col. vlt. & ibi etiam Pet. Anch. Ant. Flor. & Pan. extra de commo. quia iuramentum, inquit, non obligat ultra consensum, qui abest a generali renuntiatione. & Cy. in l. 1. in 3. q. & ibi Bal. col. 2. in 2. q. C. eo. Bar. in hoc sibi contrarius in l. si quis. §. quaesitum. Bal. in c. 1. col. 2. vers. & an iuramentum, tit. de controu. seu. apud par. termi. Alex. qui concord. ad dicit conf. 28. visis & accurate ponderatis col. vlt. vers. non obstat quod interuenit, lib. 1. & Steph. Bertr. conf. 36. Christi. & c. viso consultationis themate, nu. 3. lib. 1. & quae diximus supra nu. 149. incip. quin & renuntiatio.

Solum iuramentum in donatione appositum non tollit huius legis remedium. Contractus infirmatus ratione terrij, non confirmatur iuramento contrahentium.

164 Negari non potest, quin haec res, de qua praecipue agimus, vtrum scilicet huic l. per generale renuntiationem iurata derogetur, sit admodum ambigua, in tot tantisque rationum & autoritatum cumulis. Item si nulla sit renuntiatio, illud inter omnes continetur, & qui donantem huic l. posse renuntiare negant, & qui contra posse asserunt, qui multi sunt vtrinque, vt supra late differimus. Illud, inquam, in confesso est apud omnes, solum iuramentum in donatione appositum contra vllam renuntiationem non tollere huius l. remedium. Illi quidem qui sunt in parte negatiua, ea ratione, quia si donans non potest renuntiare in praedictis liberorum, vt ipsi contendunt, nec etiam iuramentum ipsius illis obesse potest. Nam quando contractus infirmatur ratione alterius terrij, nunquam is iuramento contrahentium confirmatur, vt pote cum esset in alterius dependium. c. quauis, de pact. lib. 6. & c. licet, de iureiur. eo lib. cum simil. Id quod non in aliis tantum, sed in donationibus, procedit, vt scilicet iuramentum in iis positum nihil obstat tertio, vt ait Bar. in l. hac edi-

ctali. in fi. prin. per illum tex. C. de secun. nup. & in l. Titia. §. imperator, col. vlt. ff. de leg. 2. Saly. in l. 1. C. de inof. don. Bal. in l. vlt. §. filius autem. C. de bonis quae lib. & conf. 22. quaedam domina Nicholina, col. 1. lib. 5. & conf. 215. punctus quidam donauit, col. 1. 5. Pau. Cast. conf. 443. non est dubium, circa med. & Alex. conf. 55. consideratis verbis, col. pe. vers. nec praedictis obstat. lib. 1. & supra diximus.

165 Omnes autem & partis affirmatiuae & partis negatiuae hac communi ratione mouentur, quia iuramentum non auget obligationem, sed ei tantum intra limites suos manenti addit religionis vinculum, arg. l. Titius, in fi. ff. ad Treb. quod & praeter eos voluit Bal. in l. si procurator, col. 3. vers. & praedicta sunt vera. ff. de condi. inde. & doct. vbiq. Vnde sic ut simplex donatio, quae scilicet sine iuramento est, habet illam tacitam renouandi conditionem, si donans postea susceperit liberos, vt ia supra diximus in prin. nu. 6. incip. hinc dicunt plerique. sic & iuramentum illi accedens, quod omnino sequitur naturam principalis actus in quo interponitur, per tex. quem ad hoc omnes allegant in l. vlt. vbi id no. Bar. Bal. Saly. Pau. Cast. & alij, C. de non nume. pec. & illam ad hoc dicit sing. Bal. in c. quae in ecclesiarum, col. 5. vers. dices tu, nonne feudatarius, extra de cof. & no. Pan. in d. sua disput. incip. stante statuto, col. 10. vers. ad partem igitur affirmatiuam. & Barb. cof. 43. sempiterna, col. pen. vers. praeterea faciat, lib. 2. & illum dicit meliorem ipsius iuris: idem Barb. conf. 53. col. 3. vers. & ideo refert, eo lib. 2. & conf. 49. clementis. Deum col. 7. vers. facit simile. vbi & illum dicit sing. Facit & tex. in l. sed et si possessori. §. item si iurauero, quem ibi not. las. in 9. no. ff. de iureiur. & in c. quemadmodum, extra eo. tit. vbi Pan. in 7. no. & hoc quod iuramentum in contractu appositum recipit omnes conditiones, subauditiones, limitationes, exceptiones, quas habet ille contractus quod & voluit idem Pan. in d. sua disput. vbi supra. & Raph. Fulg. conf. 180. viso processu, col. 2. & Imo. in l. 2. §. sed & si quis. ff. de don. Aegid. Bella. conf. 29. ex facto quodam, col. 3. cum multis similib. & concord. a me late congestis in nostro tracta. de iure constit. poss. parte. 3. limi. 7. nu. 24. sed & illud.

Ratio communis vtriusque sententiae. Iuramentum non auget obligationem.

166 Praeterea iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus, atque vt vtar verbis Liuji li. 5. de cadis, eodem manente statu, vt probat tex. opti. in l. vlt. in princ. ff. ad municip. & in d. c. 2. & ibi gloss. Ant. & Panor. qui ex hoc multa decidunt, extra de renunt. & c. venerabilem, in fi. de elect. & no. gloss. Inn. & alij in d. c. quemadmodum, extra de iureiur. & gl. in c. vlt. extra de haeret. per tex. ibi, & gloss. in c. nos sanctorum. 15. quaest. 6. & Fede. Senen. conf. 181. casus talis est, statuto cauetur. Bal. in d. l. vlt. col. 2. vers. septimo inest conditio. C. de non num. pec. & in l. clari. C. de fideicom. & in c. 2. vers. item in iuramento, extra de rescrip. & in c. 3. in princ. per illum tex. extra de iureiur. Ant. & Pan. in c. veritatis, extra de dolo & contu. in illa q. an quis teneatur soluere debitum excommunicato. Per. Ancha. in c. possess. for. col. 15. vers. vlt. quater queritur, de reg. iur. lib. 6. Pau. Cast. conf. 348. non est dubium, ad fin. lib. 1. Ro. conf. 22. proposita mihi consultationis, col. 1. vers. secundum quia et si. et conf. 379. circa primum, col. 2. vers. nec obstat si dicatur. Soc. in l. vlt. in prin. per illum tex. ff. qui satisd. cog. et in l. Iulianus, col. pen. vers. circa secundam. ff. de condi. et demon. et cof. 129. praestantissimi, in fi. lib. 1. et conf. 215. praedicta, col. vlt. vers. praeterea et tertio, lib. 2. vbi loquitur in casu l. nostrae. et conf. 58. super proposita, quaestione, col. 1. vers. confirmatur. lib. 3. Barb. conf. 38. scribitur Paralip. col. pe. lib. 1. vbi ad hoc dicit sing. tex. in d. c. 2. de renunt. et iterum conf. 36. sapienter. col. 16. vers. et adduco in medium lib. 2. et alibi saepe Corn.

Iuramentum semper intelligitur eodem manente statu.

Corn. conf. 192. licet videatur, col. vlt. vers. quia promissio, lib. 1. & conf. 69. de duobus in litera o. lib. 2. & conf. 48. quoniam in praesenti, col. 2. vers. & hoc arbitror, lib. 3. las. conf. 60. ista couentio, col. 6. vers. secundum principaliter, lib. 3. Phil. Dec. conf. 335. viso conf. col. 3. vers. praeterea etiam dato. & conf. 408. in praesenti consultatione, col. 2. Steph. Bertr. conf. 156. Christi, & c. viso casu, nu. 5. lib. 1. & conf. 352. quod est simili prin. nu. 6. eo. lib. 1. & conf. 131. illud est indubitatum, nu. 8. lib. 2. & conf. 67. viso consultationis themate, nu. 3. lib. item 3. Alber. Brun. conf. 99. in causa spectabilium, in fi. Geor. Nar. in repet. cap. quamuis col. 4. vers. tertio facit, de pactis. lib. 6.

Etiam in omnibus alibus & dispositionibus.

167 Et hoc quidem perpetuum est in omnibus actibus & dispositionibus, vt scilicet semper intelligantur rebus sic stantibus, ex tex. quem omnes & praesertim Bal. ad id solet allegare, in l. quod Seruius. ff. de condi. ob. caus. vbi hoc not. gl. quae etiam ad id citat l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. Et hoc quoque probat tex. in l. quare. §. inter locatorem. ff. loca. quem & omnes ad id allegant. & in l. ex facto, in pri. ff. de vulg. & pup. & in l. vlt. C. de sponsa. quas in id aduocat Alex. conf. 85. viso themate, col. 2. vers. pro hoc etiam quia verba, lib. 5. & tex. in l. cum quis. in prin. ff. de solu. quem et ad hoc expendit Bal. & dicit no. in rub. extra de procu. col. 4. vers. dolus commissus, & in c. pen. & ibi Pan. in 2. no. extra de cler. non resid. & in c. ne quis arbitretur, & ibi gl. vlt. 22. q. 2. & voluit Bal. in rub. extra de sum. trin. col. 1. in fi. vbi & ad hoc allegat l. qui seruum. ff. de verb. obl. & idem Bal. loquens in promissione, conf. 104. super sunt, lib. 1. & conf. 396. quidam habens vnum filium, col. 2. lib. 3. cum aliis multis collectis a Barba. conf. 20. illud afferam, col. 12. lib. 2. & conf. 73. omnia quae facitis, col. 13. lib. 3. & Corn. conf. 102. visis in causa. & las. in d. l. quod Seruius, col. 3. vers. circa tertium. ff. de condi. ob. cau. & in l. is q. putat, col. 2. vers. tu potes. ff. de lib. & posth. & cof. 60. lib. 2. vbi supra. & Ant. Rube. qui hoc latissimè probat, conf. 197. viso instrumento, col. 1.

Stoici promissorum tenacissimi.

168 Id quod etiam adstruunt Stoici alia promissorum consiliorumque tenacissimi, ex quibus Seneca ille Stoicorum Stoicissimus (si ita nobis loqui permittimus) lib. 5. de beneficiis multa in hanc sententiam scribit: Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quae erant. cum sumeret. Ideo nullum vnquam poenitentia subiit, quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quam quod factum est: nihil melius constitui, quam quod constitutum est. Caeterum ad omnia cum exceptione venit, si nihil incidit quod impediatur. Ideo omnia illi succedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere, quia praesumit animo posse aliquid interuenire, quod destinata prohibeat. Et paulo post, Promissi beneficium, nisi si quid incidisset quare non debeam dare. Quid enim si quod illi pollicitus sum, paria sibi me dare iusserit: Si lex lata erit, ne id quispiam faciat, quod me amico meo factum promiseram. Promissi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti, non est mihi cum externo connubiū. Eadem res me defendit, quae vetat. Tunc fide fallam, tunc inconstantiae crimen audiam, si cum eadem omnia sunt, quae erant promittente me, non praestitero promissum &c. Post quae illud concludit, Omnia esse debent quae fuerunt cum promitterem, vt promittentis fidem teneam. Videtis lector quam multis confirmet Seneca quod diximus, omnia intelligenda esse, rebus, quae erant, manentibus: Et de hac re multa Tullius lib. 3. offic.

Semper in iuramento inest clausula, rebus

169 Et vt intelligas quantum ponderis apud nostros id habeat, Bal. in d. l. clari. C. de fideicom. dicit quod statuentes possunt mutare aut reuocare statutum, quod ipsi irreuocabile fore statuerant, nisi il-

lud iurauerint non mutatuos aut reuocatuos, sic manentibus, quia tunc id facere non potuerunt, per allegata illic ab eo. Quod intelligendum est, inquit, nisi iusta causa interueniat, quia semper in iuramento inest ea clausula, rebus sic se habentibus. Sed audi quid subiungit, quod lectores maxime volui expedere. Nam hoc postremum dicit procedere, licet verba statuti dicerent, quod statutum sit praesens & immobile. Nam quae de nouo emergunt, non indigent auxilio. l. 1. in prin. ff. de ventre inspic. & l. de atate. §. ex causa. ff. de interrog. act. Ex quibus intelligis nihil adeo esse praesens, firmum, immobile, quin semper intelligatur, rebus sic habentibus. Et hoc pro not. refert Philip. Dec. in rub. C. qui admit. col. 2.

Iuramentum nunquam trahitur ad non cogitata.

170 Quid plura? Iuramentum nunquam trahitur ad non cogitata. c. quinquauallis, extra de iureiur. & voluit gl. in c. veniens, in verbo, praesens, & ibi Bal. eo. tit. & rursus gl. in c. ad nostram, le 2. in verbo, in mente, per illum tex. & in c. pen. eo. tit. & in c. 2. extra de renun. Bar. in l. si quis pro eo, in 8. casu. ff. de fideiuss. & conf. 90. dilecto domino, col. 3. vers. praeterea posito. Bal. in l. 2. in 9. q. C. de rescin. vend. & in c. 2. extra de renun. & in c. cum contingat, in 7. conclusionis, extra de iureiur. & conf. 437. queritur si factum fuit, col. 1. lib. 1. Signo. conf. 61. quaestio talis est, potestas, col. 2. vers. nunc veniamus. & cof. 250. super dubiis, col. 5. vers. sic. item non videtur, Fede. Senen. conf. 199. queritur an domina Margarita, & conf. 281. casus talis est statuto, col. 1. Ang. conf. 172. Ludouicus, col. 1. Imo. in c. debitores, extra de iureiur. Card. Flor. conf. 92. fauendo pupillis, col. pe. vers. quae ad iuramentum. Paul. Cast. consil. 342. considerandum est, col. 3. lib. 1. & d. conf. 448. in fi. eo. lib. 1. conf. 377. ad primum videtur dicendum dispositionem, col. 2. lib. 2. Rom. conf. 22. pro proposita, col. 1. & conf. 379. circa primum, col. 2. vers. nec etiam obstat. Alex. in l. sciendum, col. 10. vers. & certe videtur. ff. de verb. obl. Calca. qui hoc late probat conf. 25. Titius nobilis, col. 15. vers. non obstat quod dicitur, cum multis seq. Soc. conf. 103. in casu conuentionis, col. 2. vers. adde quod idem est. C. de transact. Steph. Bertr. conf. 361. Christi, & c. viso consultationis themate, in prin. lib. 1.

Nec ad ea de quibus verisimiliter iurans non disposuisset.

171 Imo nec ad ea de quibus verisimiliter iurans non disposuisset, si expressum fuisset, est optimus in c. cum iuramento. & ibi gl. extra de homi. quem ad hoc citat Pau. Cast. d. conf. 342. col. 3. lib. 1. et conf. 385. siue dicamus istam quantantiam, paulo ante fi. eo. lib. 1. Quod et idem propè voluit Bart. Brixii. q. 36. cum causa cuiusdam. Panor. in d. c. veniens, col. 3. vers. 2. membro, extra de iureiur. vbi etiam est bonus tex. et Aegid. Bellamer. conf. 17. contrahens matrimonium, col. 3. vers. item iuramentum. et Alber. Brunus conf. 82. super difficultate, col. vlt. Idq. generale est, vt quantumlibet generalis dispositio non trahatur ad ea de quibus verisimiliter non erat specialiter dispositum. l. obligatione. ff. de pigno. cum simi. Scribitque Ang. conf. 249. super primo quaesito, col. pe. vers. pro hac parte, nullam adeo generalem esse dispositionem, quae trahi debeat ad non verisimilia. quod et alibi diximus. Et facit gl. illa in l. tale pactum §. vlt. ff. de pact. de qua tam multa scripsimus supra nume. 36. incip. inter tam multa. Sed non verisimile est donantem iurando voluisse liberos excludere, per ea quae supra latissimè diximus in prin. Igitur.

Iuramenta quae a notariis communiter apponuntur, non sunt trahenda

172 Denique non omittendum, quod iuramenta in omnibus penè instrumentis apponuntur a notariis ex more filioque, etiam si partes nuncupatim non iurauerint, ac nec de iurando quidem cogitauerint, vt omnes sciunt videtur quoties. Ideo non sunt attendenda nec trahenda ad aliquod pondus aut momentum, ex sententia Barba. expressim de iuramento

*henda ad
aliquid quod
pondus.*

mento loquentis, conf. 43. sempiterna dignum est memoria. col. 6. vers. capio modo secundam dubitationem, lib. 2. et Franc. Rip. in l. centurio, col. 26. nu. 82. ff. de vulga. et pup. per id quod in simili dicitur de aliis clausulis per Bar. l. 1. in 6. q. ff. de iure codi. et latè diximus supra nu. 126. incip. ad huius tamen posterioris. Et idem quoque nuncupatum voluit in iuramento. An. cuius ipse Barba. nō meminit, in c. cum contingat, in 4. casu prin. et ibi etiam Panor. in 9. casu extra de iureiur. de quo tamen vide quid dicat Alex. conf. 125. visis et consideratis, col. 2. vers. et ita dicit, iunctis iis quæ dicit, col. 8. vers. nec obstat. quod notarius lib. 1.

*An iuramentum in
donatione
appositum
obstat huic
legi.*

173 Et ita, videlicet iuramentum in donatione appositum nihil huic legi obstat, quo minus locum habeat, respondit Old. conf. 238. cum mulier donatrix, in fi. & iterum conf. 278. licet quantum ad clausulas, col. 3. vers. ad tertiam conclusionē, Io. And. in addit. Spec. in rub. de dona. col. 2. vers. an propter liberos, dum paulo post subiungit, & hinc addo, et in titu. de instru. edi. §. porro. in vlt. addit. quæ est in pen. col. Bar. in d. l. Titia Seio §. imperator, in vlt. q. et ibi etiam Bal. in fi. et Rapha. Co. ff. de leg. 2. vbi et Bar. ipse dicit ita se consuluisse cum Recuperato de Sancto Miniato, et Franc. Pisano. Idem quoque voluit Albe. hinc col. 1. vbi dicit ita de facto consuluisse Bal. in l. 1. in vlt. q. C. de inof. dona. et idē Bald. conf. 235. punctus quidam donauit, lib. 5. Pet. Anch. in c. vlt. et ibi etiam Ant. col. vlt. Imo. tum col. 7. vers. item aduerte pro intellectu. tum col. 11. vers. quid si in donatione, et ibi quoque Barba. extra de donat. idem Imo. in l. 1. in fi. ff. eo. et in c. cum contingat, char. pe. extra de iureiur. Ro. conf. 269. non est dubium, in prin. Pau. Cast. conf. 435. super hoc puncto plura videntur, ad fi. lib. 2. Pet. Ferr. in tit. forma libel. quo agit. pro donatione, in verbo, irrevocabiliter, col. 3. vers. patet ergo ex præmissis. Corn. conf. 176. in præsentia consultatione, col. vlt. lib. 2. & conf. 224. placent mihi, col. 2. vers. nec obstat iuramentum, eo. lib. 2. & conf. 11. eiusdem principij, col. 2. vers. nec obstat iuramentum. eo. lib. 2. & conf. 11. eiusdem quoque principij, col. 9. vers. & ideo iuramentum, & iterum col. 11. vers. ex quibus elicio, lib. 3. & conf. 30. consideratis his, in fi. lib. 4. & Alex. conf. 71. consideratis his quæ narrantur, ad fin. lib. 4. Fran. Cur. senior conf. 1. circa primum, col. 3. & seq. vbi plus tenet, quod expressè nō potest huic leum iuramento renunciari de cuius veritate satis constat ex præmissis. & Vincen. Paleo. inter conf. eiusdem, conf. 3. & si subtilissimè, col. 2. vers. nec me mouet. Fran. Areti. conf. 24. quatuor dubia, col. 1. in prin. & iterum col. 2. vers. nec obstat iuramentum. Soc. conf. 147. visa facti contingentia, col. 5. vers. circa tertiam, lib. 1. & conf. 215. visa prædicta, col. 2. vers. nec ob. si diceretur, lib. 2. quod errore impressorū repetitum est in lib. 4. conf. 22. quibus locis dicit hanc esse communem opi. idem Socin. conf. 20. in facto præsupponitur, in fi. lib. 3. & conf. 126. visum fuit, col. 4. eo. lib. 4. laf. conf. 125. Bartholomæus, col. 2. vers. tertio facit, & iterum col. 4. vers. non obstat tertium, lib. 1. & conf. 230. factum sic se habet, col. 3. lib. 2. & Philip. Dec. in l. 1. col. pe. vers. secundò quod dictum est. C. de pact. & in l. si donatione, col. 5. vers. tertia conclusio, glo. C. de collat. & conf. 140. cuius super scripto incipit, donatio inter virum, ante fi. & conf. 345. visis his quæ supra accurate, col. 1. & conf. 350. visis allegationibus, col. 3. vers. vltimò non obstat. & conf. seq. in casti proposito, col. vlt. vers. vltimò non obstat, dum allegat. & Rom. vbi supra, & rursum conf. 366. pro declaratione, col. 3. vers. non obstat quod dicitur de iuramento. & conf. 474. in casu proposito, col. 3. vers. vltimò non obstat, dum etiam illos allegat. & conf. 379. requisitus,

col. pen. vers. præterea illud dictum, & conf. 408. in præsentia consultatione, col. 2. & conf. 536. in causa quæ agitur Mantua, col. 51. vers. & prædicta conditio. & Anto. Bauer. in tract. de viribus iuramenti, col. 3. Ant. Petru. in tract. eiusdem tit. in 11. defectu, in fi. Steph. Bertr. conf. 284. viso casu mihi exhibitio, col. 2. lib. 2. & conf. 383. viso casu superius, eo. lib. 2. & conf. 135. viso consultationis themate, col. 3. lib. 4. Carol. Ruin. conf. 98. visa renuntiatione, col. 8. nu. 19. lib. 1. & conf. 107. Iesu, ad fi. eo. lib. 1. & conf. 169. de tribus col. 2. nu. 7. eo. lib. 1. & conf. 173. quæritur primò, col. 7. vers. nec etiam iuramentum, eo. lib. 1. & conf. 60. de re quidem, col. 5. nu. 15. lib. 4. & conf. 140. circa casum, col. 3. nu. 5. lib. 4. Franc. Ripa in hac ipsa l. & iterum lib. 3. respon. 115. licet donatio, col. pen. & Paul. Parisi. conf. 72. videtur, col. 2. nu. 15. lib. 1. & conf. seq. donatio, col. 8. nu. 18. Nec alium reperi alterius sententiæ præter And. Alciati. in l. pacta quæ contra. C. de pact. qui hac ratione tantum mouetur, quod hæc reuocatio non fit favore filiorū, sed ex coniectura donantis: ideoque iuramentum eam reuocationem impedire. Quam sententiam dicit esse receptiorem, id est, vt nostri pinguius dicunt, communiorem, vt hinc maximè, si vnquam aliàs, conueniat illud Horatianum,

Quandoque bonus dormitat Homerus.

174 Sed hinc quæri potest, retenta ea opi. quæ vult posse donantem huic l. renunciare, quæ communior est. An si in donatione fuerit appositæ clausula, quod extendatur iudicio siue arbitrio sapientis, poterit notarius huiusmodi renuntiationem opponere. Soc. conf. 147. cuius exordium est, vita facti contingentia, in fi. lib. 1. dicit, quod forte poterit, per ea quæ ponuntur de clausula derogatoria, & aliis in illa institutio. ff. de hæred. instit. Tu tamen super hoc cogita, neq; enim id ausim asserere. Tum quia huiusmodi clausula non est ex natura donationis, ideoque non videtur posse intelligi & extendi per notarios, ex not. latè per Alex. post alios antiquiores conf. 27. viso & prohibito, col. 2. vers. aut volumus quod in illo instrumento, & multis seq. lib. 2. Tum quia nemo sapiens iudicaturus est instrumentum donationis ita fieri, vt in eo apponatur, quod verisimiliter nunquam donans apposuisset, si de eo cogitasset, arg. l. 1. C. quæ res pig. obli. pos. & cap. vlt. de offi. vica. lib. 6. cum simil. & bene facit tex. in l. si libertus ita. ff. de oper. lib. vbi si quis rem permiserit alterius arbitrio, non aliter ratum est arbitrium, quàm si æquum, & secundum mentem personarum arbitrio substituentium fuerit arbitratum. Et ita etiam à nobis stat Fran. Ripa hinc, in postrema omnium quæst. hac tantum ratione, quod renuntiatio est facti: quæ autem in facto consistunt, in manu sapientium non sunt posita, secundum Bar. in d. l. illa institutio. ff. de hære. instit. Tu tamen vide hinc quæ scripsi in nostro tractatu constituti posset, parte tertia, limitat. 31. eademque vlt.

175 Satis, vt opinor, satisque lector optime diximus de ratione l. nostræ, & eius appendicibus, ex quibus tanquam ex iactis fundamentis, mox consurgit reliquum opus. Reliquum est enim (quod supra in principio polliciti sumus) vt vera leg. nostræ interpretemur, non ea quæ omnia, sed ambigua tantum, aut interpretamenti indiga,

S I.

NON admodum interest hic scire naturam vimque huius dictionis, si, quando ad intellectum l. nostræ parum pertineat. Ideoque nec hic sigillatim de ea scribere decreuimus. Verum si quis aliàs id nosse cupit, legat. tex. gl. & doct. in l. qui promissit. ff. de cond. in deb.

Clausula, que nō est ex natura donationis, non potest extendi per notarios.

Que in facto consistunt, non concernunt sapientem.

Natura visque dictionis, si.

L I B E R T I S .



Vid si extraneis? erit ne tūc & huic locus? id quod nos abudè affatim; si quid aliud in hac tractare statuimus, veluti omnium ad ipsius usum & utilitatem pertinentium fundamentum. Quid enim profutura est l. nostra, si ad patronos tantum & libertos pertineat? cuiusmodi hodie pauci sunt in toto orbe Christiano, si qui sunt, cum è diuerso olim tempore nostrarū legum propè plures erant serui, ac liberti, quàm ingenui. Ex quo & maxima earum pars constat seruorum libertorumque tractatione. Sunt enim de his tantum multi tituli, imò verò libri integri. Sed & nullus propè alius est titulus, quem nō videas seruis ac libertis inspersum. Igitur vt ad rem accedamus, dicit l. nostra, libertis, quasi aliud sit, si extraneis donatum fuerit. Tum quidem primum, quod non otiosum ac superuacuum videri debet, quod lex nostra nuncupatim loquitur de patrono & libertis, nulla aliorum mentione facta, arg. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuil. lib. 6. cum aliis multis simi. & concor. à me propè superfluentur collectis in nostris comment. tit. 22. §. 9. in gl. 2. in 6. q.

An hæc lex intelligenda sit etiam in extraneis.

deb. tex. in l. quodocunque. §. non solum, & ibi etiam Bar. Alex. & laf. qui adducit infinitas concord. ff. de verb. obl. & in l. centesimus si ita stipulatus, & ibi quoque Bar. col. 1. Alex. col. 2. & laf. col. 5. vers. in 2. parte, eo. tit. gl. in l. 3. in gl. vlt. & ibi Bart. in 1. oppo. & laf. col. 3. ff. de leg. 1. omnino Bart. in l. 1. in 1. q. per totum, & ipsi etiam Imo. Pau. Castr. & Socin. ff. de condi. & demon. & Bar. & Bal. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. eo. Bart. in l. 1. §. 1. in vlt. oppo. ff. de tutel. & in l. si Titio. ff. quando dies lega. ced. & in l. cum stipulatus sim mihi & Procuro, in prin. col. 1. in vlt. oppo. ff. de verb. obl. & in l. si ita quis promiserit, in prin. & ibi laf. eo. tit. & in l. si decem. post prin. vers. quæro quid si dixi si potero, eodem quoque tit. & in l. ita stipulatus, col. vlt. ver. 3. principaliter quæro, eod. lib. & in l. fideiussor obligari. §. vlt. in fi. ff. de fideiuss. & in l. extraneum, post Pet. & Cyn. & ibi quoque recentiores. C. de hære. instit. Bal. in l. vlt. C. de diuer. rescr. & in rub. C. de inst. & subst. col. 1. vers. redco ad materiam. & in l. ex his verbis, col. 1. C. quando dies lega. cedat. & in l. hæc venditio, in addi. ad fi. ff. de act. emp. Stigno. conf. 226. in themate quod, col. 2. vers. item monosyllaba si. Ang. in l. sub conditione, col. 2. ff. de sol. Pau. Cast. in l. in ratione. la 2. §. tamen si. ff. ad leg. Falci. Rapha. Co. Imo. & Soc. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demon. Alex. conf. 127. viso processu, col. 1. lib. 7. Corn. conf. 178. videtur in hac, paulò ante fin. lib. 3. Soc. conf. 121. visa contingentia, col. 2. vers. sed iterum, lib. 1. Corn. conf. 133. quamuis videtur, col. vlt. vers. & dictio si, lib. 2. Card. Alex. in c. verum, nu. 10. extra de condi. appo. Iaf. in l. stipulatio ista. §. inter certam, in 2. no. ff. de verb. obl. & Fran. Purp. in l. 1. nu. 67. ff. de offic. eius cui mand. est iuris.

Apud Oratores confirmatione ponitur.

Apud Hebraeos affirmationem significat.

Tertij locum explicatus.

2 Apud Oratores autem præter vulgarem illam significationem, confirmatiuè ponitur, vt in eo Terentij loco, in Andria. Si te germani fratris dilexi loco. Quod Priscianus annotauit, & nostri quoque confirmant in id citantes legè Titium & Matium. §. 1. matre. ff. de adm. tuto. & l. videamus, in prin. ff. de in lit. iuran. & l. 3. & ibi Bart. ff. de leg. 1. & l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. oblig. & l. si pater, vbi Bald. not. C. quan. prouo. non est necessa. Quod quando procedat cognosces ex Bar. in d. l. 1. ff. de condi. & demon. & Alex. conf. 212. ponderatis his quæ in themate, col. vlt. lib. 6.

3 Sed & apud Hebræos hæc coniunctio, **DN** s, etiam non semper dubitationem, aut conditionem significat, sed & affirmationem, quin & iurandi verbum aliquando est, Ezech. 2. Ac si illi audierint. & Psal. 94. si introibunt in requiem meam, id est, non. Itaque etiam cum dicitur negatiuè Efa. 5. si nō dormis multæ in solitudine earum deserta fuerint, & iterum c. 14. Si non vt putauit ita erit. Et Psal. 31. Si non posui, & humiliavi animam meam. Et Hier. 22. si non ponam te in solitudine. Et id quidem locutionis genus stomachum & apostopsem habet patheticam. Sed & si ita nunc est, Hebraismus est, pro si ita fieri oportet. Genes. 43. & cum scribitur Gen. 28. si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, id est, quoniã quidem certus sum Deum mihi adfore, & quasi deprecatum est, nam prius Deum agnouerat.

4 Porro Donatus interpretans illum Terentij locum in Andria, à nobis supra citatum, *Si te in germani fratris dilexi loco.* sic nos, ait, tunc loqui, cum præposuimus aliquid, & tamè nolumus exprobrare, vt etiam in eo loco Virgil. lib. 9. Aeneid.

Si qua tuus vnquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit.
Et alibi lib. 4. eiusdem operis,
Si bene quid de te merui.

Nam & vbi verba legis deficiunt, deficit & ipsius dispositio. l. 4. §. toties. & ibi Bar. & alij. ff. de dam. infect. & lita autem, in prin. & ibi etiam Bart. ff. de administ. tuto. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. & l. 1. §. loquitur. ff. de magi. conue. & l. Fulcinius. §. j. ff. qui. ex cau. in pos. eat. & l. vlt. C. de præd. curia. lib. 10. & c. indemnitate. §. sed cum eas, de elect. lib. 6. quem tex. dicit ad hoc omnium optimum Io. Ana. in c. 2. extra de maledi. & id etiã voluit gl. in c. quoniam, in verbo, qui simul, extra de vi. & hone. cler. 1. in gl. magna, in fi. de sent. exco. Signo. conf. 24. si quærat, col. 2. vers. quare quod probatur. Bal. in l. 1. col. 2. in 4. oppo. C. si quis omni. cau. testa. & in c. quia propter, col. 4. ver. in tex. ibi tres, extra de elect. & conf. 383. Bertonus, col. 2. lib. 5. & conf. 495. quædam domina Helena, col. 2. eod. lib. 5. Pet. Ancha. in c. indemnitate. §. vlt. in 8. not. per illum tex. de elect. lib. 6. Card. Flor. loquens in casu huic l. proximo. conf. 20. cum in testamento, vers. 4. Ioan. Ana. conf. 95. visis & ponderatis, col. 2. vers. circa primum. Rapha. Fulgo. conf. 123. S. & P. ciues. col. 2. & conf. 222. nobiles quidam & Raph. Co. cōf. 44. ab arbitrali, ante fi. Rom. conf. 462. quo ad decisionem, in fi. Pau. Cast. conf. 33. de iure communi dicta hæreditas, in prin. lib. 1. Domi. conf. 65. Iesu Christi. & c. dicitur, col. 1. Imo. conf. 13. 6. in casu præmissis, in primo dubio. cum aliis multis cōcor. adductis ab Alex. in d. l. 4. §. prætor, col. penult. ff. de dam. infect. & Maria. conf. 30. quamuis ex his, col. 6. vers. 5. & iterum col. 9. vers. item pater. & Barbat. in c. significante, col. 1. extra de rescri. & conf. 2. clementissimi Dei, col. 4. vers. præterea nos non sumus, lib. 1. & conf. 14. à loue principium, col. 3. lib. 3. & conf. 28. cuius est simile initium, col. 7. vers. restat nunc videre, eo. lib. 4. & laf. conf. 45. Deum inuocent, in prin. eo. lib. 3. & conf. 2. à loue principium, col. 7. præterea faciat, lib. 4. & conf. 56. omnium potentissimi, col. 2. eo. lib. 3. & aliàs sæpius. Cepola causarum ciuiliū conf. 43. clarissime. col. 2. & Fel. in c. nonnulli char. pe. vers. verba legis, extra de rescr. & Steph. Bertr. conf. 12. inspecto processu, nu. 4. lib. 1. & conf. 374. Christi, & c. viso consultationis themate, in prin. eo. lib. 1. & conf. 97. voluissim, post prin. lib. 2. & con. 143. viso processu, col. 1. eo. lib. 2. & alibi sæpe nihil enim frequentius est in illius conf. & Hipp. Marfi. in l. qui falsam. nu. 66. ff. de falsis. & sing. 439. cui non conueniunt verba, & in omnibus propè conf. Idq; adeò frequens est apud nostros, vt vix vllum consilium reperias, in quo non repetatur.

Verbis legis deficientibus deficit & ipsa lex.

Etiam si tatur. Illud tantum adiecerim, id procedere etiam si pro maiori verba dispositionis pro maiori parte conueniant, vt videre licet ex Hiero. Grato. conf. 62. ex thema- re, col. 2. vers. 5. confirmatur, lib. 1. per ea quæ & nos dicemus inferius in hac ea. gl. nu. 112. his autem.

Lex expressisset, si ita intellexisset. Et statuti.

3 Quoniam et si de extraneis quoque lex nostra intellexisset, æquè id expressisset, vt de patronis et libertis, vt in simili dicitur in cap. inter corporalia, post medium, extr. de transla. præla. vbi hæc verba adscribuntur, vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, et de translatione poterat expressisse, et ibi Bal. col. 2. no. inquit, allegationem aduocatorum, qui dicunt, si statuti hoc voluisset, dixisset, et in c. ad audientiam, extra. de deci. vbi penè similis est sententia, cum si. Et hoc argumenti genere vtitur gl. in c. ad audientiam, in verbo, obuentiones, in fi. de eccle. ædifi. et in c. vlt. in gl. vlt. ne cle. vel monach. Signo. conf. 172. testator in suo, col. 1. vers. cum agitur in prima, et consil. 173. A. parer instituo, col. 2. vers. cum igitur. et consil. 184. in questione, vers. quartò si princeps. & Bald. conf. 202. præmissis duobus. post prin. lib. 1. & consil. 328. cum in causa. col. vlt. lib. 3. & consil. 440. factum proponitur esse tale. Fran. col. 2. vers. sed Petr. dicit. lib. 3. Pet. Anch. conf. 120. pro clariori decisione. & Imo. in l. cum ex causa. ff. de re iud. & in c. cum contingat. col. 4. vers. præterea Papa. extra de iureiur. & consil. 28. viso instrumento. circa med. & consil. 31. ad primum dubium. in 2. dub. Paul. Castr. conf. 105. si non interesset. circa med. lib. 2. & consil. 224. legatum prædictum. col. 1. eod. lib. 2. C. cepo. causa. ciui. conf. 25. ex questione prædicta. col. 7. vers. scilicet item probatum est. & consil. seq. orta fuit. col. 5. vers. secundò moueor. & consil. 66. eodémque vlt. Titius procreauit. col. 10. Io. Ana. conf. 22. ad probandam. col. 2. vers. cu. est etiam multum. Alexand. conf. 5. circa primum dubium. col. 2. vers. nec ad hoc obit. lib. 3. Philip. Fran. in sua disputatione petitorij incip. ex nobilissima. col. 5. vers. quartum remedium. Barb. in rep. l. cum acutissimi. col. pe. C. de fideicom. & consil. 13. clementissimi Dei. col. vlt. lib. 1. & consil. 61. scribitur Sap. 7. col. pen. eo. lib. 1. & consil. 28. à Ioue principium. col. vlt. lib. 3. & consil. 50. illud afferam. col. pen. eo. lib. 3. & alibi sæpe. & Soci. in l. 2. col. 2. vers. ex qua conclusione. ff. de leg. 1. & consil. 191. licet difficultates. col. 5. vers. confirmantur præmissa. & iterum. col. vlt. vers. quartò ex ferie. lib. 2. & consil. 227. præfens consultatio. col. vlt. vers. secundò ego respondeo. eo. lib. 2. & consil. 5. in primo consultationis articulo. col. 2. vers. quartò & vltimò. lib. 4. & sæpe aliàs. & Lud. Bol. conf. 60. stat. statutum. col. 3. vers. 5. ad idem. Iaf. conf. 140. quod est primum. lib. 12. inci. spectabilis dominus. col. 5. vers. ad idem facit. & consil. 142. venerabilis. col. 6. vers. quintò facit. eo. lib. 2. Philip. Dec. conf. 442. in causa in qua col. 2. vers. non obstat ergo primò. & doct. sæpe, præsertim in conf. Et bene facit tex. in l. ex his. & ibi no. Bal. post Iac. Are. & Cy. qui eam l. legit cum l. Nefennius. ff. de excu. tur. & in l. liberto. §. largius. ff. de ann. leg. & in l. 1. §. in autem ad deficientis. C. de cadu. tollen.

Verba legis inspicenda, nec vltra ea dispositio illius trahenda.

4 Verba enim legis inspicenda sunt, nec vltra ea est ipsius dispositio trahenda. I. quod constitutum. ibi quantum ad verba eius. ff. de testa. mil. vbi Bart. in princ. dicit eam l. solere allegari in materia statutorum, quod scilicet à verbis statutorum non receditur. Cui consonat tex. in l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hære. quem in id dicit not. Bal. conf. 2. verba statuti. col. 1. lib. 1. Et ex eo dicit ipse Bal. conf. 408. quidam ciuis Florentinus. col. 1. lib. 1. quod à quo remouentur verba legis, remouetur & eius amissio. Sed & ex eo dicit idem Bal. consil. 228. ad euidentiã præmittendum est quod duplex. lib. 3. quod verbis legis debemus esse conten-

ti. & consil. 99. super primo quæsto. colum. 1. lib. 4. quod lex, inquit, non dicit, nec nos dicere debemus. Ad quod etiam illum textum dicit sing. Barb. in l. si ita stipulatus essem abs te. col. penult. ff. de verb. oblig. Sed & ex eo idem de statuto dicit ipse Bal. in l. omnes populi. paulò ante fin. ff. de iust. & iur. quod statutum, ait, non dicit, nec nos quoque dicere debemus: quod idem asserit ipse Bal. in l. 1. col. penult. C. de hære. inst. & in d. cap. inter corporalia. circa med. de transla. præla. & consil. 15. omnis affessor. col. 2. li. 2. & consil. 256. quanquã allegationes. in princ. lib. 2. et consil. 298. queritur vtrū vlturarius. col. 2. eod. lib. 2. & Corn. conf. 288. in hac consultatione. colum. 2. vers. quia statutum. lib. 1. & Barbat. consil. 81. præclare & luculenter. colum. 2. lib. 4. Sed & per illum textum. idem Bald. consilio 447. ad euidentiã præmittendum est quis dicatur. colum. 3. vers. sciendum. lib. 5. quod non possumus interpretari constitutionem id disponere, quod non loquitur. A quibus non longè abest quod tradunt Iacobus Bella. & alter Iacob. But. inter conf. Bal. consil. 134. hæc quæstio fuit. colum. 2. lib. 4. quod verbis statuti feruire debemus sine extranea interpretatione. Et ipse tradit idem Bal. in cap. significante. col. 2. vers. sed quid si statutum. extra de app. quod debemus inherere verbis statutorum, nec aliter interpretari quàm statuta loquantur. Quod & voluit ipse Bald. in l. ira nobis. ante fi. C. de adult. vbi declarat quomodo id intelligitur. & in l. cum ancillis. colum. 2. vers. sed pone quod statuto. C. de incest. nupt. quod non possumus recedere à verbis & determinatione statuti. Et quod vbi statutum non determinat, nec ego determino: quia seruandum esse prout iacet. Et statim post, in ver. pone quod ille, quod non attenditur ratio statuti, sed casus formaliter dispositus. Et in l. testamentum. in fi. C. de test. quod statuta tantum disponunt quantum loquantur, & nihil præterea. Et in l. si furiosus. per illum textum in verbis, de furioso non loquitur. C. de nup. quod vbi statutum nõ loquitur, cessat dispositio illius, quod dicit menti tenendum. & in c. 1. in fi. tit. de ali. fei. quod tenaciter verbis statutorum inherendum est, nec licet illis addere aut detrahere. & hoc vltimum etiam dicit Bal. in l. maximum. col. pe. vers. in contrarium. C. de lib. præte. Et idem Bal. conf. 452. statuto ciuitatis. col. 2. vers. ad vltimam. lib. 1. vbi dicit, quod in statutis magis verba ponderamus, quàm mentem imaginariam & incertam. & consil. 318. ponitur quod dicitur. col. 3. lib. 3. à verbis, inquit, statuti non est recedendum, quod & idem dicit consil. 94. vers. statuto, ad fi. lib. 5. & consil. 95. considerandū est in fi. eo. lib. 5. verba, ait, statuti consideranda sunt, quia vbi statutū non loquitur, statum iuri communis. conf. 94. viso statuto. ad fi. dicit quod à verbis statuti non est recedendum. Quod etiã voluit Pet. Anc. conf. 69. contra donationem. col. 2. vers. sed ego saluo. et Cor. conf. 90. scrupulosa videtur. col. pe. vers. accedat. lib. 3. Soc. conf. 108. in hac cõsultatione. col. 4. vers. ad hoc quod no. lib. 1. Phil. Dec. conf. 333. licet propositi mei. col. 2. ver. quibus tamen non obstantibus. Nam et in re dubia debemus seruire verbis editi. l. 1. §. si is qui nauē. ff. de exer. act. Quod & ad statuta trahit ipse Bal. ibi in vtraque lect. et in c. vlt. col. 1. ext. de eo qui mit. in poss. si enim (inquit in posteriore loco) statutum aliud voluisset, aliud scripserit, per d. tex. et rursum consil. 433. circa quæstionem. col. 1. lib. 5.

Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.

Verbis statuti seruandum sine alia interpretatione.

Statuta tantum disponunt quantum loquantur.

Verba vbi que consideranda.

5 Et id quidem generale est, vt videlicet non solum in legibus et statutis, de quibus semper locuti sumus, sed et aliàs semper verba sint consideranda, nec ab illis recedere liceat cum clara sint. I. nõ aliter. in prin. ff. de leg. 3. et l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. e. tit. vbi dicitur, cum in verbis nulla est ambiguitas,

ambiguitas, non debet admitti quæstio voluntatis. & inc. quomodo. 31. dist. & in c. si presbyter. de cõfec. dist. vlt. & in cap. vlt. extra de verb. signif. cum simi. Ideo præcipitur in l. si quis stipulatus sit Stichum. in prin. ff. de verb. oblig. sermonem stipulationis inspicere. quem tex. ad hoc expendunt Pau. Cast. Franc. Arer. & Iacobi, & Maria. consil. 30. profequendo ordinem. col. 1. & ante eos Bal. consil. 497. quia sermo commodus. in princ. lib. 3. In quam etiam sententiã est tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. ad fi. eo. tit. de verb. oblig. vbi hæc verba scribuntur. Ple-runque enim in stipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda sunt. Et harum duarum postremarū legum auctoritate subnixus Paul. Cast. consil. 163. in presenti causa, quæ vocatur, col. 1. vers. secundò dico. lib. 1. respondit inspicendum esse tenorem regiæ concessionis in eo casu, de quo consulebarur ad quod etiã alleg. l. fideiussores magistratum. §. pro Aurelio. ibi, lecta subscriptione. ff. de fideiuf. Cuius etiam legis arg. dicit Bal. consil. 32. quidam nobilis, col. 2. lib. 1. consideranda esse verba contractus, & paulò post, lector, inquit, instrumenti habet solutionem quæ sit, & consil. 182. locata fuit, col. vlt. eo. lib. 1. dicit id quod solet dici, verba esse intelligenda secundum naturã contractus, tum demum procedere si verba ipsa patiantur, nõ aliàs. Sed & idem Bald. eiusdem larg. in lab executione. col. vlt. C. quorum app. non reci. verba sententiæ ponderanda esse, sicuti & contractus. Cui subscibit quod dicit Barr. in l. Iulianus. col. 4. vers. prædicta vera. ff. de condi. indeb. quod ex sententia nihil inferitur. nisi quatenus ipsius verba important ex necessitate, per l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. 1. Cod. de ord. cog. quem sequitur Fulg. consil. 140. præsuppositis duobus statutis, in 2. dub. Et ita eos aduocat, licet de verbis non loquantur, Phil. Dec. in l. ius nostrum. col. 3. vers. secundò regula. ff. de reg. iur. & consil. 322. visis consiliis. in prin. & consil. 448. de duobus. col. 3. vers. sed breuiter. Sed eandem sententiam ex illis iuribus posuit Alexan. cuius ipse Dec. mentionem non facit, consil. 174. opportune consideratis, col. 1. vers. & sententia. lib. 2. Porro quod de verbis sententiæ dictum est, confirmat quod dicit Bald. in cap. cum in vestri. post princ. extra de elect. quod tenor sententiæ est forma ipsius, per l. cum eorum. C. de sen. & interlo. iud. & quod etiam dicit idem Bald. in l. licet. post princ. C. de iud. quod à forma sententiæ non est recedendum, & sequitur Soci. consil. 91. concludo dictum. col. 3. vers. quæ verba. lib. 3.

Quod scriptura non dicit, nec nos dicere debemus.

Tutus est in dubio non recedere à verbis contractus.

6 Sed & per d. §. pro Aurelio. dicit ipse Bald. in c. Rodolphus. col. 2. vers. & ego dico. extra de rescrip. quod non dicit scriptura, nec nos dicere debemus: quia scriptura probat suos limites, dicitque eum tex. not. Ex eo que alibi respondit idem Bald. consil. 182. locata fuit. col. vlt. lib. 1. quod licet ad naturam dispositionis debemus recurrere, vbi de mente disponentium dubitamus. l. inter dum. & l. inter stipulantem. §. sacram. & l. ita stipulatus. ibi, propter ipsius rei naturã. ff. de verb. oblig. hoc tamen procedit, si verba ipsius dispositionis patiantur, non aliàs. Sed & per eundem consuluit idem Bald. consil. 180. ad euidentiã est præmittendum quod quadoque. in fi. lib. 2. tutius est in dubio non esse recedendum à verbis contractus, quod etiam voluit Philip. Dec. in l. semper in stipulationibus. col. 1. in fin. ff. de reg. iur. & consil. 305. modicum esse arbitror. colum. 1. vbi & ad hoc alia quædam allegat. & consil. 323. in proposito. col. 2. vers. secundò principaliter. & consil. 347. prima facie. col. 2. vers. secundò quia dictum fuit. & l. 1. e. consil. 423. negari non potest, in prin. & consil. 435. in causa mihi commissa, post med. & latissimè omnium Franc. Cur. Sen. consil. 49. me-

moræ recolendæ. col. 9. vers. ad demonstrandum. & consil. seq. quod est eodè exordio, col. 24. ver. primò igitur, & col. seq. Quibus concinit quod dicit Bal. consil. 270. in materia casuum, col. 2. lib. 5. quod à tenore contractus non est recedendum, per d. §. pro Aurelio. & consilio 437. quædam puella fuit dotata, paulò ante fin. lib. 1. Intuere (inquit) subtiliter verba contractus, & paulò post, quod à quo remouentur verba contractus, remouentur & iura ipsius, per text. qui non multum mihi facere videtur, in l. qui tabernas. ff. de contrahen. empt. & quod tradit ipse Bald. in l. lecta. colum. 2. vers. ex prædictis. ff. si certum petat. singula verba contractus & instrumenti esse ponderanda, nec nostrum esse addere vel detrahere. Quod & ipsum ex eo reassumit Socin. consil. 66. frustra plenitudini. col. 2. vers. sed præmissis. lib. 1. Sed & denique per d. §. pro Aurelio. dicit Bald. consil. 318. ponitur quod electio. col. 2. vers. porro. lib. 3. quod scriptura seipsam, cuiusmodi sit, ostendit.

7 Nec interim prætermittere debemus alios tex. huc spectantes, videlicet l. stipulatus es. ibi secundum ea verba stipulationis. ff. de fideiuf. & l. sancimus. ibi, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C. eo. tit. & l. vlt. ibi, stipulationis paternæ tenor. C. com. vtriusque iudi. & l. vt inter. ibi, iuxta pacti tenorem. C. de inuti. stip. & l. si operas. in fine, cum dicitur, pacti tenor seruabitur. C. de sol. & l. vlt. ibi, pro tenore communis militantium placiti. C. de pig. & l. vlt. ibi, vel pactionum tenor. C. de reb. ali. non ali. & l. pe. ibi, pro tenore stipulationis. C. de vfur. & l. ad probationem dominij. ibi, quæ tenor scripturæ designat. C. de prob. Ex qua dicit Bal. in l. ex hoc iure. col. 2. in fin. 6. q. ff. de iust. & iur. quod non est recedendum à tenore contractus. Et alibi dicit idem Bal. in l. quoties. quæ est vlt. col. 1. vers. & ex hoc elicitur. C. de suis & leg. quod verba contractus, sunt forma ipsius, quæ dar esse rei, nec ei aliquid addi potest, aut detrahi. & ad hoc est bonus tex. in l. in conuentionalibus. in prin. ff. de verb. obli. vbi forma, dicuntur verba contrahentium. Sed & idem Bal. consil. 266. proponitur quod quidã Antonius, col. 2. lib. 1. negat recedendum à forma verborum contractus. per d. l. quicquid. & l. blanditus. Et idem dicit Bal. in consil. 434. pactum inter locatorem, colum. 1. col. 1. lib. 1. & consil. 72. si queritur, libro 3. & consil. 321. viso instrumento, colum. 2. libro 4. & similiter Raph. Co. consil. 164. prælatus certæ ecclesiæ, colum. vlti. & allegat etiam d. l. quicquid. Ex qua etiam asserit Signo. consil. 61. quæstio talis est, potestas, col. 3. vers. cul. tertio, nullam dispositionem vltra egredi, quàm verba patiantur. Et alia multa de verbis contractus seruandis scribit Marian. consilio 18. profequendo ordinem, in princ. & eius filius Soc. consilio 74. in præfenti, col. 3. li. 1. & consil. 88. considerata, in princ. eod. li. 1. & Iaf. conf. 159. super facto. col. 2. li. 2. & consil. 220. testator fecit, col. antepe. vers. sexto facit, eo. li. 2. & consil. 29. dominus Nicolinus, colum. pen. vers. quintò facit, li. 3. & consil. sequen. colum. 2. vers. tertio facit.

Verba contractus sunt forma ipsius.

Tenor priuilegiorum ad vnguem seruandus.

8 Sed & tu adde tex. in c. porro, extr. de priuil. in illis verbis, quod totum ex inspectione priuilegiorum plenius animaduertere potes, & iterū ibi, volumus priuilegiorum suorum seruare tenorem. Ex quo generaliter no. gl. ibi, non esse recedendum à forma verborum. & ex eo quoque Bald. in l. 1. §. si is qui, in lect. anti. in fi. ff. de exer. act. tradit tenorem priuilegiorum esse ad vnguem seruandum. De quo etiam non est deterior tex. si non melior, in c. recepimus, eo. tit. de priuil. vbi dicitur, inspicienda sunt, ergo ecclesiarū priuilegia, & ipsorum tenor diligentius attendendus. & in c. cõsiderauimus, ibi, contra tenorem priuilegiorum, ext. de elect. & in c. vlt. ibi,

oportere. Et facit etiam optimè tex. in c. si pater, ibi, dummodo, earum verbis conueniat, de testa. lib. 6. 15 Ex quo fit quòd declaratio siue interpretatio verborum non dubiorum, quæ scilicet illis non congruit, non censetur esse declaratio prioris dispositionis, sed noua atque alia quædam dispositio, quæ non tollit ius alteri quæsitum ex illa priori dispositione, secundum Petr. Anch. consil. 398. præmitto pro clariori, in fin. Pau. Cast. in l. heredes palam, §. si quid post, col. 2. ff. de test. & consil. 22. v. i. a quadam scriptura, col. vlt. lib. 1. & consil. 148. v. i. o & examinatio puncto, col. vlt. eod. lib. 1. & apertius consil. 340. præmissis allegationibus adhareo, col. 1. eo. lib. 1. & Phil. Dec. in d. l. in ambiguis, ff. de reg. iur. & in l. edita, col. 12. vers. & quod supradictum est. C. de eden. & in c. cum venissent, extra de iudi. & ante hos Bal. quem nullus citat, in c. 1. col. 3. vers. item qui interpretatur, extra de consti.

Interpretatio verborum non dubiorum, censetur noua quædam dispositio.

16 Sed & vt ex aliis item scriptoribus aliquid in rem nostram mutuemur, hæc mirè fulciunt quæ à Quintiliano seniore, scilicet auo, vt multi continentur, eius qui institutiones oratorias scripsit, eleganter tradita sunt aduersus iuris interpretes, qui in legum interpretationibus à verbis earum recedunt, voluntati mentis earum, vt ipsi causantur, seruiantes. Hæc ipsius verba sunt ex declam. 264. Manifestum est nihil posse calumnie admittere verba legis adscripta. Nunc peritissimum litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt. Non enim hæc esse legis voluntatem quæ verbis ostenditur, quorum ego prudentiam miror. Tantum vicerunt illos maiores nostros, illos conditores iuris, illos quorumdem ciuitatem legibus ac iure formarunt. In hoc approbare conatur defuisse his sermonem, defuisse consilium. Et paulò post, Hoc dico, iudices, perniciosissimam esse ciuitati hæc legum interpretationem. Nam si apud iudices hoc semper queri de legibus oportet, quid in his iustis, quid æquum, quid conueniens ciuitati, superuacuum fuit omnino leges scribere. Et credo fuisse, tempora aliquando, quæ solam & nudam haberet legum æstimationem. Sed quoniam ingenis hæc in diuersum trahebatur, nec vquam satis constitui poterat quid oporteret, certa forma, ad quam viuetemus, instituta est. Hanc illi auctores legum complexi sunt; quam si mutare, & ad vtilitates suas peruertere licet, omnis vis iuris, omnis vis eripitur. Nam quid interest, nullæ sint, an incertæ leges? Et cætera quæ sequuntur. Sed & multa in hanc sententiam adfert Tullius in eo. lib. 2. de inuentione. Non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere possimus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis; multa incommoda cõsequi, si instituat ut à scripto recedatur. Nam & eos qui aliquid scribant, non existimatos id quod scripserint, ratum futurum; & eos qui iudicent, certum, quod sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere cõsueuerint. Scriptori neque ingenium, neque operam, neque vllam facultatẽ defuisse, quo minus posset apertè perscribere id, quod cogitare; nec fuisse ei graue nec difficile certam aliquam causam excipere, si quicquam excipiendũ putasset. Deinde & ipsis iudicibus iudicandis, & cæteris ciuibus viuendi rationes perturbatum iri, si semel à legibus recessum sit. Nã & iudices neque quid sequatur, habituros, si ab eo quod scriptũ sit recedant; neque quo pacto alios improbare possint, quod ad cõtra legem iudicauerint; & cæteros ciues, quid agant, ignoraturos, si ex suo quisque consilio, & ex ea ratione quæ in mentem aut in libidinem venerit, non ex cõmuni præscripto ciuitatis vnamquam rem administrabit. Indignissimumque esse, quam rem verbo & literis mutare non possis, eam re ipsa & iudicio maximè commutare. Hæc Tullius

Quintiliano senioris locus aduersus iuris interpretes.

Perniciosissima estimati legum interpretatio.

carptim ac vellicatim. Sed & idem ad fin. Partiti. orat. multa in hanc sententiam scribit. 17 Et hæc quidem optimam ratione. Nã quorsum sunt nomina seu verba, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? vt eleganter veluti interrogando asserit iuriscõsultus in l. Labeo, ff. de supel. legat. Cui concinit tex. in c. is. autem. 22. q. 2. Et vt dicit Bald. in l. sed & reprobari, in prin. per tex. ibi. ff. de excu. tur. ex loquela hominis animus iudicatur, quod dicit summè notandum. Quæ sententia est Aristotelis, si is est, nã Andronicus Rhodius cum esse negat, sed Boetius & cæteri asserunt, circa initium lib. 1. de interpretatione, id est, ex traductione Laurentiani, de elocutione, aut vt vertit Boetius ipse, de interpretatione. Quam quidam Aristotelis sententiam ita traducit ipse Boetius. Sunt ea quæ sunt in voce, earum quæ sunt in anima passionum notæ. Quam & ex ipso Aristotele citat ipse Bal. in l. de quibus, col. vlt. ff. de legib. & in l. 1. §. vbi autem, col. vlt. vers. not. rex. in §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. vbi & ipsum quoque Boetium simul citat, & in cap. mandatum, col. 1. extra de rescri. & sine auctore ipse Bal. in cap. bonæ, le 1. col. 1. extra de postu. præla. & consil. 134. mihi Bald. col. 1. lib. 4. Et ex Aristotele. Alber. in d. l. Labeo, num. 4. Alex. consil. 52. circa hanc, col. 2. lib. 4. Maria consil. 7. nunc quæstorum, col. 1. & consil. 10. quamuis quæstiones, col. etiam. 1. & consil. 11. circa præsentem, col. pen. Franc. Cur. senior consil. 50. memoriæ recolendæ, col. 26. vers. cõsequenter stabit. & Barb. cõf. 4. scribitur primo regum, col. pen. lib. 1. & consil. 14. clementissimi Dei, col. 3. & iterum col. 6. eo. lib. 1. & consil. 34. clementissimi patris, col. 2. eo. lib. 1. & consil. 36. illud in medium referam, col. 2. eo. lib. 1. & consil. 10. sapienter scribitur, col. 3. versic. & si quispiam dixerit, lib. 2. & consil. 11. illud asseram, col. 15. lib. 2. & consil. 23. sapientissimus dixit, col. 1. eo. lib. 2. & consil. 18. præclare scripsit, col. 10. eo. lib. 2. & consil. 56. sapienter scribit psalmista, col. 7. eod. lib. 2. vbi & alia multa in id allegat. & consil. 9. vbi Christus, col. pen. lib. 3. & consil. 20. bene etenim cuncta geruntur, col. pen. eod. lib. 3. & consil. 39. similis exordij, col. 2. eo. lib. 3. & consil. 42. Deum innocens, col. 3. eo. lib. 3. & consil. 73. magnanimus, col. 5. lib. 4. & consil. 82. clementissimi Dei, ante fin. eod. lib. 4. & consil. 86. magnus dixit, col. 2. eo. lib. 4. & laso. consil. 142. venerabilis, col. 10. in 11. ratione, lib. 2. & consil. 171. vltis & diligenter, col. 2. versic. secundò facit, eod. lib. 2. Ex Boetio autem citat Bald. ipse in l. iur. gentium. §. pactorum, col. 1. ff. de pact. & sine auctore idem Bald. in tract. schisma. col. 7. vers. perspicaciter ergo videamus. & Barb. consil. 16. clementissimi Dei, col. 4. vers. cum ergo istud. lib. 4.

Ex loquela hominis animus iudicatur.

Loquere, & cognosce cam te.

18 Et alibi sæpe idem Bald. citat illud Cassiodori, Nullum est maius mentis nostræ testimoniũ, quàm qualitas inspecta verborum. videlicet in l. generali. ter, in primo no. C. de non nu. pec. & in l. ad cognoscendos. C. de ingenu. manu. & in l. tres denuntiationes. col. 1. C. quo. & quan. iud. & in c. 1. tit. de conten. inter me & domi. in addit. & in c. super literis. col. 2. ext. de rescrip. & in rub. ext. de testi. Subditque in postremo loco verbum vulgi dicere, Loquere, & cognosceam te. & consil. 140. facta sunt inuestitura, lib. 1. & consil. 305. verba principis dicunt, col. 1. eod. lib. 1. Et illud quoque Cassiodori dictum ex Bald. aduocat Alexan. imò Barb. si stylo credimus, inter consil. ipsius Alex. cõf. 52. circa hanc dubitationem, col. 2. lib. 4. & idem Barb. in l. si ita stipulatus essem abs te, col. vlt. ff. de verb. obl. & in cap. omnipotens, col. 2. ext. de accu. & in omnibus propè locis supra citatis. & præterea consil. 44. sapienter scripsit, col. 1. lib. 2. & Maria. locis etiam supra designatis. & las. in l. neque professio, col. 2. versic. subdit vlt. loco. C. de testa. & in l. si quis filii, col. 2. vers. tertio intellige. C. de

C. de lib. præ. quibus locis. & d. consil. 142. vbi supra, lib. 2. & alia Bal. dicta in eam sententiam adfert, quæ videre poteris. & Franc. Curt. Iun. consil. 5. facti contentia, col. 7. vers. prædictis tamen omnibus. & Phil. Dec. in d. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & d. consil. 305. col. 1. & Hippo. Marf. in l. diuus Adrianus, col. 1. ff. de sicar. & in l. 1. nu. 31. C. eo. tit. & consil. 21. vocem meam, col. 3. nu. 21. lib. 1. & Ferdin. Loaz. qui vnum Franc. Cur. citat, in repe. §. 1. col. 9. Insti. de iusti. & iure. Quibus denique illud Euangelicum addiderim, Loquela tua te manifestum facit. Et quod tradit Tullius lib. de legib. 1. orationem esse mentis interpretem. Et paulò ante etiam Lucretius lib. 6. quo loco Atheniensium pestem describit, vocat linguam interpretem.

Loquela tua te manifestum facit.

Lingua animi interpretis.

Item tuba cordis.

Quaratio ne hoc lex exorbitans dicatur.

Verbum exorbitans.

Atque animi interpretis manabat lingua oratore. At Bald. consil. 140. facta fuit, lib. 1. dicit linguam esse tubam cordis. & quod verbum non sonat, pro nullo habetur. & consil. 490. ponitur quòd quidam Nicodemus, col. 1. lib. quod verbum non sonat, nec sentit quoque.

19 Tum secundò, vt ad alias rationes pergamus, quòd hæc l. nostra donationem perfectam reuocàs videtur esse exorbitans, vt nostri loquuntur, non prorsus ineptè, cum & August. lib. de ciuitate Dei. 9. c. 4. verbo exorbitandi vius sit, cū dicit quòd exorbitet ab itinere sapientiæ, & lege iustitiæ. Idemque in commentariis in Euangelium Ioan. tractatu 47. dicat hoc verbum ita dici, quasi extra orbitam fieri. vt exulare extra solum, expirare extra spiritum: vt interim relinquam tex. hoc verbo vtentem in c. ad nostram, ext. de appel. & in c. 1. vers. ille verò, de fil. presb. lib. 6. & in §. opponitur, iterumque in §. huic oppositioni. 1. q. 7. quibus locis dicitur exorbitare à fide, & nescio an alium talem comperies. Quæ hic ideo obiter volui dicere, quia id verbum frequens sit apud nostros iuris interpretes, existimeturque à quibusdam non esse satis probũ. Græci autem pro verbo exorbitandi vbi dicunt. Sed vt redeamus, videtur ergo hæc l. nostra exorbitas esse à regulis iuris cõmunis, quod alia statuit donationes fore perpetuas & irreuocabiles. l. Aristo. §. vlt. ff. de dona. l. sine. C. eod. l. si donationem, hoc ipso tit. de reuo. don. vbi nec rescripti quidẽ auctoritate reuocari non possunt. & l. cum ancillam. C. de cond. ob. cau. & l. cum te sponsa, & l. si mater. C. de don. ante nup. & l. si donationis. C. de cõtra. empt. & l. vlt. C. de vsu. pro dona. & l. senatus. §. sed mortis. ibi, nullo casu reuocetur. ff. de don. cau. mor. & c. nõ enim. 22. q. 2. & c. verum, extra de cond. appo. & no. glo. in c. in causis, in verbo, integra, extra de elect. Bal. consil. 327. pridie, in princ. lib. vbi dicit donationem perfectam neque tolli neque mutilari posse. Sunt igitur, vt id repetam, perpetuæ & irreuocabiles donationes, sicut & cæteri contractus. l. sicut. C. de actio. & oblig. & l. de contractu, & l. non est. C. de rescin. ven. & l. in commodato. §. sicut autem. ff. commo. & c. licet, ext. de voto. Ideo qui dicit donationem perfectam non posse reuocari, habet regulam pro se, & intentionem fundatã, vt expressè dicit Rom. consil. 171. pro decisione, col. vlt. vers. secundò quia regulã habeo. & faciunt no. per Bart. Sal. & alios in l. vlt. ff. de cond. caus. dat. & doct. in l. iur. gentium, in prin. & Soc. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes, col. 4. vers. prima cõclusio. ff. de verb. obli. Similiter statuit ius commune, actum simpliciter factum, censei purũ, ac sine die & conditione l. libertis libertabũque. §. vlt. ff. de ali. & cib. legat. & l. ff. de cond. & demon. & l. 1. §. si quis simpliciter. & l. eum qui calendis. §. quoties. & l. interdũ. & l. si ita stipulatus fuero, si Titius. §. Chrylogonus, in ff. de verb. oblig. & l. omnia. ff. de legi. & l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur. & tex. omnium optimus in c. 1. in fi. 33. q. 8.

Donationes perfectæ non reuocantur.

Regulam habent pro se & intentionem fundatam.

Et statuit ius commune.

Et censetur pura.

cum si. Et hoc nuncupatim in donatione responderunt, aliud tamen agentes. Old. consil. 114. factum est tale, quædam mulier, vers. iuxta hoc etiam. & Pan. consil. 55. in quæstione quæ vertitur, col. 2. vers. sed his non obstantibus. lib. 1. per l. perfecta. C. de dona. quæ sub mod. vbi etiam est tex. ad hoc expressus. & l. 3. hoc nostro tit. de reuo. donat. Et hoc quidem adeò procedit, vt ne princeps quidem in suis donationibus siue concessionibus iam perfectis conditionem apponere non possit, vt per And. ller. multa in id allegantem in cap. 1. ad fi. tit. de capi. qui cur. vend. & Luc. Pen. in l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. 11.

20 Quin & si in casu huius legis nostræ censetur esse tacita quædam conditio & voluntas donantis, vt scilicet tum demum donatio rata sit, si donans nullos susceperit liberos, siue ea reuocetur si postea liberos susceperit, secundum ea quæ diximus supra præfati. huius l. nu. 6. Tamen ea voluntas nõ prolata, sed in mente retenta nihil suapte natura operari debet, ex regulis iuris communis. c. 1. ibi licet voluntatem habuerit, & ibi glos. & Panor. extra de eo qui mit. in poss. & l. quidam cum filium. ff. de hære. instit. vbi non sufficit testatorẽ voluisse, nisi & ipse disponat, & hoc nor. Bald. Imo. & alij ibi. Ex quibus Bal. illud præterea no. quòd non sufficit aliquid esse in intèrione. Dicitque, & post eum Imo. ex hoc limitari omnia iura mundi, quibus cauetur voluntatem testatoris esse seruandam. & Alex. qui hoc multum commendat in l. si quis filium, ad fin. & ibi quoque las. col. 1. C. de libe. præ. & idẽ las. in l. si res obligata, col. 6. vers. ego teneo. ff. de leg. 1. & cõf. 30. in præfati, col. 3. versic. tertio facit, lib. 3. & consil. 96. iste est valde difficilis, col. 3. vers. eiusdem initij, lib. 4. & consil. 154. viso testamento, col. 3. lib. 4. & alibi sepe. & Soc. consil. 6. in præfati consultatione, col. 4. vers. ex qua conclusione, lib. 3. & consil. 69. viso testamento Ioannis, post prin. eo. lib. 3. & Fran. Cur. senior consil. 43. quia inquit Bald. col. 11. vers. quia non sufficit. Et Steph. Bert. consil. 340. ponitur in facto, nu. 9. lib. 1. & Philip. Dec. in l. non omnis, col. 1. ff. si cer. pet. & in l. cum quid, col. 5. eod. tit. & in l. semper in stipulationibus, col. 1. ff. de reg. iur. & consil. 15. cuius superscriptio incipit, an appellatiõne filiorũ, col. 3. in prin. & cõf. 63. substitutio, col. 2. vers. & ratio manifesta est. & consil. 89. viso puncto, col. 3. versic. confirmatur hoc. & consil. 95. cuius superscriptio est, substitutio, ad fin. & consil. 186. quoniam ex facto, col. 1. & consil. 205. in causa istorum, col. 2. vers. sed his non obstantibus. & consil. 211. subtilis est casus, col. 2. vers. prædictis. & consil. 218. in casu ad me transmissio, col. 3. versic. & ne prædictis. & consil. 248. visa petitione, col. vlt. & consil. 287. in ciuitate, col. 4. vers. sed supra dictis. & consil. 290. domina Blasia, col. pen. versic. primò non obstat. & consil. 304. col. 4. versic. & pro fundamento. & consil. 314. pro resolutione, col. 2. & consil. 362. punctus de quo queritur, ante medium. & consil. 369. iuridicas, post prin. & consil. 377. vltis & diligenter consideratis, col. 2. vers. quia ad hoc responderetur. & consil. 384. in casu proposito, col. 11. versic. non obstat quòd voluntas. & consil. 412. viso eleganti consilio, col. 2. & consil. 465. perferutatis, num. 7. & consil. 477. viso consilio, ad finem. & alibi sæpe. nam is ferme in hoc totus est.

Voluntas nõ prolata, nihil operatur.

De eadem re.

21 Et hanc quoque sententiam sulcit text. in l. qui ex liberis, quæ est penult. §. vltim. ibi, nec putauerit quicquam nuda voluntate constitui testamentum. ff. de bon. poss. secun. tab. & in l. iubemus. C. de testa. vbi testator volebat plures instituere hæredes, puta tres aut quatuor, idque constabat, & tamen non nisi duos instituit. Certè illi tantum habentur pro institutis, non etiam alij quos scribere voluit. Et

ad hoc cum tex. expendit Pau. Cast. consi. 264. videtur dicendum pro matre, col. 1. Et alius quoque tex. quem & ipse Dec. nunquam citat in d.l. Gallus. §. quidem recte, ibi, vt ex eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit, quem etiam expendit Bal. consi. 182. locata fuit, col. vlt. lib. 1. vbi ex eo dicit, quod finibus verborum debemus esse contenti, & rursus in c. secundo requirit, col. 1. extra de appel. vbi ex eo supplet illum tex. in verbo, intentioni, quasi non satis sit intentio, nisi ea verbis exprimat. ad quod etiam citat tex. quem dicit sing. in l. si alij, in si. ff. de usufr. leg. ibi, plus valet scriptura, &c. Per quem & ipse Bal. alibi, scilicet in c. mandatum, col. 1. ext. de reicr. asserit linguam cordi cedere, & sub iugo mentis verba consistere, tanquam sub proprio originali & digniori, dum tamen (inquit ex eo text.) non recedatur a verbis. Et statim post subdit, tacitam voluntatem coherentem expressæ, haberi pro expressæ, sed in corde retentam nihil operari. Quin ex eo tex. respondit ipse Bal. consi. 23. Titius in testamento, col. 2. lib. 1. non esse recedendum à rigore verborum testamenti. Sed & ex eo dicit idem Bal. in cap. licet de vitanda, col. 2. versic. apparet, extra de elect. quod non minus verba quam ratio magistralis debet attendi; quia ea ratio non est tex. legis, sed opinio quædam doctorum. Sed & alibi scribit idem Bal. in l. proponeretur, in 2. opp. ff. de leg. 2. id haberi pro omisso, quod non emittitur à testatore in scriptura vel prolacione verborum dispositiva. Et rursus in l. voluntatis, ad si. C. de fideico. tradit non crederetur quod & idem prodit id l. 1. §. si autem ad deficietis. C. de cad. tol. per tex. ibi, qui ad hoc est optimus. Ita enim illic scribitur. Nā si cōtrariū volebat testator, nulla erat difficultas scribere. Et idem quoque voluit Soc. consi. 4. quantum ad primum, col. 3. versic. non enim præsumere debemus. lib. 4. & las. consi. 140. quod est primum, lib. 2. incip. spectabilis dominus, col. 5. versic. quinto facit. & consi. 143. dominus Augustinus, col. 6. versic. nonò & vltimò, eo. lib. 2. & consi. 220. testator fecit, col. 7. versic. quinto in fauorem, eo. lib. 2. & consi. 228. testator tres filios, col. 3. versic. secundò pro eadem, eo. lib. 2. & consi. 239. eodemque vlt. factum sic se habet, spectabilis vir. col. 4. versic. sexto multum me mouet, eo. lib. 2. & consi. 29. dominus Nicolinus, col. pen. versic. quinto facit, lib. 3. & consi. 66. nobilis miles, col. 8. versic. secundò principaliter, eo. lib. 3. Anr. Rub. cons. 2. facti series. col. 2. Idem autem Bald. in elegantissimo eruditissimoque illo tract. schismatis, quem prodit sub rubri. C. si quis alij. testa. prohi. col. 9. versic. in cōtrarium, nam illud tradit mentem in corde retentam nihil operari in actibus humanis, per l. quicquid attringenda. ff. de verb. oblig. & l. potuit. C. de iure delib. quo etiam in loco col. 1. in 6. oppo. dicit idem Bald. quod actus exterior requiritur ad declarandum interiorum animi motum, quia consensus mentalis tantum, neq; verbo, neque facto demonstratus non accommodatur actibus hominum, nec reddit ipsos actus essentialiter perfectos. Et facit quod in pulchro casu respondit Pet. Anch. consi. 266. iste magister, dum illic verba cuiusdam testatoris, relicta post tergum mente obseruat. & quod scribitur in l. cogitationis. ff. de pœnis, cum si. nam vereor, ne iam nimius in hoc sim. Et idem ante omnes voluit gl. in l. codicillis, quæ est pen. §. insulam. ff. de leg. 2. Ex qua not. Bal. ibi, referuationem in mente retentam nihil operari, nisi verbis exprimat. Et facit quod tradit ipse Bald. in l. murum, in fin. per glo. ibi. ff. de acq. hære. quod voluntas non declarata, sed in mente retenta non inducit aditionem hereditatis, nec in foro conscientie ad quicquam tenetur tanquam hæres, quod dicit no. & idem quoque voluit Bart.

Tacita voluntas coherens expressæ habetur pro expressæ.

Mens in corde retenta nihil operatur in actibus humanis.

in l. gerit. ff. de acquir. hæred. & Ioan. Fab. in §. vltim. Infit. de hæred. qual. & differ. vbi & idem dicit de ratiabilitate mentali. & lason in l. 1. col. 1. C. qui admit. ad bon. poss.

22 Vnum tantum dixerim, horum esse rationem in promptu, quoniam animi cogitatio, quæ in lucem non producit, censetur esse abortiua, estque tanquam posthumus existens in vtero, qui nisi nascatur, & in lucem proferatur, nihil est, l. vlti. C. de posth. hære. in fit. Ita enim eleganter dicit Bald. ipse in l. 1. col. 9. versic. circa secundum capitulum. C. qui admit. arque iterum in dict. tractatu schismatis. col. 10. versic. amplius sciendum est. quod admodum commendat las. in l. 1. col. 2. versic. gl. mag. ff. de condi. caus. dat. & in l. quod quis. ff. de condi. inde. & in l. si ita legatum. §. illi si volit. ff. de leg. 1. & consi. 239. eodemque vlt. factum sic se habet, spectabilis vir. col. 4. versic. confirmatur, quia propositum. lib. 2. vt in consi. 22. in questione ventente col. 2. versic. confirmantur prædicta.

23 Vt interim omittam illam rationem, homines sæpe errare in coniecturanda mente tacita propter nimiam subtilitatem, & quia disponentis animum non videmus. Ita enim pulchre voluit idem Bal. in l. precibus. col. 7. versic. dixi ergo de duabus. C. de impu. & aliis subdit. vbi & illud subdit ex Aristotele in Ethicis, ignorantibus sicut longè distantes speculati. illudque Boetij, Eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. Et illud dictum Bald. commendat Franc. Curt. senior consi. 64. antiquissima, col. 11. versic. quia in vltimis voluntatibus. & idem las. in l. licet imperator, col. 3. ff. de leg. 1. & consi. 142. agitur. in princ. lib. 4. & consi. 154. viso testamento, post prin. eo. lib. & in addi. consi. 157. circa col. eiusdem additio. 1. eod. lib. 4. Illud autem Boetij citat & idem Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, post princ. ff. de offic. procur. & in l. data, col. 10. versic. interdum propter fraudem. C. qui accu. nō poss. & las. in l. cum prolatis. col. vlt. ff. de re iudic. Quibus adde & eundem Bald. in l. 1. col. 7. versic. modo sequitur alia. Cod. de confes. vbi dicit quod de mente hominis nullum est directum testimonium, estque nota verè soli Deo, l. iurifigentium. §. pactorum. ff. de pact. Porro ipse Bald. in consi. 452. statuto ciuitatis Mantuæ, col. vlt. lib. 1. respondit in statutis ponderari magis verba, quam mentem imaginariam & non certam, per d. l. si alij. ff. de usufr. lega. Et in rub. extra de offic. iudi. col. 2. versic. ad officium hæc scribit, ad officium iudicis pertinere inspicere verba, quia mens occulta in corde nihil est. Et vt dicit Alciat. in l. nominis. §. verborum. ff. de verbo. signifi. plerunque salimur, dum legis rationem per coniecturas non affectus credimus.

24 Et hæc quidem potissimum obtinent in voluntate retente in mente alterutrius partiū, & non vtriusque actum gerentis, quia tunc haud dubie ea non attenditur, pro nihiloque reputatur, l. si repetendi, & ibi glo. & doct. C. de cond. ob cau. & l. 3. §. si quis quasi, & ibi etiam doct. ff. eod. & dict. l. quod quis. ff. de condi. inde. & l. cum in plures. §. locator. ff. locat. prout illum tex. doct. intelligunt. & l. si maiores, & ibi quoque doct. C. de trans. & not. glo. in l. codicillis. §. 1. in verbo, ea mente. ff. de leg. 2. Barb. in l. cum quid, col. 2. ff. si cert. per. & in l. si ego, in 2. oppo. ff. eo. tit. Bald. in c. 3. extra de iureiur. Pan. in c. ex parte, col. 2. extra de conuer. coning. cum si. Nec enim voluntate vnus retractandus est contractus, ar. l. ab emptione. ff. de pact. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cum simi.

25 Quod si hæc voluntas in corde retenta esset aliquo modo consideranda, non ita tamen vt ex ea deberet reuocari donatio ipso iure, per l. si instituta. §. vlt. ff. de inoff. test. iuncta l. vlt. ff. de hære. in fiti.

vbi

Animi cogitatio est tanquam posthumus existens in vtero.

Ignorantes sicut longè distantes speculantur.

De mente hominis nullum est directum testimonium.

Voluntate vnus contractus nō est retractandus.

Falsa causa nuncupatim expressa in testamento vitiat dispositionem. Secus si sit in mente retenta.

Hæc lex exorbitans dicitur à iure communi.

vbi Bart. ex illis duabus legibus simul iunctis hanc veluti sententiam pronūtiat, quod falsa causa nuncupatim inserta & expressa in testamento vitiat dispositionem ipso iure: sed si ea nō fuit expressa, sed tantum in mente retenta, nō vitiat ipso iure. Quod & in effectu voluit Bal. ibi, in 2. opp. At in casu l. nostræ donatio ipso iure reuocatur, vt dicemus latissimè infra in verbo, reuertatur, in prin. Ergo ad ipsum requiritur voluntas expressa, nec debet sufficere tacita, si ad regulas iuris cōmunis respicimus. Ex quo consequens est, quod si fiat ex tacita, id fit contra ius commune.

26 Ex iis planè conficitur, quod supra assumpsimus, hanc l. nostram esse exorbitantem à iure communi. Id quod expressim (vt auctoritate ad rationes addamus) asserit Imo. in l. filio præterito, col. 11. versic. & pro hoc etiam facit. ff. de iniust. testam. & Rom. consi. 26. pro decisione eorum, col. 2. versic. concludo ergo, vbi & ex hoc dicit quod debet intelligi proprie & strictè. Corn. consi. 145. in hac consultatione, col. 5. versic. tertio respondet, lib. 1. & consi. 158. pro decisione, col. 8. versic. tertio respondet, lib. 2. & consi. 244. videtur prima fronte dicendum, col. 5. versic. tertio respondet, eo. lib. & consi. 4. dubia sanè mihi, col. 2. versic. his tamen non obstantibus, lib. 3. & consi. 11. in præsentī consultatione, versic. nec etiam videtur, & col. pen. versic. nec obstant ea, eo. lib. 3. & consi. 194. videtur in præsentī, col. 1. eo. lib. 3. & consi. 206. viso supra scripto themate, col. 8. versic. concurrat etiam, eod. lib. 3. & consi. 225. antequam aggrediar, col. 5. versic. nec ob. d. l. eo. lib. 3. & in auth. ex causa, col. 9. versic. tertio respondet, & ibi quoque Alex. col. 10. versic. vnde tutoris responsio. C. de libe. præter. & rursus ipse Alex. consi. 40. super primo dubio, col. pe. versic. circa quartum, lib. 4. Fran. Aret. in l. Titius, in prin. col. 4. ff. de libe. & posthu. Soc. in l. 3. ad fin. C. de pact. & in repe. leg. cum auus, col. 8. versic. tertium eorum relatum. & iterum col. 56. in 8. q. versic. quo autem ad secundum. ff. de condit. & demonstrat. & consi. 53. viso instrumento, cum in multis locis, tum col. 6. versic. postremo alio fundamento, lib. 4. & consi. 93. testamentum præmissum, col. 4. versic. tertio modo respondetur, eo. lib. 4. Steph. Betr. consi. 205. si est verum, col. vlt. lib. 2. las. in l. ex hoc iure, in 16. effectu obligationis antidotalis. ff. de iustit. & iur. & consi. 171. viso instrumento dotis, col. 6. versic. non ob. etiam prædictis, lib. 4. Nam & exorbitantem esse l. cum auus. ff. de condit. & demon. & similes quæ maximam habent cum lege nostra cognationem, affirmat Imo. in d. l. filio præterito, col. 9. versic. item non obstat ratio. ff. de iniust. testam. & in d. l. cum auus, & ibi etiam Soc. col. 21. versic. sexto infertur, & alibi sæpe. ff. de condit. & demon. & Franc. Aret. in l. generaliter. §. cum autem, ad fin. C. de instit. & substit. & Philip. Dec. consi. 416. in testamento, col. 2. Ideoque eam non esse extendendam vltra terminos eius respondit Paul. Cast. consi. 14. si contingat dictam differentiam, col. vlt. lib. 1. Et adeo quidem est exorbitans lex nostra, vt Gaspar Cald. vir non spernendæ autoritatis ex facto consultus, dum non recordaretur huius lex diametro responderet contrarium ob alias iuris communis regulas, videlicet donationem non reuocari ob liberos postea natos. Nam donatio, inquit, perfecta non debet reuocari ex superuenienti casu, nec reperitur tacita conditio futurorum liberorū à iure subintellecta. Et licet deficiat voluntas post donationem, tardè venere dubit. cum facta sit donatio irreuocabilis, nec dependeat reuocatio à sui nuda voluntate. Et respondet ad not. in authen. ex causa. C. de lib. præter. & in

Et ob id nō extendenda est.

l. filio. ff. de iniust. testamen. & quædam alia, quæ antè allegauerat pro diuersa sententia. Nam ea, inquit, loquuntur in vltimis voluntatibus, in quibus voluntas est ambulatoria, non sic in actibus inter viuos.

27 Si igitur l. nostra est exorbitans, consequens est eam esse restringendam, & non extendendam, lius singulare, & l. quod vero contra. ff. de legi. & l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & c. quæ à iure communi, extra de reg. iur. lib. 6. cum si. Nec rum quidem, cum subest eadem ratio, ex sententia glo. in c. in fidei. in verbo, inquisitionis, de hæred. lib. 6. & est optimus tex. in c. cōstitutionem, & ibi gl. in verbo, prorogamus, de regula. lib. 6. præsertim cum sit latæ sententiæ, vt dicemus inferius in verbo, reuertatur, in prin. Ideoque omnino extendenda nō est, secundum ea quæ dicemus in eodem verbo, in 6. discrimine latæ & ferendæ sententiæ.

28 Idque maximè vbi agitur de extensione vnus personæ ad alias non expressas: quandoquidem vbi aliàs sit extensio ex verisimili & præsumpta mente contrahentis, aut aliter disponentis, secundum no. in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & in l. vlt. C. de instit. & substit. & in l. Titius §. Lucius. ff. de lib. & posthu. cum si. tamen hoc non procedit in extensione vnus personæ ad alias, sed vnus tantum casus ad alium, vt voluit Raph. Com. in l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. Franc. Aret. & las. in l. Gallus. §. & quid si tantum, vterque col. 5. ff. de libe. & posthu. las. in l. cum res. ff. de leg. 1. & consi. 220. testator fecit, col. 4. versic. sed istis non obstantibus, lib. 2. & consi. 228. testator tres filios, col. 2. versic. sed præmissis non ob. eod. lib. 2. & consi. 29. dominus Nicolinus, col. 3. versic. tertio & fortius, lib. 3. & consi. seq. testator Ioanni, col. pen. versic. quinto pro ista parte. & cōf. 66. nobilis miles, col. 9. versic. tertio prin. cipaliter, eo. lib. 3. Phil. Dec. cōf. 211. subtilis est casus, col. pe. & cōf. 218. in casu ad me trāmissio, col. 3. versic. & ex his cōprobatur. & consi. 273. in casu proposito, in si. col. pen. & consi. 288. in ciuitate, col. 3. versic. secundò propius. & consi. 291. visis, col. 4. versic. secundo præmitto. & consi. 314. pro resolutione, col. 2. & consi. 377. visis & diligenter consideratis, col. 2. versic. quia ad hoc respondetur. & consi. 394. pro vera resolutione, col. 4. versic. sexto & vltimò. & consi. 465. perferuntis, nu. 1. & Hipp. Marti. sing. 499. licet dispositio. & nouissimè And. Alciat. omnium legum interpretum elegantissimus, lib. 3. de verbo. signifi. col. 3. & Auto. Rub. consi. 31. præsupponitur in facto, col. 2. in si.

29 Qui quidem omnes hanc doctrinam depro-munt ex l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. ture. vbi testator dans tutorem filiis suis, non intelligitur dedisse ei filio quæ ignoraret se habere, vel crederet decepsisse: quanquam verisimile est, si sciisset illum se habere, non minus ei voluisse de tutore providere, quam ceteris. Cuius tex. & aliorum autoritate subnixus Accursus in d. l. Titius, in prin. in verbo, oportet, ante fin. ff. de lib. & posthu. tradit generalem institutionem filiorum non trahi ad filium quem testator ignorabat se habere, licet omnium eadem esset ratio; eademque affectio, eademque omnino omnium verisimilitudo, per l. 3. C. de inoff. testam. Quam glo. sequuntur Dy. Old. Nicol. Neap. Alb. Ang. Raph. Co. in d. l. Titius. Dy. Cyn. Iac. Aret. Alb. & Bart. in d. §. si quis cum ignoraret. Cyn. in l. si pater, in 3. q. C. de hæred. instit. Bald. & Alexand. in l. sicut certi. Cod. de testa. milit. Franc. Aret. in d. §. & quid si tantum, col. 5. Et huc respiciunt eiusmodi extensionem personarum improbantia, quæ scripsit Oldra. consi. 21. thema tale est, testator. lo. And. in addit. Spec. tit. de testa. §. vlt. in vlt. q. inci. quinta quæstio talis est. Pau. Cast. in

Maximè de extensione vnus persona ad alias non expressas.

Confirmatio eiusdem. Generalis institutio filiorum nō trahitur ad filium quem testator ignorat.

l. ex facto. §. pe. ff. ad Treb. & confi. 97. ne impropiis vtamur vocabulis, lib. 2. & tex. in l. si pater filium, & ibi lmo. Alexand. & alij recentiores, ff. de vulga. & pupil. sublit.

Favorabilia contra- hantur de vna perso- na ad alia.

30 Ex quo illud fit, quod si etiam hæc l. esset fauorabilis, & ita extendenda, de quo postea dicemus, non tamen de vna persona ad aliam, sed tantum de vno casu ad alium, vt expressè in specie huius l. nostræ videtur voluisse, aliud tamen agens, Fran. Aret. in d. l. Titius. ff. de lib. & posthu. & Soc. d. confi. 93. col. 4. lib. 4. Ideo cum ea nuncupatim loquatur de patrono & liberto, non debet trahi ad alias personas.

Maior est ratio reuo- canda dona- rionis liber- to quam extraneo.

31 Tum postremò, quoniam multo maior est ratio reuocandæ donationis factæ liberto, quàm extraneo, præsertim propter liberos patroni. Libertus enim à domino accepit summum beneficium, vt scribit Tullius in 3. in Verrem actione, hoc est libertatem, rem certè inestimabilem. Libertas. ff. de reg. iur. cum si ad quam ab eo euectus est, manentque adhuc, quædam vestigia prioris seruitutis. l. vnus. §. seruus. ff. de q. & l. seruus. C. eod. Ob idque debet patrono, & ipsius vxori, liberis, & hæredibus etiam extraneis honorem, obsequia, reuerentiam, operas, alimenta, & alia id genus plurima. l. 1. & 2. C. de in ius voc. & l. officio. C. de nego. gest. & l. etiam libertis, & l. libertos. C. de obseq. patr. præst. & ff. eo. ferme per totum, & ff. C. de oper. libe. etiam per totum, & l. 1. in prin. ff. de offi. præfec. vrb. & l. si quis à liberis. §. solent, & alii seq. vsque ad fi. l. ff. de libe. agnos. cum si etiam si liberi sint emancipati, hæreditateque paterna abstineant. l. filij. ff. de iure patr. & l. si operarum. ff. de ope. libe. Vide tamen l. cum patronus. §. cum libertus. eo. tit. Sed quod amplius est, eadem prope priuignis patroni debent, l. neque. C. de obseq. patro. præst. Nectantùm viuus patronis, sed & mortuus quoque reuerentiam & honorem exhibere tenentur. l. apud Celsum. §. aduersus, in duobus locis. ff. de dol. mal. except. Et hæc quidem omnia, etiã si pactioe data manumissus sit, l. etiam qui. C. eo. licet in contrarium videtur in l. si quis à liberis. §. si quis à liberti liberto. ff. de lib. agno. Nec potest patronum ac ipsius hæredes accusare, l. vlt. C. qui accus. non pos. cum si. Nec aduersus eos testificari. l. lege Iulia. ff. de legib. Ac ne quidem contra hæredes extraneos, glo. in l. libertorum. C. de testib. & Saly. in d. l. lege Iulia. ff. eo. tit. Nec potest patronum in adulterio vxoris deprehensum occidere, quem aliàs potuisset. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. Ex quo no. Dy. Albe. & Ange. quod non etiam potest patronum bannitum ex statuto interimere, quod & idem dicit ipse Alber. in 4. parte statutorum q. 6. item quod si ex statuto. & iterum q. 27. item supposito. & Gaudi. in tract. maleficiozum, in rubric. de bannit. & malefic. vers. continetur in statuto. Potestque in seruitutem ob ingratitudinem reuocari. l. alimenta. §. 1. ff. de libe. agno. cum si. Etiam minor. l. non solum. iuncta glo. vlt. & ibi Bald. in omnibus lect. ff. de in integ. restit. Imò etiam pupillus proximus tamen pubertati, gl. in l. si arrogati, in verbo, redigatur. ff. de tut. Etiamque de iure cano. c. de famulis, extr. de ser. non ordi. Idque etiam propter leuem. l. 2. C. de lib. & eorum lib. & no. glo. in §. illud verò, in verbo, restituiamus, in authen. vt liber. de cat. quæ declarat quomodo id intelligatur. & glo. in c. octaua. 12. q. 2. & Inno. in c. de famulis, extr. de ser. non ord. & Ioan. Fab. in l. 1. C. de ingra. liber. Quod primum apud Romanos Claudius Cæsar sanxit, vt Suetonius tradit, aut Nero, vt Tacitus scribit lib. 13. Nam apud Athenienses multis antè seculis idem obseruabatur. De qua re Valerius Maximus libro rerum memorabilium 2. c. 1. hæc elegantissimè, vt cætera omnia, descripsit.

Liberti ob ingratitudinem reuocantur in seruitutem.

Age, quid illud institutum Athenarum, quàm memorabile, quod conuictus à patrono libertus ingratus iure libertatis exiit: Superfedeo te, inquit, habere ciuem tãti muneris impium æstimarorem, nec adduci possum, vt credam vrbi vtilem; quem domi scelestum cernam. Abi igitur, & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. De quo aliquid, sed pertransennam audiuerat Bal. qui in l. 1. C. de ingrat. liber. scribit, quod quidam Græcus Philosophus, qui primitus introduxit reuocationem in seruitutem, sic ait, Esto seruus, quia liber esse nescisti. quem ad verbum nullo addito refert Iason in l. ex hoc iure, in 2. effectu obligationis antidoralis. ff. de iustit. & iur. vt ex hoc possis intelligere Iason. non tam humanitatis scientem fuisse, quàm multi opinantur. Nec solum liberti reuocantur in seruitutem propter ingratitudinẽ, sed & libertorũ filij, l. vlt. C. de liber. & eorum libe. Idque tam patre viuo quàm mortuo, ex sententia glo. & Ang. ibi. & Inno. in d. c. de famulis, in fi. extra de ser. non ordi. Sed & non tantum à patronis reuocantur liberti in seruitutem, sed ab eorum liberis, & hæredibus. l. liberti, eo. tit. & l. qui manumittuntur. C. de ope. libe. Etiam si patronus damnatus fuerit. l. etiam liberis. C. de obseq. patr. præst. Imò verò etiam si patronus pro eo beneficium pecuniam acceperit. l. Titius puerum. ff. de obseq. à libe. præst. quem tex. ad hoc expendit Paul. Cast. in l. digna vox, post medium. C. de legi. & Roma. qui eum dicit aureum. Rom. sing. 459. an dux Mediolani. & Soc. consil. 4. super q. col. 5. vers. postremò multum clarè, lib. 3. & Catel. qui præterea illum dicit singularem in memor. incip. ingrati- tudo. & rursus in memor. incip. exemptus. Quamquam in diuersum virget text. in l. 1. C. de libe. & eorum liber. & apertius in l. si tuis, C. de ope. libe. de quibus nihil dicunt Rom. Paul. Soc. & Catel. Sed & denique id procedit, etiam si patronus omnè ius liberti remiserit. poterit enim nihilominus libertus ob ingratitudinem reuocari in seruitutem. l. 2. & 3. eademque vltim. C. de bon. liber. & in d. §. illud verò, & ibi glo. in verbo, restituiamus, in authen. vt lib. de cætero. Nectantùm libertus ipse, sed & eius filius adeo ingenuus (vsque adeo sunt liberti & eorum liberi patronis obnoxij) in seruitutem ex ingratitudine reduciuntur. l. vltim. C. de lib. & eorum lib. & §. si verò decretum, iuncta glo. in verbo, filios, in authen. de nupt. vbi & id no. Ang. Leuifque correctio datur patrono in libertum. l. prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur. Nec potest libertus aduersus patronum testificari. l. libertorum. C. de testa. Hæcque etiam procedunt, siue quis manumiserit sponte, siue necessitate. l. intestato. §. 1. ff. de suis & legi. hæred.

Donatio facta liberto ex leui causa facta liberto reuocatur etiam ex leui causa.

32 Proinde videmus etiam aliàs facilius reuocari quæ patronus in libertum contulit, vt patet ex l. 1. C. hoc eo. tit. de reuo. don. vbi non solum donatio facta liberto reuocatur etiam ex leui causa, videlicet ex sola negligentia præstandi obsequij: sed & id quoque, quod ex pecunia donata nomine liberti emptum est. In qua re duo sunt specialia, quæ vocamus: vnum, quod ex sola negligentia reuocatur donatio, cum aliàs non negligentia ipsa, non alia leuis causa donationẽ reuocet, sed grauis tantum, nec ea tamen omnis, sed quinque tantum, quæ adscribuntur in l. vltim. infra eo. tit. Alterum, quod patronus vendicat rem quam libertus suo nomine emit ex pecunia à patrono donata, cum aliàs res empta ex pecunia donata non reuocetur. l. qui vas, in fi. ff. de furt. quod mirabile dicit Azo in summa, hoc eod. tit. post princip. & Hostien. in summa, tit. de don. §. qualiter reuocetur, vers. si patronus. & Gof. etiam in summa eo. tit. paulò ante fi. Idque dicunt specialiter in patrono & liberto glo. Bald. & alij in d. l. 1. Sed & alibi

Speciale in patrono & liberto.

Valerij Ad extremum

& alibi quoque non tantum habet roboris & virium, quod in libertos nostros contulimus, quàm quod in extraneos. l. Titio centum, §. Titio ceterum, l. 2. ff. de cond. & demon. & l. fratres, C. de inoffic. testa. & l. datum. C. de legat.

Donatio in officio reuocatur ad filios vsque ad legitimam.

33 Ex quo etiam fit quod donatio inofficiosa facta à patre, reuocatur à filio vsque ad legitimam tantum. l. 1. & ibi no. C. de reuo. dona. sed facta à liberto, reuocatur à patrono integrè l. si libertus, in fi. ff. si quis in frau. patro. quia vt dicit Fran. Aret. in dicit. l. 1. durius agitur cum liberto propter reliquias præcedentis seruitutis. Et facit etiam quod libertus facilius præsumitur donare patrono, aut per consensum remittere scilicet consentiendo alienationem rei suæ patrono, quam extraneus, vt dicit Bar. in l. si fundum per fideicommissum, col. 1. ff. de leg. 2. iuncta d. l. si fundum. facit item quod aliàs facilius debent liberti cedere filiis patronorum, in iis quæ ab ipsis obtinuerunt, quàm extraneis, vt satis declarat tex. in l. Pamphilo, in prin. ff. de leg. 3. ibi, sententiam defuncti à liberto decipi satis inhumanum est, iunctis præcedentibus, & sequentibus. Et magis deberet hæreditas liberti patrono quàm legitimis hæredibus. l. legitimus. §. 1. & ibi Bal. expressè. ff. de legi. tuto. & l. non vsque adeo. ff. si quis à paren. manumissus fuer. Imò etiam quàm filiis. Bal. in l. quã diu, quæ est 3. in fin. ff. de acq. hæred. per d. l. non vsque adeo, & l. vlt. ff. si quid in frau. patr.

Secus si facta sit à liberto.

Plus iuris habet patronus in libertum, quam pater in filium.

34 Adde ad hanc postremam rationem, tantum iuris habere patronum in libertum, vt multò maius id sit, quàm quod habet pater in filium, vt voluerunt Petr. à Bel. & Io. Fab. in §. seruitus. In sti. de iure perso. quod & hinc videre licet, quod patronus libertum, qui se vendidit eo ignorante, potest reuocare, l. 4. ff. de lib. cau. non autem pater filium, vt voluit glo. in d. §. seruitus. Item potest patronus à liberto alienata in fraudem ipsius reuocare, non sic pater alienata à filio, vt de vtroque est text. in l. 2. ff. si à parent. quis manu. sue. cuius hoc initium est, nõ vsque adeo ex æquandus est patrono parens, vt & c. ex quibus verbis planum est, quod ex Petr. & Fab. diximus, non tantum esse patris in filium potestatem, quantam patroni in libertum. Ex quo & illud confestim assumitur, donationem liberto factam à patrono, non tam firmis subniti radicibus, quàm quæ fit extraneo, eamque facilius reuocari, cum & donatio facta à patre filio possit liberè reuocari, nec nisi morte confirmetur, l. donationes quas patres. C. de donat. inter vir. & vxor. Ideo & ea quæ liberto fit à patrono faciliè etiam reuocari debet.

Hæc lex lo cum non habet in extraneo.

Argumentum à contrario sensu.

35 Hæc igitur rationes non leuiter stabilunt quod in prin. huius gl. diximus, hanc l. procedere tantum in donatione, quam facit patronus liberto, vt intererim prætermittam aliam rationem notissimam quidem illam, sed non inefficacem: quia cum l. nostra loquatur expressim de huiusmodi donatione, quæ facta est liberto, censetur diuersum intelligere & statuere in alia donatione, argumento illo à contrario sensu in iure fortissimo, l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Præsertim cum ita argumentando redimus ad ius commune, quod statuit donationes suapte natura fore perpetuas & irreuocabiles, vt supra diximus. Ideoque faciliè amplexanda est hæc argumentatio atque interpretatio, quæ nos ad illud ius commune reducit, & ad eò ad regulam propriamque donationum naturam, ar. l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. & c. ab exordio. 25. di. & quod voluit gl. in c. statutum, in verbo, numerandum, de præb. lib. 6. & Bar. in l. omnes populi, in 3. q. quarta partis principalis, vers. iuxta prædicta. ff. de iustit. & iur. cum multis similibus aggregatis per Fel. in c. omnes, col. 4. vers. sed fortè in casu isto, & multis seq. extr. de conslit. & in c. cum ac-

cessissent, col. 4. vers. hanc declarationem, eo. tit. & quæ nos etiam congesimus in nostro tractatu primogenituræ, in 24. q. principali. num. 5. & id præsertim, & 3. seq.

Hæc lex non possit in hac l. facti contingentiam, vt nostri loquantur, aut exemplum aliquod proponi, nec in donatio enim ea decidit tanquam casum aut speciem aliquam relatum, sed veluti regulam in donatione patroni constituit, non verò exemplum aliquod.

36 Et hæc quidem maximè obtinent, quando dici non possit in hac l. facti contingentiam, vt nostri loquantur, aut exemplum aliquod proponi, nec in donatio enim ea decidit tanquam casum aut speciem aliquam relatum, sed veluti regulam in donatione patroni constituit, non verò exemplum aliquod. Vidènt his verbis regulam legem statui in ea donatione quam fecit antea, aut postea facturus est patronus liberto: nec illic exemplum aliquod proponi, non magis, quidem, quàm cum ira in l. statuitur. Si quæ vnquam loca ad factum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, secundum veteris sensus fidem in sua iura retrahantur. hæc enim sunt verba l. vlt. C. ne rei domi. Vcl cum ita etiam dicitur, Si quando vsus exegerit vel porticus vel quilibet ædes ætatis senio seu fortuitis concussas casibus reparare liceat & c. nam & ita quoque scribitur in l. si quando. C. de ope. public. suntque sexcentæ aliæ eius formæ leges, & in C. & in ff. & propè frequentiores, quàm aliæ nullæ, quibus apertè cognoscitur nullum exemplum ad eas sancendas fuisse relatum. Nec enim ex contingentia facti obligasse videri debet, quod conditionaliter profertur, vt de alio casu loquens asserit Philip. Dec. in addit. l. posthumo, col. eiusdem addi. 2. C. de bon. poss. contr. tab. ex no. Bal. in auth. matri & auic, col. 1. C. quan. mul. tutel. offic.

Exemplum facti contingentia non ius facit, nec regulam restringit, nec ex ea licet argumentum sumere, vt multis placuisse video, & inter cæteros gl. in c. auditis, in verbo, ex post facto, extr. de elec. & in c. abbate sanè. §. sed & ad hæc, in verbo, in iudicio, in fi. & ibi Domi. etiam in fi. de re iud. lib. 6. & subobscure gl. in l. 1. in 3. lect. C. quan. non per. par. & ibi Iaf. & Phil. Dec. qui adducunt multas concor. ille col. 1. versic. & propterea tñ iuuenis hic colum. 4. versic. in eadem glo. ibi, idem tamen. & est optimus text. in l. damni, la 2. §. vlt. de dam. infec. & in l. 1. §. quod vlt. de vi & vi ar. & in l. fine. §. qui non iuste. ff. de excu. tut. & in c. 1. & ibi gl. 1. extr. ne cleri. vel monac. & in c. si papa, in fi. de priui. lib. 6.

37 Hæc autem diximus, quoniam exemplum aut facti contingentia non ius facit, nec regulam restringit, nec ex ea licet argumentum sumere, vt multis placuisse video, & inter cæteros gl. in c. auditis, in verbo, ex post facto, extr. de elec. & in c. abbate sanè. §. sed & ad hæc, in verbo, in iudicio, in fi. & ibi Domi. etiam in fi. de re iud. lib. 6. & subobscure gl. in l. 1. in 3. lect. C. quan. non per. par. & ibi Iaf. & Phil. Dec. qui adducunt multas concor. ille col. 1. versic. & propterea tñ iuuenis hic colum. 4. versic. in eadem glo. ibi, idem tamen. & est optimus text. in l. damni, la 2. §. vlt. de dam. infec. & in l. 1. §. quod vlt. de vi & vi ar. & in l. fine. §. qui non iuste. ff. de excu. tut. & in c. 1. & ibi gl. 1. extr. ne cleri. vel monac. & in c. si papa, in fi. de priui. lib. 6.

Confirmatio eiusdè.

38 Imò verò, vt ad l. nostrã redeamus, & si exemplum tale fuisset ad imperatorem relatum, quis tamen dubitat imperatorem ipsum, si id generaliter intellexisset in omni donatione, nedum in ea quæ fit libertis à patrono, id ipsum nuncupatim statuisse, præsertim cum non mediocrem scrupulum nobis interiecisset verius quàm reliquisset, vtrũ id generaliter esset intelligendum, ideò que ipsa manca fuisset & mutila, quod minimè dicendum est, l. 1. C. de his quibus vt indig. aur certè nimium ambigua, contra l. communium, in princ. C. de natu. lib. & l. vlt. C. de indi. viduit. & c. vlt. & ibi Bald. col. vlt. extr. de consti. & c. abbate, extra de verbo. signi. in fi. c. erit autem lex. 4. dist. nihil enim magis proprium est legis, quàm claritas. §. 1. vers. nos omnia igitur, in authen. de rest. imper.

Exemplum exemplo aut specie proposita, vt hic manifestè facti si quod exemplum fuit propositum, tunc etiam ius constituit.

39 Porro & quando legislator omnino innititur exemplo aut specie proposita, vt hic manifestè facti si quod exemplum fuit propositum, tunc etiam ius constituit. Ita voluit Imol. in c. cum apostolica, in verbo datur intelligi, extra de his quæ fi. à præl. sine conf. cap. & Alex. in l. 1. in princ. col. 12. vers. tertio fallit, in fi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Iason & Philip. Dec. in

Dec. in d. l. i. C. quan. non pet. par. & idem, & Iaf. in l. qui Romae. §. Callimachus. col. 4. vers. item aduer. ff. de verbo. oblig. & Phil. Dec. in c. 2. col. 2. vers. fic. fatetur tamen Ab. ext. de off. dele. Vt interim omit. tam, quod semper exempla etsi non restringant regulam, tamen declarant in quibus casibus loquatur, ex gloss. not. quae ad hoc solet allegari, in c. quod Dei timorem, ext. de stat. mo. & vt dicit Bald. conf. 357. nulla mulier se nubat, col. pe. ver. sed quid est si ista, lib. 1. exempla sicut digitus rem ostendit, & tactui quodammodo subiiciunt, per l. i. ff. de prescrip. verb. & §. sed cum magis, Insti. de grad.

Comproba 40 Et hanc sanè sententiam, videlicet nostram hanc l. habere locum in ea donatione quam facit patronus liberto tantum, maxima autoritate affirmant gl. in c. vlt. 17. q. 4. & gl. in c. vlt. & ibi quoque Inn. & Host. de dona. & idē Host. in summa, eo. tit. §. qualiter reuocetur, vers. item reuocatur. Gof. etiam in summa ad fin. eo. quoque tit. Azo item in summa, hoc eod. tit. Guil. Cu. prout illum referunt Bart. & alij in l. i. C. de inof. dona. Cy. qui illum ibi sequitur, in l. q. ad fi. & ibi quoque Io. Fab. & Saly. qui tamen dicit quod consulendo non sequeretur, cum opinio communis sit in contrarium, & ibi item Raph. Fulg. Idem Cy. hic, dum se illuc remittit, & hic itē ante illum Pet. à bella Pert. loquens tamen sub dubio fortē. & Io. Fab. etiam hic, atque Bal. in duobus locis, primum quidem in summario, & iterum in casus positione, & Raph. Fulg. etiam hic, & ipse Bal. & in l. si totas, ad fin. & ibi quoque ante eum Pet. à bella Pert. C. de inof. dona. & idem Bald. in l. cum acutissimi, col. 1. C. de fideicom. & clanculum in l. i. col. 1. in 3. C. si in fraud. patr. & apertius in auth. ex causa, col. 3. ver. item non ob. & ibi quoque Imo. C. de lib. praed. item Imol. in l. filio preterito, col. 1. vers. item non obstat quod habetur. ff. de iniust. rest. Pet. lac. in sua pract. tit. de condi. ex lege pro re dona. cōp. col. vlti. vbi tamen dicit credere se, quod alia op. seruaretur in iudicijs. Archiep. Embrun. in sua summa, tit. de donat. §. qualiter reuocetur, vers. itē reuocatur tota donatio. Raph. Fulg. in l. fratres, per illum tex. C. de inof. rest. & conf. 65. hoc capite, Titius coniugem non habens, col. 2. vers. ad argumēta. Monald. in sua summa, tit. quib. cau. dona. reuoc. vers. 1. & 2. & Card. Alex. in cap. naturales, col. 2. ver. quare pater nō habet nisi filium, tit. si de feud. fuer. cōt. int. domi. & ag. & ante eos quisquis, est qui interpretationes legib. Codicis Theodosiani subiunxit. Ita enim hanc l. ad verbum interpretatur: Si quis filios non habens, bona sua vel partem bonorum libertis donauerit, si is qui donauit, filios postea habuerit, donationes libertis facta ad integrum vacuantur. Et etiā Anianus, aut quisquis is fuit, qui Alarici regis iussu ipsius Theodosiani Codicis leges in epitomen coegit, cuius in hanc l. haec verba sunt: Si patronus filios non habens, aliquid libertis dederit, & postea susceperit liberos: quicquid largitus fuerit, reuertatur in eiusdem donatoris arbitriū. Et hanc opi. de iure esse veriorē asserunt Cor. conf. 4. dubia sanè mihi, col. 3. lib. item 3. & Soc. consil. 53. viso instrumento, col. 2. vers. his tamen nō obstantibus, lib. 4. Quamuis tamen dicant, quod eam iudicando aut consulēdo non sequerentur, cum opi. communis sit in contrarium.

Contraria 41 Contrarium enim, videlicet hanc l. procedere & in donatione facta alteri quam liberto, voluerit expressè Accur. Bar. qui ita dicit se obtinuisse, Bal. sibi contrarius in 2. lect. in 2. locis, Saly. etiam sibi contrarius, & Ang. hic. Dy. quem retulit Cy. in d. l. i. & ibi quoque Bar. col. 2. & Ang. & Pau. Cast. C. de inof. donat. idem Dy. Bar. Bal. & Imo. sibi etiam contrarius in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. Arch. in c. vlt. 17. q. 4. Io. And. in d. c. vlt. col. 2. & ibi etiam

Lex Codicis Theodosiani.

Contraria sententia auctores.

Collect. nō semel. Io. Calde. in repe. col. 1. & 2. Imo. item non semel. scilicet col. 2. vers. in ea. gl. ibi in rotum, & alibi saepe, & Pan. & Barb. extr. de dona. Bar. in d. l. si totas. C. de inof. dona. Iac. Bel. & Ang. in auth. de immens. dona. Pau. Cast. conf. 434. incip. respondeo per ordinem, in vlt. dubio. lib. 1. Io. Plat. in §. 1. in fi. Insti. de dona. Corn. in d. auth. ex causa, col. 9. vers. nec obstat d. l. & cōsi. 15. ex quo dicitur Fran. col. 5. vers. tamen sunt extendenda, lib. 1. & cōsi. 195. in hac consultatione, col. 6. vers. nec obstat d. l. eod. lib. 2. & cōsi. 158. pro decisione, col. 8. vers. item donatio, lib. 2. & consil. 11. in praesenti consultatione, col. vlt. lib. 3. vbi & hanc dicit esse communem opi. consil. 225. antequam aggrediar, col. 5. vers. non obstat. d. l. si vnquam, col. 3. Franc. Arret. in l. Titius, in princ. col. 3. ff. de liber. & posthum. & consil. 24. quatuor dubia, in primo dubio, Socin. consil. 47. vlt. facti contingentia, in 3. dubio, lib. 1. & consil. 93. testamentum praemissum, col. 4. vers. & ad primam rationem, lib. 4. Guid. Pap. consil. 156. in quadā causa, col. 1. vbi & ita dicit tenuisse Pet. Heliç in repret. huius l. ex qua & illum alibi saepe aduocat, sed ea non reperitur. Caro. Ruin. consil. 140. circa casum, col. 3. nu. 5. lib. 4. & Steph. Bertr. consil. 259. ad harendo, lib. 1. & idē denique tenent vel expressè vel tacitè omnes quotquot de hac l. locuti sunt, nisi ij quos prioriori sententia citauimus, & alij fortē pauci, si qui sunt, neque enim omnes legimus, nec si legissemus, recordaremur.

42 Mouentur qui hanc posteriorem opi. sequuntur, hac potissimum ratione, quod huius l. ratio est illa praesumpta ac verisimilis voluntas donantis, qui scilicet verisimiliter non donauisset, si liberos habuisset, aut habiturum se cogitasset. Ideoque sub hac conditione donauisset videretur, si liberos non susceperet, per l. cum auus. ff. de cōd. & demon. cum si allegatis supra in princ. l. Quae ratio obtinet non solum in donationibus quas patroni faciunt libertis, sed & in alijs quoque. Et huc, inquirunt, spectant duo tex. videlicet in l. si totas. C. de inof. don. & in c. vlt. 17. q. 4. qui quidem loquentes de hac reuocatione donationis ex liberis postea susceptis, nullum de patronis aut libertis verbum faciunt, imò ille nuncupatim de donatione facta filio ipsius donatoris loquitur, hic autem ecclesia.

43 Nec obstat quod voluntas vnus tantum non expressa non attenditur, quia illud procedit, si non sit alia legis prouisio, vt in casu l. nostra, & d. l. si totas, & d. l. vlt. quarum basis est verisimilis illa mens donantis, & quae ob eam subintelligunt tacitam illam conditionem, vltimūque procedunt disponendo. Nam & aliās volūtas tacita siue in corde retenta, si à iure sit praesumpta, atque operatur ac expressa, vt dicit Bald. in l. i. §. si is qui. ff. de exer. act. ita intelligens tex. ibi cum glo. & l. 2. ff. ad munic. Vel potest etiam dici, quod illud procedit in contrarijs & alijs actibus, qui aequè ex volūate duorum proficiuntur. At donatio maxima ex parte dependet ex voluntate donantis, vt quae absenti & ignorantia fieri potest, nec ambigi. C. de dona. & c. si tibi absenti, de praeb. lib. 6. Ideo non debet mirum videri, si voluntas illius tantum tacita satis sit, ex doctrina Bar. & aliorum, in l. cum quid, ff. si cert. per. & in l. quicquid astringenda. ff. de verb. oblig. Nam quod de testamento dictum est, quod dependet ex voluntate vnus testatoris, cuius tamen voluntas non sufficit sine dispositione, potest negari id verum esse, per tex. in l. si quis ita, §. non solum, ibi, & quidem nuda voluntate. ff. de adi. lega. & expressè voluit Bar. in d. locis nuper allegatis, & Pau. Cast. conf. 364. videretur dicendum pro matre, lib. 2. Aut si verum est, id certè alia ratione obtinet, quod videlicet & ipsum testamentum fieri non potest ex sola volun

Ratio in eisdem.

Responso ad contraria argumenta.

Vbi lex exprimit tacitè ali quid agi inter contrahentes, pro expresso habendū est.

Responso ad contraria.

Confirmatio eiusdē.

Vbi est eadem ratio, nō dicitur expresso, sed proprius intellectus.

voluntate etiam expressa, nisi ad actum ipsum dispositionis, & eius quidem solennis, processum sit, per tex. in §. ex eo autem, Insti. quib. mod. testa. in fir. & quae diximus supra, nu. 20. inci. quin & si. & dicemus infra in verbo, susceperit liberos nu. 220. incip. contrarium tamen in casu. Donatio autem solo donantis consensu & voluntate perficitur citra instrumentum aut aliam quamuis solennitatem. Vel denique dici potest, quod hic sit voluntas & praesumpta mens vtriusque, & donantis & donatarij, quam lex fingit interuenisse, vt nuncupatim dicit Imo. in c. cum contingat, char. vlt. vers. attende tamen quia dicit, extra de iureiur. & Pau. Ca. cōsi. 435. super hoc puncto, in prin. & iterum col. 2. lib. 2. Nam & debuit etiam donatarius cogitare, quod donans non ita donasset si de liberis cogitasset. Ideoq; haec vtriusque mens praesumpta habetur pro expressa. l. i. §. vlt. ff. de cond. inde. & l. triticum. ff. de verb. oblig. Nam & vbi lex exprimit aliquid tacitè agi inter contrahentes, id pro expresso habetur, etiam si in mente fuerit retentū. d. l. cum quid. ff. si cer. per. & glo. in c. quemadmodum, in verbo, conditio, ext. de iureiur. 44 Nec verum est, quod dictum est, legem exorbitantem non debere trahi ad alium casum ex eadem ratione, quia contrarium simpliciter tenuit Bar. in l. si cōstante, in 9. q. prime partis. ff. sol. mar. cū concordat. ibi adductis per Alex. col. 4. vers. item inquantū, Bar. & per Barb. in c. iurauit, extra de prob. & Cor. consil. 243. in hac consultatione, ante fil. lib. 4. & Fely. in c. quoniam frequenter, in prin. extr. vt lit. non contest. & Phil. Dec. in c. cum dilecta, in 5. not. extr. de confir. vti. vel inutil. & latè etiam And. Alcia. lib. 2. de verb. signi. char. 9. quo loco differit de limitatoria dispositione.

45 Quorum sententia ex eo pulchrè cōfirmatur, quod voluerunt Pet. & Cy. in liura non singula. ff. de legi. quod quando in pluribus casibus eadem est ratio, tunc ea ipsa decidit omnes illos casus, nō quidem per extensionem. Imò sicut genus comprehendit species, l. semper generalibus. ff. de reg. iur. sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium. Sed quando rationes sunt specie differentes, similes tamen, tunc est extēsis, id est quaedam progressio de termino ad terminum per adaequatōnem suae paritate. quod & idem voluerunt ipsi Pet. & Cy. in l. quod verò, eo. tit. & ibi quoque Bald. qui id dicit frequenter allegari in practica, quod vbi est eadem ratio, non dicitur extēsis, sed proprius intellectus l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. sig. vbi verbum ex legibus, sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis. & rursum idem Bal. in auth. post fratres, fratrumque filios. C. de legi. hære. vbi dicit quod ratio debet attendi tantquam virtus intrinseca legis, & tāquam genus praedicans de suis singulis speciebus, & in l. data opera col. 5. vers. quaedam est. C. qui accu. non pos. vbi dicit, quod illud tacitè videtur inesse, in quo eadem ratio reperitur, etiā in materia poenali, per l. his solis, ibi, satis tacitè cautū. C. hoc tit. de reuo. don. que verè loquitur in materia poenali, simul & exorbitatū, & per l. vlt. C. de indi. vidu. Subditq; quod vbi est eadē ratio, ibi non dicitur similitudo, sed eadem actioes, col. 2. C. eo. tit. vbi dicit quod tacitè cautū intelligitur, quando eadem ratio reperitur, per d. l. his solis, quod & idem dicit ipse Bal. consil. 433. domina Ioāna, paulò ante fil. lib. 3. & in c. quia V. ad fi. extr. de iudi. vbi dicit sing. tex. in ea l. his solis, & idē Bal. in rub. C. de naut. fenore, vbi dicit quod vbi est similis ratio, est idem statutum, per dict. l. his solis, solis, quam ad hoc dicit meliorem totius iuris & idem Bal. in l. per diuersas, col. 1. in fin. C. de mand. vbi per illum eundē tex. dicit non videri omissum,

quod eadem ratione concluditur. & in repet. l. de quibus, col. 12. vers. item nota quod non dicitur. ff. de legi. vbi dicit quod cum multa habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, videtur fieri exemplariter, non restrictiue, nec dicitur extendi constitutio, etiā odiosa, quando extenditur ex mente ipsius: quod perinde est ac si diceret, ex ratione. Nā ratio legis dicitur mens illius, secundū Dy. in c. vlt. ad fi. de reg. iur. lib. 6. Cy. in l. nō dubiū, in 1. q. C. de legib. & ibi clariū Bar. col. 3. & Bal. col. 4. per tex. in l. cū mulier, vbi etiā Bar. in prin. Alex. in 5. not. & alij. ff. sol. mar. idem Bal. in l. col. pen. in prin. eo. tit. vbi dicit de hoc esse meliorem tex. totius iuris, in l. scire oportet. §. aliud autem, vers. sed & si maximè, in illis verbis, mens legislatoris. ff. de exc. iur. vbi & hoc not. ipse Bal. cū alijs multis conxor. à me congestis in commentarijs nostrarum cōsuetudinum, tit. 9. §. 27. vers. neque id mirum. Sed vt redeamus ad principale propositum, iterum Bal. proferimus in l. omnes populi, col. 7. ver. tertio quero que sunt illa. ff. de iustit. & iur. vbi dicit, quod non videntur discrepare quae in ratione conueniunt: que ratio est conuincio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium. & rursum in eandem l. col. pen. vers. sic. secundò not. dicit, quod vbi est eadem, non proprie dicimus statutum extendi, quia tacitè inest, allegat glo. quae hoc idem dicit in c. i. in verbo, Italiae, de tempo. ord. li. 6. & quam ad hoc sing. Pan. in c. nihil, col. 5. vers. nec ob. si dicunt, ext. de elect. & Pet. Anc. & Alex. in l. curatoris. C. de neg. gest. Sed & huc spectat. quod scribit Bal. in l. tutela, in princ. per illum text. ff. de legi. tur. Ang. in l. 2. ff. de dona. quod id quod venit ex ratione legis, venit ex ipsa lege, non ex extensione. quae sententia est d. §. verbum ex legibus, & Pet. Anch. consil. 112. super lite domina, col. 1. Pau. Cast. consil. 441. pro declaratione, col. pe. li. i. & iterum consil. 84. praesens casus, col. 2. li. 2. vbi & illud subdit gl. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. loqui in casu diuersarum rationum, licet similitum. Nam fauor publicus, & fauor pius sunt diuersi specie, licet similes. Ideoq; quamuis l. vlt. eo. tit. quae loquitur de vtroque, corrigatur per d. auth. quas actiones, in hoc quod de pio & ecclesiastico statuerat, non propterea in hoc corrigatur, quod de publico dixerat, quia id esset extendere legem correctoriam ex simili ratione. Malè igitur, inquit, allegatur ea gl. quod ex identitate rationis nō extenditur lex correctoria, sed ita debet allegari, quod ex paritate vel similitudine rationis id fieri non debet. & Cor. consil. 90. scrupulosa, col. 2. in prin. li. 3. & Alex. consil. 75. videretur in praesenti, col. li. 5. & latè consil. 89. circa primum dubiū, col. 3. ver. istud etiam, & seq. li. 6. & Io. Frā. de Paninis in extrau. yas electionis, in verbo, prorogamus, per illum text. de censu. vbi & hoc dicit procedere in constitutione poenali. & Iaf. in l. à Titio, col. vlt. ff. de ver. oblig. & consil. 141. Christophorus, col. 6. vers. in primis ergo, li. 2. Phil. Dec. consil. 301. in causa quae Ferrariae agitatur, col. 2. & cōsi. 372. visis & diligenter declaratis, col. 3. & Hipp. Marfi. qui alios citat, cōsi. 61. post redditum, col. 2. li. 1. & Catel. Corra. in memor. incip. rationis idētitas, & ante hos gl. in c. i. in verbo, Italiae, de tempo. ord. li. 6. quae dicit quod vbi est eadem ratio, & penitus omnimodo similitudo, non proprie dicimus extendere, etiam in poenalijs.

Non videtur omisū quod eadē ratione concluditur. Ratio legis mens illius dicitur.

Ex paritate rationis non extenditur lex correctoria.

Ratio legis est potior ipsius pars.

46 Nec id quidem mirum est, quoniam ratio legis est ipsa lex, secundum Bal. in c. dilectus filius ab. ext. de rescrip. & consil. 467. de iure communi, in fi. li. 2. & Pan. in c. 2. col. pe. extr. de prob. & in c. 1. col. 5. ext. de re iudi. cum alijs multis si. à me congestis, in d. §. 27. vers. alibi autem dicit. Aut certè si non sit lex integra, est tamen potior illius pars, scilicet anima & spiritus legis, vt dicit Bald. consil. 275. quod pro regula,

regula, col. 3. vers. si autem ratio, lib. 2. & in l. si quis seruo, col. vlt. vers. ex his apparet. C. de furt. vbi dicit, quod sicut homo est ex anima & corpore, sic & lex ex mente siue ratione, & ex verbis. Verba autem tanquam corpus & superficiem esse, rationem vero vt animam & spiritum. & idē Bal. in l. vlt. in 15. quæstio. C. de hæred. inst. vbi dicit, quod viuatio est anima ipsius scripturæ. & rursus in c. 1. col. 4. scripturam item statuta, extr. de constit. vbi dicit quod virtus legis in substantia rationis consistit, quia mens legis idem est quod anima & spiritus ipsius scripturæ. nam scriptura sine mente nihil est. & idem propè post eum dicit Panor. in d. c. nihil, vbi supra citauimus. extr. de elect. & consi. r. facti contingentia, col. 3. vers. vlt. adduco, lib. 1. & consi. 75. primo est videndum, col. 4. co. li. 1. & idem voluit Pet. Anc. in repe. c. 1. in 5. q. principali, extr. de constit. Maria. Soc. consi. 30. quamuis, col. 3. ad fi. & consi. 35. circa prædictam consultationem, col. 2. & Barthol. eius filium. consi. 241. circa primam difficultatem, col. 12. vers. præterea & tertio. & Fran. Curt. senior consi. 9. Ticinensi statuto, col. 8. vers. quia verba statutorum. & iterum consi. 45. statuto, seu consuetudine, col. 6. vers. quia mens & ratio. & consi. 52. super testamentis, col. 8. vers. & ideo ne excludantur.

47 Ex quibus & illud confestim sequitur, potius esse inspiciendam mentem siue rationē legis, quam verba ipsius, vt planè ac perspicue ostendit tex. in d. l. scire. §. aliud. ff. de excus. tur. cuius hæc verba sunt, Sed & si maximè verba legis hunc habent intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult. & in l. 3. §. conditio. ff. de adi. leg. vbi scribitur, sed melius est sensum magis quam verba amplecti. & ibi cōcord. in gl. & in l. pen. ff. ad exhib. vbi eleganter scribitur, nō oportere ius ciuile calumniari, neque verba ius captari, sed qua mente quid dicatur, animaduertere conuenire. & in l. credendum. ff. qui petant tut. ibi, incidit in constitutionis verba, sed ex sententia excusatur. & in l. 2. §. si mater, vers. quid si curatores. ff. ad S. C. Tertul. ibi, verba rescripti deficient, sed dicendum est eandem esse rationē. Et rursus in ver. quid ergo si non fuerint l. eiusdem, ibi, puto licet verba deficient, sententiam constitutionis locū habere. & in l. sed sciendum. ff. ad legē Pompe. de par. ric. vbi ita scribitur. Sed & nouerit & sponse omiffæ sunt, sententia tamen legis continentur. Et in l. si quis adulterium. §. 1. ff. de adult. cum dicitur, ex sententia legis tenetur, quāuis verbis non continetur & in l. nihil, ibi, verbis quidem legis non liberatur, eo. tit. Et in l. diuus. §. item senatus. ff. ad leg. Corne. de fals. vbi ita scribitur, diuus Pius ita rescripsit, sententiam magis sequendam esse huius senatusconsulti, quam scripturam. Et in l. impuberem. §. qui liberti. ff. eod. tit. vbi hæc verba adscribuntur, Qui liberti assignationem sua manu adscripserit, nō verbis, sed sententia senatusconsulti tenetur, & in l. 1. §. incidit, ibi, non ex verbis, sed ex sententia. ff. ad S. C. Turpil. & in l. in bello. §. si quis seruā. ff. de capti. & possi. reuer. & in l. miles. §. si paterfa. ff. de castr. pec. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. ibi, licet edicti verba non patiantur. & in l. cum hic status. §. si spōsus. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum dicitur quamuis verba orationis minus sufficiunt, tamen dicendum est donationem ad sententiam orationis pertinere. & in l. filium quem, quæ est pe. §. videamus. ff. de bono. poss. contr. tab. ibi, quamuis edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris deneganda esse respondetur. & in l. si à domino. §. si prædo. ff. de peti. hæ. ibi, quantū ad verba. & quæ sequuntur. & in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, ibi non pertinent ad leg. Velleiā, sed ex sententia legis, & c. & in l. Labeo, ad fi. ff. de sup. leg. vbi prior & potentior est mens quam vox. Suntque sexcentæ huiusmodi leges.

Ratio legis potius inspicienda quam verba.

Ideoq; scribitur in l. non dubiū. C. de legi. in legem eum committere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Quod depromptu est ex l. fraus. ff. eo. tit. vbi ita scribitur, quod distat (id est, id est, dictū à sententia) siue, vt est in antiqua veterum codicum traditione, verbum ab intellectu) hoc distat fraus ab eo quod contra legē fit. Nā in l. contra fraudē, quæ illam præcedit, ita scriptum est. Cōtra legē facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudē vero legis facit, qui saluis verbis legis sententiā eius circumuenit. facit & tex. in l. quamuis, in fi. cum dicitur, licet edicti verba non patiantur. ff. de in ius vocand.

48 Suntq; etiam & in hac sententiā multi text. iuris pōtificij, vt in c. sedulo. 38. dist. vbi dicitur, quod sententia preponitur verbis, sicut animus corpori. Ex quo probatur id qd diximus in præcedenti vers. mentē ac sensum animum esse, verba corpus. & iterū in c. Marchion. 1. q. 1. dicitur Euangelium non in verbis esse, sed in sensu. & in c. humana. 22. q. 5. & in c. intelligentia. & c. propterea, & c. in his, extra de verb. sig. & in c. si postquam de elect. li. 6. & vbiq; cōcord. in gl. vt videbis. Quibus adde & tex. in cle. 1. vers. ceterum, cum scribitur, non virtutē & mentem, sed nudum verborum insectās corticem, sensumq; confundens & c. Nam, vt tradit Bal. in c. mādatum, post prin. extra de rescrip. semper recurrendum est ad intentionem disponētis, quia lingua cedit cordi, & sub iugo mentis verba constituit, tanquā sub suo proprio originali & digniori. De quo etiam multa per Archid. in cap. is autem. 22. q. 2. & Ang. consi. 389. totum dictum statutum, col. 2. Pan. consi. 75. primò est videndum, col. 3. lib. 1. Maria. cōf. 35. circa prædictam, col. 3. Soc. eius filium. consi. 58. visis priuilegiis, col. 2. vers. his tamen non ob. li. 1. & consi. 102. in præfenti, col. 3. eo. lib. 1. Barba. consi. 10. sapienter scribitur, col. 5. lib. 2. & consi. 58. illud adferam, col. 5. lib. 3. Georg. Nara. in repe. c. quamuis, col. pen. vers. quarto eodem modo, de pact. lib. 6. Hipp. Marfi. in d. l. sed sciendum, col. 1. & seq. ff. de parri. & in l. si quis viduam, col. 4. vers. quinimo mens ituentis. ff. de quæstio. & consi. 85. post redditum, col. 1. ver. primò dico, lib. 2. quos tu videbis, ne quæ semel iā collecta sunt, iterū colligam. Et ante hos per gl. in d. c. si postquam, in verbo, mēte, de elect. li. 6. quæ ex eo tex. colligit cōstitutionem etiam poenalem extendi ad casum ex mente ipsius, licet non ex verbis in ea compræhensum, nec tunc dici extensionem fieri, de quo ibi multa per Petr. Ancha. Imo. Domi.

49 Quibus omnibus adde quod Quintilianus senior, quem & in diuersa parte citauimus, scribit de cla. 37. In omnibus legibus solam spectare oportet scribentis voluntatem. Verba enim ambigua, & in plures intellectus ducta sunt, scribendarum legum causa voluntas fuit. Ergo id v. um spectare conuenit, propter quod scriptæ sunt. De qua re etiā multa Quintilianus Junior li. Oratoriarum insit. 7. cap. item septimo. & Tullius, quem & nos in alia sententia etiam eodem loco citauimus, videlicet lib. 2. de inuentione. Inter quæ hæc sunt, Nō omnia scriptis, sed quædam quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caueri: legem in sententiis, non in verbis consistere: iudicemque eum legi obtemperare, qui sententiam eius, non qui scripturam sequatur in dignum esse: eodem affici supplicio eum, qui propter aliquod scelus & audaciam contra legem fecerit, & eum qui honesta aut necessaria de causa nō ab sententia, sed à literis legis recesserit. Et in oratione pro Aul. Cecinna, An cum voluntas, inquit, & consilium & sententia interdicti intelligatur, imprudētia (alij impudentiam legūt, & melius, meo iudicio) summam aut stultitiam singularem. putabimus in verbo

In legem quis committat.

Idē de iure Canonico.

Euangelium non in verbis, sed in sensu.

Quintilianus senioris hac de re locus.

Scribendarum legum legi causa, voluntas.

Elegantissimè Tullij hac de re locum.

verborum errore versari, rem & causam & vilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prædere? An hoc dubium est, quin verborum tanta copia sit, nō modò in nostra lingua, quæ dicitur esse inops, sed ne in alia quidē vlla, res vt omnes suis certis ac propriis vocabulis nominētur? neque verò quicquam opus sit verbis, cum ea res cuius causa verba quæstia sint, intelligatur. Quæ lex, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod fœdus aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeam) testamentum, quæ iudicia, aut stipulationes, aut pacti & conuenti formula non infirmari aut conuelli potest, si ad verba rem flectere velimus, consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem & autoritatem relinquamus? Seruo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Exemplis nunc vt videlicet mihi necesse est harum rerum omnium? Non occurrit vnicique vestrū aliud aliq in omni genere exemplum, quod testimonio sit, nō ex verbis aprū pendere ius, sed verba seruire hominum cōsiliis & autoritatibus? Ornatè & copiosè L. Crassus homo longè eloquentissimus, paulò ante quàm nos in forū venimus, iudicio centumviralium hanc sententiam defendit, & facillè, cum contra eū prudentissimus homo Q. Mutius diceret, probauit omnibus, M. Curiū, qui hæres institutus esset ita, mortuo posthumo filio, cū filius nō modò nō mortuus, sed ne natus quidem esset, hæredem esse oportere. Quid? verbis satis hoc cautū erat? minimè quæ igitur valuit voluntas, quæ si tacitis verbis nobis intelligi posset, verbis omnino non vteretur, quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. Et subdit quibusdam interiectis, secundū Crassum aduersus Q. Mutium fuisse iudicatum. Nec enim Crassum ita causam egisse, vt contra iuriscōsultos diceret, sed vt hoc doceret, illud quod Scævola defendebat, nō esse iuris: & in eam rē uō solū ratios adferret, sed etiā Q. Mutio scero suo multisq; peritissimis hominibus autoribus vteretur. Hæc ille, qui & alia multa in ea oratione scribit, vt ostendat mentem ac sententiam legum esse verbis & scripto anteposendam. Quæ etiam in sententia fuit Aristor. dū scribit lib. 1. rhetoric. ad Theodect. æquum esse non legem, sed scriptorem legis, ac nō verba, sed sententiam spectare.

50 Porro illa contentio (neque enim hoc omittere potuimus) Crassi ac Scæuolæ & ab eodem Tullio memorata fuit lib. 1. de oratore, iterumque in secundo, & in Topicis in loco à similitudine, atque etiā in Bruto de claris oratoribus, non semel. & à Fabio lib. 7. oratoriarum insit. cap. item 7. & à recentioribus quoque legum interpretibus tractata fuit, qui & ipsi crebriori calculo in sententiam Crassi pedibus ierunt, Nam si posthumus, inquit, institutus hæres fuerit, ac eidem, si postea moriatur, Titius substitutus, nec posthumus natus sit, erit tamen locus, vt sic mentem verbis præferamus, substitutioni. Ita enim voluit Guill. Cug. in l. precibus, in materia vulgaris substitit. C. de impub. & aliis substitit. Ray. Forst. in tracta. substitit. in materia vulgaris. Bald. in eodem tractatu, etiam in materia vulgaris, colum. 8. versiculo quæro facta est pupillaris, vbi & id dicit voluisse Franc. Pisā. Barto. in l. r. colum. 7. vers. vltimus quæro quid si substitutio. ff. de vulg. & pupil. substitit. & ibi etiam Alex. & Iacille col. 13. vers. nec obstat. d. l. quod si filius, alter colum. 10. vers. circa secundū hic col. 4. vers. 6. adde, vbi id dicit not. & iterum col. 15. vers.

Confirmatio eiusdem loci.

vtimò quærit Bart. & ipse quoque Barto. consi. 48. Gallus Fallopi. col. 2. vers. præterea pro dictis. Idemque tenet Alber. qui ita dicit vidisse se obseruari in quæstione facti, in repet. rubr. eiusdem tit. col. 31. & seq. Bal. in l. cum quidā, quæ est vlt. col. 2. vers. quæro quidam credens. & ibi etiā Ioan. Fab. ad fi. & Corn. col. 4. vers. quintò fallit. C. de insti. & substitit. Idem Bal. consi. 39. testator habens, colum. 2. vers. secundū est, li. & subobscure cōf. 126. ad intelligentiā, ad fi. li. 1. Per. Iac. in tit. de vulg. & pup. substiti. quādo expirēt, sub rub. secūda summa ex prædictis, col. 3. vers. itē est notandum. Ang. in l. lex Cornelia, in fi. ff. de vulg. & pup. substitit. Pet. Ancha. cōf. 356. ex serie testamenti. Raph. Fulg. consi. 49. ex facto proponitur, vbi hoc negat procedere in vxore substituta, propter speciales quæsdā ac priuatas in eū casum rationes, & iterū cōf. 90. in quæstione Ioānis, in prin. Imo. in lab. ex hæredati, quæ est antep. §. vlt. ff. de leg. 1. Vide ibi Bal. & Pau. Cast. per illū tex. quæ & ad hoc pleriq; omnes citāt, & similiter tex. in l. vtri, iuncta gl. ff. de ventre inspiciē. & in l. si nemo. §. vlt. ff. de testa. tutel. & est casus à cōtrario, in d. l. vlt. C. de insti. & substitit. & idē quoque tenet Alex. cōf. 188. vlt. processu agitato, col. 2. vers. cōdescendo ad secundū, li. 3. Calca. cōf. 102. pro parte, col. vlt. & cōf. 104. cōtra. & Anro. Rosellus inter cōf. illius cont. 104. omnipotētis. Fran. Arer. in l. si mater. §. si filius, col. 3. vers. si autē substitutio. ff. de vulg. & pup. substitit. & in l. quādiu institutus, col. vlt. vers. aduerte tamen. ff. de acq. hæ. Corn. cōf. 276. vlt. supra scripto themate, col. 5. vers. & propterea, li. 3. Frā. Cur. senior cōf. 52. in vlt. dubio. Soc. vide tamē quia statim allegatur pro cōtraria parte, in l. r. col. 10. vers. circa secundū. ff. de vulg. & pup. substitit. Caro. Rui. in repe. l. Gallus. §. & quid si rā tum. ff. de li. & possi. & cōf. 176. vlt. restatēto, col. 6. nu. 4. li. 2. & Steph. Bert. cōf. 174. nemini dubiū, in 2. dub. li. 3. & Iac. cōf. 148. nobilis & generosus, in 1. dubio. li. 2. & consi. 203. Vanorus, col. 4. vers. c. tertio facit, eo. li. 2. & cōf. 220. testator fecit, col. 2. vers. c. & pro ista, eo. li. 2. & cōf. 66. nobilis miles, col. 4. vers. quarto principaliter. li. 3. & Lancel. Politus in tract. substitit. in materia vulgaris. in 7. q. prin. in multis locis. Phil. De. cōf. 227. in casu ad me trāsmisso, col. 4. vers. 3. principaliter. & seq. & cōf. 238. proponitur qd nobilis, col. 2. vers. c. & hoc confirmatur. & Andr. Alcia. lib. 3. de verb. signifi. in 2. q. 3. axiomatis, quem miror hoc in loco non meminisse antiquæ illius controuersie, cum sit antiquitatis scientiss. Et id satis probat tex. in d. l. ab ex hæredati. §. vlt. ff. de leg. 1. & l. vtri, iuncta glo. ff. de ventre inspici. & l. si nemo. §. vltim. ff. de testa. tur. & text. à contrario sensu, in d. l. vlti. C. de insti. & substitit. Et facit quod in simili tradunt Barto. Ang. Imol. & vulgò alij recentiores in d. l. quādiu institutus. ff. de acq. hæred. & Saly. in l. si testamento, col. 3. vers. ff. tunc quæro supposito. C. de impub. & ali. substitit. & Iac. cōf. 152. præfens dubium videtur formati, in 1. dubio, lib. 1. & consi. 237. casum istum, colum. 1. lib. 2. Et quod scribitur in l. si extraneus. ff. de condi. cau. da. Idq; tenent omnes supra citati indistinctè & simpliciter, præter Bart. & paucos quosdam, qui in hoc distinguunt, vt apud eos videre licet.

51 Quāquā non defuerunt qui Mutium illū substituti diuersum censuerunt, videlicet Oldr. consi. 177. testator in suo vltimo testamento. & Ioā. And. in addit. Spec. tit. de testa. in addit. incip. huic quæstioni, vers. occurrit etiam casus. & Ang. sibi contrarius consi. 93. visis & inspe. dis. num. 3. eodemque vlt. dubio. & Pet. Anc. consi. 356. ex serie testamenti, per totum. & Pau. Cast. consi. 219. visis & consi. deratis, col. 1. lib. 1. & expressius consi. 494. videndum est vtrum fides, colum. 2. vers. secundò nunc videndū, eo. li. 1. vbi tamē in seq. vers. id rēperat, nisi appo.

Qui Mutium substituti diuersum censuerunt.

83 Et hac posterior sententia hac ratione fulcitur. Nam si donatio facta filio non omnino reuocatur per natiuitatem liberorum, sed tantum vsque ad legitimam, vt diximus in precedenti q. consequens est, vt nec similiter donatio facta ecclesie, qua habetur loco filij. c. in presentia, de proba. nec videtur liberis postponenda, arg. l. sancimus. C. de sacros. eccl. cum si. Imo verò anteponenda, praterquam in legitima, vt patet ex d. auth. si qua mulier, & ibi Bal. Saly. & regen. eo. tit. & voluit Bar. in l. 1. col. 12. in 1. q. 5. q. prin. C. eo. & expressius Ant. conf. 25. ad primum dubium, col. vlt. Pet. Anc. conf. 46. prima facie videtur. Fran. Arret. conf. 12. in causa Nicolai. Alex. in l. pactum quod dotali, col. 2. & ibi etiam Ant. ab Alex. & Soc. circa medium. C. de pact. & eundem Alex. conf. 38. viso themate de quo, col. 3. versi. ad confirmationem, lib. 1. & conf. 45. habito, col. vlt. eo. lib. 1. & conf. 66. viso testamento, col. 3. ver. vnde dicit, lib. 2. & Soc. conf. 130. Domine labia, & cap. & nos introducere, & c. col. pe. vers. nec dirigimus, & l. in l. tale pactum §. vlt. col. 3. versi. non ob. auctoritas, ff. de pact. & in l. licet, col. 1. C. eod. & in l. hac consultissima §. si quis autem, col. 2. in 3. limit. C. de testa. & conf. 140. spectabilis, col. 10. versi. praterca posito, lib. 2. Phil. Dec. in d. c. in presentia, col. 32. versi. & circa istam primam questionem. & conf. 426. in duobus dubijs, col. 2. ver. venio ad secundum. & conf. 480. in casu qui contingit, in fin. & conf. 529. Philippus, col. vlt. versi. sed responderi. & alibi latius dicemus.

84 Quare ratio tutior videtur & probabilior, quam quod diximus ecclesiam habere loco filij, quia illud tantum procedit, cum quis ingreditur monasterium, secundum gl. & propè omnes in auth. rogati. C. ad Treb. Dy. & Ang. in l. si quis ita, §. ea lege, ff. de verb. obl. Cy. in l. 1. in vlt. q. C. de inoffic. donat. & Bal. in d. auth. si qua mulier, & in l. cum acutissimi. C. de fideic. & conf. 85. quæritur vtrum ille, circa medium, lib. 1. & d. conf. 215. lib. 5. & Pet. Jac. d. tit. de cond. ex lege quæ pro re donat. comp. ante fin. Angelus consilio septimo in Dei nomine, ex dicto themate, columna secunda & Franc. Arret. conf. in filio

53. diligenter discussis col. 3. versic. descendo igitur ad alterum. Et Laurent. Calca. qui alios refert conf. 7. quia à me quæstum est, col. 13. versi. item non est verum. Estque eius rei ratio. nam qui ingreditur monasterium, se suaque omnia offert, deuotus, dedit monasterio, auth. ingressi. C. de sacros. eccl. Cepol. caufarum ciuiliu conf. 36. quidam habens feudum, col. 2. in fin. Ideo videtur tantum diligere monasterium, imò magis quam filium: nulla enim est maior dilectio, nulla charitas, nulla donatio, nulla liberalitas, quam cum donator venit in domum, & cum datum idem est penitus, cum dante, & cum denique quis seipsum donat. §. nec Moyses, de cōsec. dist. 2. & c. 1. §. vna, in prin. extr. de sum. tri. & fid. catho. & cle. si dominum §. d. singularis, de reliq. & vene. sanc. Non mirum igitur, si hoc casu monasterium sit loco filij, non etiam aliàs. Sed nec id quoque semper procedit, vt scilicet monasterium quod quis ingreditur, habeatur loco filij, vt dicam latè infra in verbo susceperit liberos, vers. 46. inci. imò verò quod habeatur. Imò sunt qui nullo casu id obtinere asserunt, vt dicam in eadem gl. vers. seq.

Quo sensu monasterium dicitur esse loco filij.

85 Ideoque & in eo quod diximus in casu d. l. cum auus, et si multi tenent contrarium, videlicet eam l. & similes non habere locum, quando ecclesia est substituta. vt pulchrè cōsuluit Pet. Anc. sibi contrarius d. conf. 46. & latè Barb. sibi etiam contrarius in repe. d. l. cum acutissimi, col. 25. ver. quarto istud summariu, cum multis seq. per quatuor chartas, & iterum char. pe. versi. quid si testator. & conf. 71. illud in medium referam, col. 6. versi. nunc est videndum, & col. 8. versi. nec obstat cum dicitur, lib. 3. vbi vacillanter loquitur, sed ita tamen, vt in hanc partem inclinare videatur. Fely. sibi item contrarius, in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 38. versi. quarto, quia saltem vno casu, de const. l. si sibi contrarius in d. auth. si qua mulier, col. 2. & in d. l. licet inter priuatos, col. 1. versi. secundo facit. C. de pact. vbi hoc dicit sing. & in l. tale pactum §. vlt. col. 3. versi. & propterea per hanc doctrinam, ff. co. & in l. generaliter §. cum autem, col. 1. versi. secundo correlario. C. de insti. & substi. & in l. si quis id quod, col. 4. versi. secundo & notabilius, ff. de iuris. omn. iud. vbi ita dicit se consuluisse Pisis, vt certè consuluit, conf. 140. spectabilis dominus, col. 10. ad fin. & iterum col. vlt. versi. praterca & valde ad propositum, lib. 2. & Phil. Dec. sibi cōtrarius d. cōf. 529. col. 2. ver. sed breuiter responderetur. & Carol. Rui. sibi quoque contrarius, conf. 3. de pluribus, col. pen. nu. 23. lib. 2.

De eadem re.

86 Quamquam ipse Petr. Anc. quem veluti auctorem & antesignanum huius op. ceteri laudant & sequuntur, non eam simpliciter asserere videtur in d. conf. 46. ex quo illi eum citant, quoniam inibi & alia multa in eam op. suadentia concurrerant, praterquam qd substituta fuerat ecclesia, vt etiam animaduertit Soc. in d. l. cum auus, col. 15. versi. potest & secundo loco, & rursum col. 2. versi. vel secundum, ff. de cond. & demon. & in d. conf. 191. licet difficultates, col. pe. lib. 2. & Corn. conf. 197. non aliena col. 7. ver. potest etiam dici, lib. 3. & alibi in hac re admodum dubitauit ipse Pet. videlicet in d. cap. in presentia, extra de proba. & rursum alio in loco nō obscure priorem opi. tenuit, vt supra diximus. Ex quo nihil illi officit ipsius Pet. auctoritas.

87 Sed vt vltius procedamus, non omnino etiā expeditū est, quod diximus in casu d. auth. ex causa. C. de lib. præt. quando multi negant illud procedere in legatis ad pias causas, quoniam, inquit, verisimile est testatorem huiusmodi legata reliquisse, etiā si cogitasset de posthumo, quia prima charitas incipit à seipso. l. præses. C. de serui. & aqua. & anima cunctis rebus præfertur. d. l. sancimus. C. de sacr. eccl. Et in hac opi. fuerunt Bal. Ang. & Imo. ipsa in l. filio

Prima charitas incipit à se in l. filio

in l. filio præterito. ff. de iniust. testa. & iidem omnes in l. Titius, in prin. ff. de lib. & posth. Ang. in l. militis codicillis §. miles in supremis. ff. de testam. milit. Ang. Pau. Cast. Alex. Cor. & l. in d. auth. ex causa Io. Ana. conf. 28. viffs & ponderatis, col. pen. versi. ex quibus omnibus, & ibi Lud. Bolo. in addit. col. 4. versi. plus dico. Pau. Ca. conf. 15. incip. do. col. 3. in fi. lib. 2. Barb. in repe. d. l. cum acutissimi, char. pe. C. de fideic. Fran. Arret. cōf. 92. viso legato, col. 1. & l. in l. precibus, col. 5. C. de impub. & ali. substi. Bernar. Laud. in addit. Bar. d. conf. 204. & Cat. Cot. in memor. incip. anima cunctis rebus.

Relictum pro restitutione male ablatorum, dicitur ad pias causas.

88 Sed tu tamen hic aduerte, quia maxima istorum pars non loquitur generaliter in legato facto pie cause, sed nuncupatum & specialiter in legato relicto pro restitutione male ablatorum, qd haud dubie dicitur ad pias causas, vt ex se satis patet. & est sententia Bald. & Ang. in l. hæreditas §. si defuncto. ff. de petit. hæred. Flor. in l. cum quidam §. si dies. ff. de vsur. & not. in cle. 1. de priuileg. cum si. Tamen non est gratuitum, sed necessarium, & veluti quedam restitutio rei debite, vt dicit glo. in c. quamquam, in verbo, possunt acquirere, ad fin. de vsur. lib. 6. & Bal. in c. ad nostram, col. 2. versi. ite not. valere, extr. de iureiur. & doc. sepe. In qua quidem aut necessaria restitutione, aut gratuita donatione non habet locum hæc l. nostra, vt postea latè dicemus in verbo donatione largitus. Nā & videmus deportatū & condemnatū ad mortē, qui simpliciter legare prohibentur l. eius qui §. infulam. ff. de testa. etiam in fauorem pie cause. l. si quis filio §. irritum. ff. de iniust. testamen. & voluit Ioannes Andreas in addi. Specul. titu. de instru. edi. §. compendiosè. in additionib. quæ incipit, quid de damnato, & iterum in §. nunc aliqua, vers. 15. cod. tit. & Bal. conf. 448. quæritur in primis, col. 1. lib. 1. cum concor. adductis à me in nostro tractatu priuilegiorū pie cause, in 76. speciali, posse tamen id facere pro male ablati, non quidem vt valeat tanquā testamentū, & habeat vim relicti, sed tanquā confessio facta inter viuos, & iure debiti, secundū Io. And. in d. e. quamquam, in gl. quæ incipit, dominus meus, de vsur. lib. 6. in nouella. & sequitur Pet. Anc. ibi, col. 5. in 14. not. vbi hoc limitat procedere cum constat de male ablati, & ibi quoque Domi. in vers. omnes autem, col. 6. versi. sed pone qd quis. Sequitur etiam Bal. in l. vlt. col. 3. versi. & ideo. C. si à nō compe. iudic. & conf. 382. dicit lex, post prin. lib. 1. & conf. 244. proponitur qd quidam nobilis, post medium, lib. 5. & conf. 447. ad euidenciam præmittendum est quis dicitur, col. vlt. eo. lib. 6. & conf. 476. testamenta & relicta, eo. lib. 5. vbi id negat alibi in iure reperiri. & Collec. in c. Ioannes, col. 5. versi. sed quid si quis, ext. de testa. & Ro. conf. 164. hæc quinquaginta. & conf. 199. præfens statuti particula. col. vlt. & ad hoc allegat optimum text. in l. si seruo. ff. de hæred. instit. vbi non præstat beneficiū: qui impendit debitum. Ex quo not. Bal. quod si gabella ex statuto solui debet ex legato, ea non debetur ex relicto facto pro male ablati, quia id non est proprie legatum. Sequitur item illud Io. And. dictum August. in addit. Ang. Arret. in tract. malefic. super verbo, caput à spatulis amputetur. & D. Bened. in repe. c. Raynuitus, in verbo, si absque liberis moreretur, l. 1. nu. 30. & iterum in verbo, mortuo itaque testatore, l. 1. nu. 187. Sed & aliàs legitima quam non potest minuere fauor pie cause, vt in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. tamen diminui potest pro exoneratione conscientiz, vt voluit Socin. qui alios citat, in rep. d. l. moribus, col. penult. versi. vno tamen casu, ff. de vulg. & pup. & in l. cum auus, col. 20. versi. tertium correlarium, ff. de cōdit. & demon. & Catel. Cot. vbi supra. Et hac ratione etiam in ca-

Non præstat beneficiū qui non impendit debitū.

su. d. authen. ex causa, idem Bal. in d. l. 1. col. 4. versi. modo veni circa voluntatem. C. de sacrosan. eccl. expressim distinguit inter relicta pro restitutione male ablatorum, & alia legata pias causas facta, vt scilicet in illis debeantur, etiam si posthumus fuerit ignoranter præteritus, nō etiam in aliis. quod & facit Petr. Anch. in d. cap. si pater, in 7. nota. de testa. lib. 6. Soc. in d. l. cum auus, vbi supra. Et ita videtur intelligere ij quos supra proximè citauimus. Ideo tu in hac re cogita.

Nō est magis fauendum ecclesie quam liberis.

89 Maximè, quia non videtur verum, quod supra dictum est, magis fauendum esse ecclesie, quam liberis, præterquam in legitima, cum iura simpliciter statuunt hæreditatem filijs deberi iure naturæ. lex scripto, in fine, ff. vnde liber. cum alijs supra in princ. allegatis. sitque normm illud diui Pauli ad Galat. cap. 3. Filius, ergo hæres. Illudque quod dicitur Augustini: quicumque vult ex hæredato filio ecclesiam facere hæredem, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum, vt scribitur in c. vlt. 16. q. 4. quod dictum de consilio intelligit gl. in l. Papinianus §. 1. ff. de inoffic. testa. & in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleric. in consilio autem non est necessitas. cap. quod præcipitur. 14. q. 1. Idcirco non videtur quod illud consilium restringitur respectu legitimæ, in qua est necessitas, vt potè quæ pater non potest sine causa auferre. §. aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de appel. cog. Et in materia d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi, hoc probatur, vbi tex. prouidet liberis, nepotibus, & posteritati, quibus non debetur legitima, quia stantibus filijs nepotes & alij descendentes non debet necessariò institui vel ex hæredari. l. Gallus §. in omnibus, in fi. ff. de libe. & posth. l. posthumorum, in princ. ff. de iniust. testa. ex quibus Phil. Dec. sibi contrarius in l. licet, col. 2. in 3. not. C. de pact. & iterum in l. generaliter, col. 3. versi. retenta tamen. C. de insti. & substi. rursumque conf. 391. in casu proposito, in fin. illud asserit, quod dicimus non verum esse, quod magis sit fauendum ecclesie, quam liberis, excepta legitima.

Filius, ergo hæres.

Pater non potest sine causa auferre legitimum.

90 Sed & quod simpliciter fauorabilior sit causa liberorum, quam ecclesie tenet Bal. in l. iubemus, col. 1. C. de testa. Pet. Anch. in c. 2. extr. de testa. & in rub. eo. tit. lib. 6. col. 2. versi. ex quo infero. & iterum in d. c. si pater, in 7. not. eo. tit. lib. 6. Ro. in repe. auth. similiter, in vltimo speciali contractuum, in fin. & iterum in 18. speciali testamentorum. C. ad leg. Falc. Io. Ana. & Fel. in c. si quis episcopus, de hæreti. & Maria. qui alios allegat, conf. 23. circa prædictam consultationem, col. 7. versi. decimo octauo. & in tractatu oblationum, in 15. libello, in primo membro, post prin. & Barb. conf. 13. clementissimi Dei, col. 7. versi. modo si vnus, lib. 1. & conf. 29. illud afferam in medium, col. 2. eo. lib. 1. & conf. 34. clementissimi patris, col. 1. eo. lib. 1. & conf. seq. clementissimi Dei, col. 3. nec obstat cum postea dicitur, & iterum col. 6. versi. nec obstat. cum dicitur, & seq. eo. lib. 1. & conf. 55. preclare scribitur, col. 7. & seq. lib. 2. & conf. 38. difficile est, col. 3. lib. 3. & conf. 43. illud in medium, col. 5. eod. lib. 3. & conf. 46. difficile est, col. 3. eo. lib. 3. & conf. 66. illud in medium referam, col. 6. eo. lib. 3. & conf. seq. illud in medium afferam, col. 4. versi. et si quispiam opponat, eo. lib. 4. & conf. 71. illud in medium referam, col. 3. versi. nec ob. dum dicitur, eo. lib. 3. & conf. 80. illum referam, col. 1. eo. lib. 3. & conf. 58. omnipotentem, char. 6. versi. & faciat quod voluit, lib. 4. vt & alios multos citat Cor. conf. 31. placet, col. 2. lib. 1. Petr. Bel. in speculo principum, titu. de materia executi, vlt. volun. §. videamus, char. penult. & Bened. Capr. conf. 19. punctus fuit quidam Petrucius, col. 2. versi. sed his non obstat & conf. 22. punctus quidam Tadeus, ad fin. &

Magis fauor liberorum quam ecclesie.

fi. & conf. 66. punctus quidam Bernardus, colum. 4. vers. vnde si in dic. & Cor. conf. 156. de duabus hereditatibus, col. 3. lib. 2. & d. conf. 276. col. 2. quo loco supra citauimus, lib. 4. & conf. 226. quamquam prima facie, col. vlt. vers. præterea etiam, lib. 4. Iason sibi contrarius, dicto conf. 212. col. vlt. lib. 2. Phil. Dec. in c. 1. col. 10. vers. sexto à simili ratione, extra de probat. & in l. vlt. col. pen. vers. sexto infertur. C. de eden. & in l. licet, col. 2. & ibi Alciat. in verbo, fauore. Cod. de pact. Et in hanc sententiam Augustinus in epistola ad Ediciam, eam increpat, quod cum haberet filium, magnam tamen facultatum partem in eleemosynas profudisset, citatque illud Apost. 1. ad Timoth. 5. Quisquis suis non prouider, fidem denegat, & est infideli deterior. Vide tamen quæ dicam infra in verbo, donatione largitus, in 17. q. 91.

De eadem re.

Ex quibus etiam fit, vt licet aliàs monasteriū quod quis ingreditur, excludat substitutum sub ea conditione, si institutus decedat sine liberis, per §. sed hoc in præsentem, in auth. de sancti. epif. & in authen. nisi rogati. C. ad Treb. hoc tamen non procedit, cum substitutus est filius testatoris, vt voluit Bal. in d. authen. nisi rogati, col. 2. & conf. 196. testamentum Puciarelli, lib. 1. vbi ita dicit fuisse iudicatum, & Raph. Fulg. conf. 53. quoniam superius, in fi. Alex. conf. 121. viso themate, col. 4. vers. in hanc partem, lib. 2. & latè Ias. d. conf. 212. col. 2. vers. sed prædicta, lib. 2.

An reuocatio huius legis locus sit in donatione facta magno cui pio amico. Nulla amicitia tam felix quam imitetur fraternitatem.

92 Quid autem in donatione facta magno cuiquam amico: An vi huius l. nostræ reuocatur filiorum natiuitate? Bald. hic in casu positione videtur sentire quod sic, dum ita casum format, Patronus, inquit, habebat libertum, quem valde diligebat, & c. Et hoc confirmat, quod voluerunt Guil. Bald. & Ang. in d. tale pactum. §. vlt. §. per illum rex. ff. de pact. quod qui donat fratri, aut alteri coniunctæ personæ, cum non habet liberos, susceptis postea liberis reuocatur donatio. de quo & illic est optimus text. loquens de fratre. Porro nulla amicitia potest esse tam foelix, quæ imitetur fraternitatem, vt est Quintilianus sententia decl. 321. Quis enim, vt apud Sallustium dicit Mycipsa, amicior, quam frater fratri? Et multis antè seculis scripserat Herodotus,

Mind's ue ei p'p'io i' Cy moie' d' i' re' ip'os. id est, Sed nec germano quisquam est aquandis amori.

Cuius rei exemplum nobis reliquit Herodotus in Thalia de muliere (ea Inaphernis vxor fuit) quæ optione sibi facta à Dario, fratrem, aut maritum, aut filios morti adiudicatos eximendi, fratrem elegit, maritum que ac liberis anteposuit. Sed & Antigone apud Sophoclem asserit se fratrem viro ac filiis anteponere. his enim amissis alios facillè comparari: fratrem verò, si parentes obierint, nunquam tibi nasciturum esse. Id quod etiam refert Aristot. lib. rhetor. 3. c. 46. de qua re plura diximus in 22. causa minuendæ pœnæ. Igitur vt ad rem redeamus, si id obtinet in fratre, in quo tam arcta est cõiunctio, tanta amicitia, vt quod illi donatum est, reuocetur nauigare liberorum, multo magis in alio amico extraneo debet procedere: & id quidem iure optimo, quando nulla est amicitia, nulla cõiunctio, quæ paternam æquet, aut vincat. l. vlt. in prin. C. de cura. furio. nec sui quidem ipsius. l. isti quidem. §. vlt. ff. quod met. caus. & supra post prin. abundantissimè diximus. Ideo cum huius l. fundamentum sit verisimilis illa mens & affectio parentum in liberos, qua censetur velle ipsos cæteris præferre, vt etiam sapius iam diximus: quæ tãta potest esse amicitia, vt donans verisimiliter vult alium præferre suæ posteritati: nisi aut merita, aut id genus alia intercedat, quæ cessare faciant hanc l. vt dicemus postea.

Plus iuris

93 Et hanc sententiã non mediocriter sustentat,

quod aliàs id quod fit ob amicitia, minus efficax est, faciliusque reuocatur, quod fit nullo amicitia respectu, tanquã scilicet plus iuris habeamus in amicos, quàm in alios. per gl. in l. 1. in verbo, quod genus, in fi. ff. de preca. quæ dicit precariū simile esse contractui, quem sæpe fieri videmus, scilicet dum donat quis alicui in amicitiam, potest enim reuocare quando velit. Et illam gl. expendit & sequitur Rapha. Co. ibi. & ex ea Ias. in l. 1. col. 2. vers. alibi reperio. ff. de in litem iuran. id not. quod supra ex ea diximus, & declarat qualiter intelligatur, & idem quoque Ias. qui eam gl. dicit mirabilè, in l. dedi, quæ est §. si liber, in 10. not. ff. de cond. ob. caus.

94 Vt interim illud omitamus, quod si donatio facta amico non reuocatur ex hac l. nunquã aut vix ei locus esse. Quotus enim quisque donat inimico? Nisi forte vt illum eo delinimento, ac veluti hamo vt piscem capiat ac fallat, vt est in veteri proverbio apud Euripidem in Aiace Flagellifero,

Αλλ' εἴ τί τις ἢ θροῦν ἢ θροῦν ἀπορροίμω, ἢ θροῦν ἀδ' ἀπορροίμω, ἢ ἄρα ἢ ἄρα.

Id est, propè ad verbum, Sed est vera mortalium paræmia, Inimicorum dona, non dona esse, & inutilia. Ita autem in carmen vertit Erasmus, Quin verum id est mortalium prouerbium, Non esse dona, dona que veniunt tibi Ab hoste, verum inauspicata ac noxia.

Inimicorum dona non dona.

De quo Erasmus ipse multa Chiliadis 1. centu. 3. c. 35. Sed cui addere potes illud Maronis lib. 2. Aencidos huc haud dubiè alludentis, Timeo Danaos, & dona ferentes.

Et paulò ante, Aut vlla puatis Dona carere dolis Danaum?

Itè illud Eccl. 24. Dona iniquorum non probat altissimus. Cui accedens lex 12. tab. Impius, inquit, ne audeto placare donis iræ deorum. Quam quidem legè interpretans Tullius lib. 2. de legibus, Donis, ait, impij ne placare quidè audeant deos, Platonem audiant, qui verat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. Aliàs autem nullus aut pauci donant inimico & malè merito. l. nec adiecit. ff. pro socio. & l. 1. de anno. civil. lib. 11. & voluit Bald. in l. illud col. pen. in 4. quæst. C. de sacrosan. eccles. & Alexand. consil. 126. in hæsitacione, col. 1. lib. 4. & dicemus infra in verbo, donatione largitus, in l. declaratione donationis remuneratoriæ.

95 Verum Soc. conf. 39. in quæstione quæ vertitur, col. vlt. lib. 3. videtur voluisse contrarium in valde amico, cui verisimile est donantem donaturum fuisse, etiam si cogitasset de liberis. Quod & confirmatur ex eo quod dicit Bal. in authen. ex causa, col. 4. vers. item non obit. & ibi post eum Cornel. col. 11. vers. quinto fortè fallit. C. de lib. præter. quod licet aliàs legata facta à testatore non cogitante de posthumo, non conferuntur vi illius authen. ex multorum sententia, vt sæpe supra diximus, & dicemus infra latius: tamen hoc non obtineret in legatis factis coniunctis personis, quibus verisimiliter testator legauisset, etiam si de posthumo cogitasset. tunc enim conferuntur legata, argu. l. cum alienam. C. de lega. quod & sequitur idem Corn. conf. 194. videtur in præsentem consultatione, col. 3. vers. sed dato sine præiudicio, lib. 3. Id quod etiam obtinet in legatis factis amicis: cum d. l. cum alienam, qua innuntur Bald. & Corn. trahatur etiam ad amicos, ex sententia Guil. Cun. Fulg. Pau. Castr. Alex. & Ias. in ea ipsa l. & Barb. in repe. cap. Raynaldus, col. 118. de testa. Quibus optimè suffragantur verba illius l. cum dicitur, vel aliæ personæ.

Legata relictæ coniunctis personis conferuntur etiã posthumo præterito.

96 Nam amicitia necessitudini siue consanguinitati ante

Amicitia ante

tari anteponenda est, aut certè non posthabenda, ex Platonis illius philosophorum Dei sententia, atque etiam Ciceronis, cuius hæc verba sunt lib. 1. Offic. Sanguinis coniunctio & benevolentia deuincit charitate homines. magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia: sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmitior, quàm cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Sed idem in Lælio hanc eandem sententiam hac ratione comprobat. Ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. sublata enim benevolentia permanet, anteponendum est ei, à quo benevolentia remoueri potest. Valerius autem Maximus grauiusimè & ipse auctor, c. 7. lib. 4. ita exorditur, Contemplerur nunc amicitia vinculum potens & præualidum, neque vlla ex parte sanguinis virtus inferius, hoc etiam certius & exploratius, quia illud nascendi fortuitum opus, hoc vniuersaliusque solido iudicio incoata voluntas contrahit. Itaq; celerius sine reprehensione propinquum auersere, quàm amicum: quia altera diremptio vtique iniquitatis, altera leuitatis criminis subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita homini nullius amicitia cincta præsidio, tam necessarium præsidium temere assumi non debet: semel autem apprehensum, rectè sperni non conuenit. Ifoocrates orator eximius ad Demonicum effert miris magnisque laudibus Hipponicum ipsius Demonicum patrem, quod magis approbat amicos, quàm propinquitare vlla deuinctos, existimabaturque ad societatem esse potentior natura legem, mores genere, delectum necessitate.

97 Ex Theologis D. Ambrosius, qui inter primos statuitur, plerunque, ait, amici se potius benevolentia quisque committit, quàm fratris necessitudini. & D. Thomas, qui facile primas inter scholasticos obtinet, differens in 2. 2. quæst. 27. de ordine charitatis, censet coniunctos sanguine in iis duntaxat quæ naturam ipsam concernunt, amicis anteponendos, ex cæteris postponendos. quem sequitur Ant. Florent. in 3. parte summæ, tit. 6. cap. 5. §. 6. At alibi idem D. Thomas, in eo scilicet opusculo, quod scribit de dilectione Dei & proximi, simpliciter asserit amicitiam plerunque consanguinitati præponderare. At quem non immerito Theologis, & forte etiam diuis annumerabo, Salomon Prouerb. 18. c. Vir, ait, amicabile ad societatem magis amicus erit, quàm frater.

98 Sed ne nostros iureconsultos, & legumlatores silenter prætereamus, Leges nostræ pluris existimant amicitiam, quàm illam fraternitatem, quæ cæteris necessitudinibus, vt supra diximus, præponitur, vt quæ sanxerunt magis amicitia atque consortij rationem esse habendam, quàm fraternitatis, ad metiendam iudicandamque qualiter rerum à fratre, eodemque commilitone donatarum in l. cum allegas. C. de castr. pecu. lib. 12. vbi si frater ex commilitio amicor factus fratri commilitoni quippiam donauerit: id in peculio castrensi habendum est, considerata potius qualitate amicitia quæ ex commilitio processit, quàm fraternitatis. Estque in eandem rem text. similis, nisi quod generaliter de agnatis loquitur, in l. pen. in prin. ff. de iur. Quorum legum auctoritate suffultus Alber. in l. sed & hæ personæ. ff. de ius vocan. dicit amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem. Cui planè continens Homerus ille omnis virtutis parens Iustiniano in proœmio ff. dictus, censet fidum amicum non esse fratri postponendum.

Si quis fratrem amicum sui gratiæque boniisque,

Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus. Sūt enim versus illius huiusmodi in filiis. Odysse. Η' τις ου καὶ εταίρος ἀνὴρ καὶ φίλος καὶ εὖδός Εὐδός, ἐπεί εἰ μὲντι καὶ ἀποχρηστικὸς ἔσται, τίς δ' οὐ καὶ ἐταίρος ἰδὼν ἀποχρηστικὸς ἔσται.

99 Et hæc quoque ex eo fulciuntur, quod licet id quod interest, ob affectionem coniunctionis tantum interest ratione amicitia est fortius ratione consanguinitatis possit, per id quod voluit glo. in l. fideiusso. ris, in verbo, neque enim, & ibi Barto. & alij. ff. de pact. & idem Barto. in l. quod dicitur. ff. eod. tit. & in l. 1. col. 7. vers. vidimus supra triplex in re esse. Cod. de sent. quæ pro eo quod inter. Nicol. Neapo. qui eam gloss. dicit singularem, in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & est bonus text. in l. quod dictum, vbi Ange. & Raph. Fulg. not. ff. de pact. & in l. 3. §. sed & si fortè. ff. iudic. sol. Tamen habemus gloss. quæ id negat procedere in eo quod interest ob amicitiam. id enim satis esse, vt pro altero stipulari possit, ea est in l. si vnus. §. 1. in verbo, videamus. ff. de pactis. & ibi Bald. Ange. Paul. Cast. & Alexan. & Ias. consil. 41. in duobus, colum. penul. versic. vel aliter & secundò, lib. 3. Ex quo & ipse Ias. id animaduertens in l. 1. col. 2. vers. capio glo. ff. de iureiur. illud not. quod dicit mirabile, id quod interest ratione amicitia, esse fortius eo quod interest ratione coniunctionis sanguinis. Sed tu tamen illum vide in d. l. si vnus. §. 1.

Id quod interest ratione amicitia est fortius ratione consanguinitatis.

100 Porro videmus apud nostros iurisconsultos, qui ordinem scripturæ inspiciendum iubent, in l. generaliter. ff. de fideicom. liber. cum si ferme semper amicitiam consanguinitati in ordine scripturæ prælarant. l. sed si plures. §. in arrogato. in si. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vulga. & pupil. & l. si feruus plurium. §. vlt. ibi, legatarij charitas & necessitudo. ff. de leg. 1. & l. Theopompus, ibi, amici mei & cognati. ff. de dot. præleg. & l. affectionis, ibi, amicos vel necessarios. ff. de donat. Quod & fecit Esdras ille Propheta & Scriba Hebraeus c. 4. Non meminerunt, inquit, cum biberunt, charitatem, nec fraternitatem. & David Ode 37. Amici mei & proximi mei aduersus me appropinquauerunt, & c. & Tullius in oratione pro Sexto Roscio Amerino: Quod is simulatque sentit de amicorum cognatorumque sententia, Romam confugit. & Sallustius in bello Iugurthino de Mycipsa loquens, cum sibi fitem vitam adesse intelligeret, coram amicis & cognatis huiusmodi verba fertur habuisse. Nunc quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorque te, vt hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, charos habeas: neu malis alienos adiungere, quàm sanguine coniunctos retinere. Non exercitus neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici: quos neque armis cogere, neq; auro parare queas, officio & fide paratur. Quis autè amicior, quàm frater fratri? aut quem alicui fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis: sin mali, imbecillum. Nam concordia res paræ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Hactenus ille. Qui locus cum isto collatus maximam huic rei lucem adfert.

Amicitia semper ordine scripturæ prælaratur.

101 Quid, quod ex sententia nostrorum doctorum, amicitia superat parentum affectionem? quæ causa est nostræ l. quod ex hoc clarè liquet, quod scribit Bart. in l. alimenta. §. 1. ff. de ali. & cib. leg. per tex. ibi. quod licet appellatione filiorum non veniant filij filiorum, id est, nepotes, l. quod si nepotes. ff. de testat. & l. filij. & Iusta. ff. de verb. signifi. cum si. fallit tamè in nepotibus, quos testator præ singulari amore vt filios nominabat atq; tractabat, habita scilicet potius ratione amicitia, quàm sanguinis. & hoc sequitur Alex. ibi in addit. Bart. & Roma. in repet. l. si

De eadem re.

verò. §. de viro. in 35. fal. ff. soluto matrimonio.

Quicquid in iure statuitur inter amicos. Id quoque obtinere inter amicos. Ita enim dicit Panor. in c. requisisti, per gl. ibi, extra de testa. & Alex. in l. exigendi, col. 2. vers. & id quod dicitur, & ibi etiam laf. col. 2. & iterum col. 3. C. de procur.

Barbat. in l. sciendum, col. 33. vers. ego tetigi istum passum. ff. de verb. oblig. & in cap. cum M. Ferr. de consuet. & in c. ex parte decani, & in c. nonnulli, de rescrip. & in c. coram. de offi. deleg. & in rep. c. Raynaldus, col. 118. vers. vndecimo limita, extra de testa. & consi. 75. sapienter scribitur, col. 4. lib. 4. Fely. in cap. quoniam ab. col. 3. vers. capio illud, extr. de offic. deleg. & lafon. in l. Titia, col. 6. vers. vltimo circa istam partem. ff. de verb. oblig. & consi. 70. constat ex instrumento, col. vltim. lib. 1. & in l. si res obligata, col. 2. vers. adde aliud. ff. de leg. 1. Alciat. in l. latæ. §. amicos. ff. de verb. sign. Hip. Marfi. in repe. rub. ff. de fideiuss. n. 234. Io. Montef. in repe. l. frater à fratre, col. 6. in 4. not. ff. de cond. indeb. quod & probatur ex multis que abundanter collegimus in iam d. causa. 22. minuendæ poenæ, vbi & inter cætera omnium abundantissime tractauimus vtrum amicus pro amico admittatur sine mandato.

In testamto inter liberos semper intelligitur clausula codicillaris.

103 Sed illud hic non omittemus, quod ad hunc locum maxime pertinet, quod quemadmodum liberi non etiam extranei capiunt legata ex testamento minus solenni. l. vlt. C. fam. her. & l. hac consiliosissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Nempè quia in huiusmodi testamento condito inter liberos, semper intelligitur clausula codicillaris, vt voluit gl. not. in l. coheredi. §. cum filia, in verbo, non valet, in fi. & ibi Imo. & alij recentiores. ff. de vulg. & pupil. subf. Idem Imo. in c. Rainutius, col. 27. extr. de test. & Alex. huic rei hanc rationem assignans in d. §. ex imperfecto. Ita etiam amici veluti ius libero rum obtinentes, ex testamento quoque minus solenni legata capiunt, vt voluit glo. no. in l. in testamento. ff. de fideic. liber. quam sequuntur & sing. dicunt Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. Mathes. no. 41. nota mirabilem doctrinam, & Barb. consi. 3. illud referam in medium, col. 3. li. 3. laf. in d. l. cum aliena, col. 2. in 3. limitatione. C. de leg. & in l. col. 5. vers. & clarum est. C. de sum. tri. in lec. Ticinensi. & in l. non dubium, col. vlt. vers. ideo tu respondeas. C. de testa. & sequitur simpliciter ipse Barba. in repe. l. cū acutissimi, col. 11. & consi. 22. clementissimum Deū oro. col. 3. vers. primò dicitur, li. 4. vbi & dicit aliam esse similem, licet prior illa reputetur sing. in d. l. si iure. C. de testa. manu. & pro iis esse tex. in d. l. cum alienam. quem negat in d. l. cum acutissimi. ab vltimo vsque ad sua tempora fuisse in id expsum. Verum pace illius dixerim, illum ad hoc longo ante intervallo citauerat gl. in d. l. in testamento. quo etiam in loco multo melior est textus in eam rem, in illis verbis, pios tamen filios debuisse manumittere eā, quam pater dilexisset. quem & ad hoc dicit sing. Ro. in rep. l. si verò §. de viro, in 26. fal. in prin. ff. sol. matr. & consi. 179. amplissime doctor, col. pe. vers. ad quod dicendum moueor. & Mathes. d. not. 41.

Arduo licet amoris habet vim clausula codicillaris.

104 Ex illa autem gl. in d. l. in testamento, dicit Bal. in d. l. si iure. C. de testa. man. quod arduo liceti amoris habet vim clausulæ codicillaris. quod etsi tamē Bal. ipse non audeat cōstanter asserere, nisi vbi adesset fauor libertatis, id tamen haud cūctanter, ac sine discrimine affirmant & commendant Ro. in duobus locis supra citatis. & Alex. in d. l. cum alienam, col. 2. & ibi laf. in d. 3. limitatione & Barb. in d. l. cum acutissimi, col. 11. & in repe. d. c. Raynaldus, col. 118. vers. 11. limit. & in rub. de rescrip. in cle. col. 2. & in tract. de præstan. card. in 3. q. 1. partis, col. 1. ad

fi. & iterum col. 14. ad fin. & d. consi. 3. col. 3. lib. 3. & consi. 77. præclare scribitur, col. 2. lib. 4. Soc. qui hoc dicit sing. cons. 58. Ioannes, col. 3. vers. accedit cum prædicta. lib. 1. laf. qui hoc propè vbiq. dicit sing. in d. l. 1. C. de sum. tri. & in l. exigendi, in 3. not. vers. secundo facit. C. de procur. & in d. l. nō dubium. C. de testa. & in l. eam quam, col. 6. vers. prima fallentia, & iterum col. 9. vers. circa decimum casum. C. de fideic. & in l. verbis ciuilibus, col. 3. vers. tertius casus. ff. de vulg. & pup. & in l. si mihi & tibi. §. in legatis, col. vlt. ff. de leg. 1. Fely. in c. 1. ad fi. ext. de testi. dum simpliciter alleg. Bal. in d. l. si iure. Ant. Bauer. in repe. l. cū filio, char. 3. col. vlt. ff. de leg. 1. & Cotel. Cotra in memor. incip. amor licitus. Alciat. in d. l. latæ. §. amicos. ff. de verb. sign. Panthal. Calde. in repe. l. 2. col. 71. vers. secundo loco. C. de rescin. vendit. & Hippo. Marfi. vbi supra, & D. Bened. in repe. cap. Raynutius, in verbo, testamētum, lib. 3. nu. 46. extra de testa. & ante hos ipse Bald. cuius non meminerunt, in sua marg. in verbo, codicillus, vers. per. vbi & ad hoc dicit illam glo. sing.

105 Porro clausula codicillaris tollit remedium huius l. vt sentit Bald. in l. vlt. col. vlt. vers. item non obstat, iunctis his quæ prius dixerat. C. de codic. & expressè tenet Corn. consi. 194. cuius exordium est, in presenti consultatione, col. 2. vers. concurrat etiā, lib. 3. Ex quo illud consequens est, vt tandē ad principale propositum redeamus, vt hæc l. non habeat locum in hoc casu. Id quod etiam confirmatur ex eo, quod singulariter voluit Barba. in repe. l. cum acutissimi, col. 11. & iterū. col. 40. & seq. quod ea lex loquens in filio hærede instituto & rogato hæreditatem restituere, habet locum in valde amico: quod quidem dictum nuncupatim sequitur & dicit mirabile D. Benedi. in repe. cap. Raynutius, in verbo, si absque liberis moreretur, nu. 4. extr. de testa. sequitur etiam Alciat. in d. §. amicos. Illudque refert lafo. in d. l. exigendi, col. 5. vers. adde etiam illud, vbi tamen hoc non firmat, & ipse alibi subobscure reprobatur, videlicet in d. l. Titia, in princ. colum. 6. ff. de verb. oblig. & apertius Socin. in repe. l. cum auus, col. 3. vers. secundo infertur. ff. de condit. & demon. vbi respondet omnibus rationibus Barb.

Clausula codicillaris tollit huius l. remedium.

106 Et certè etiā in nostro principali casu aduerendum est, quod Socin. d. consi. 39. lib. 3. non asserit solam amicitiam satis esse, & ipse alibi subobscure reprobatur, videlicet in d. l. Titia, in princ. colum. 6. ff. de verb. oblig. & apertius Socin. in repe. l. cum auus, col. 3. vers. secundo infertur. ff. de condit. & demon. vbi respondet omnibus rationibus Barb.

Liberi amicis præferendi.

107 Quod si cum magna amicitia alia quoque concurrerent, ex quibus verisimile esset arbitrio boni viri donaturum fuisse qui donauit, etiam si de futuris liberis cogitasset, vt in casu de quo loquitur Soci. ipse d. consi. 39. tunc non dubitarem quin cessaret huius l. dispositio, per ea quæ supra diximus in prin. nu. 84. incip. nec solum cessat. Ideo & Bald. hie in 2. lect. in addi. & Ang. etiā hie dicunt, quod si donatio est parua, & donans & donatarius sint magna affectione coniuncti, ita vt verisimiliter donans hanc donationem fecisset, etiā si cogitasset de liberis, certè non reuocabitur per natiuitatē liberorum.

Nisi alia quoque concurrant.

Vides

Vides igitur Bald. & Angel. cum magna affectione coniungere modicitatem doni, vt non habeat locum hæc l. An autem sola modicitas, & qualis sufficeret, dicemus plenè infra, in verbo, omnia, vel partem aliquam, vbi videbis. Ad id autem quod diximus de clausula codicillari, responde ex iis quæ diximus supra in prin. vers. 81. incip. nam soli omnium, & seq. & in nostro tractatu priuilegior. priuilegio 85. piæ causæ. vbi apertè ostendi simplicem amicitiam non habere vim clausulæ codicillaris.

108 At longè maius dubiū est in donatione quam facit vir vxori, aut è diuerso vxor viro. Nam hæc coniunctio atque amicitia cæteras facile superat, cum sint vir & vxor vnū corpus, vna caro, vna penè anima, vt plenè differuimus in nostris legibus conubialibus: sitq; scriptū, Relinquet homo patrem suum & matrē, & adhærebit vxori suæ. vt supra diximus in prin. huius l. nu. 12. incip. sed vt redeamus. Quibus & illud differuimus, quod Ang. cōf. 109. incip. in dicto testamēto, col. 2. sing. asserit, id quod dici solet de vxore relicta domina & massaria, per gl. & doc. in auth. quod locū. C. de secun. nupt. cum si habere locū & in matre similiter relicta domina & massaria, cū quis, inquit, magis addiciatur erga vxorem quam matrem. Si igitur in vxore obtinet, multo magis in matre. Et ante illum in eadem sententia fuit Bart. subdubius tamen, & Bal. constanter in l. Titia cum testamento. §. vlt. ad fi. ff. de leg. 2.

109 Ex hoc autem ingenti virorū amore in vxores, proni ipsi sunt ad donandum vxoribus. quod animaduertentes iuriconsulti, huiusmodi donationes inter virum & vxorem prohibuerunt, adiciens hanc inter alias rationem, ne mutuo amore se spolient. l. 1. & seq. ff. de dona. inter vir. & vxor. Igitur si viri nō retrahantur ab his donationibus propter suam ipsorum spoliationem, nec propter filiorum quoque, verisimile est eos retrahi, cum præsentior, proximior, propior sit ipsorum causa, quam filiorum, arg. l. 2. C. de pat. qui fili. distra. præsertim nondum natorum, de quibus hæc lex loquitur, & vt est in vetere prouerbio, *proxius est pater* id est, genui supra propius, & simplicius apertiusque apud Terentium in Andria, *Heus proximus sum egomet mihi*. Ex quo sit, quod cum verisimiliter non desinat pater ob filios donare vxori, non habeat locum hæc l. ex iis quæ diximus in præced. q. & alibi sæpe.

110 Præterea in huiusmodi donationibus nō tantum veritur filiorū præiudicium, quàm si aliis extraneis esset donatū, cum filij æque sint verisimiliter suæ matri, cui à patre donatum est, successuri, ac patri ipsi: nam sperandum est quod bona matris ad filios sint peruentura, arg. l. nam & si parentibus, in prin. ff. de inoffi. testa. & l. scripto. ff. vnde lib. cum si. Ex quo etiam verisimile est. patrē vxori donauisse, vel si de liberis cogitasset. Et licet possit contingere, quod pater donans prior decedat relicta vxore donataria, & liberis communibus, ita quod tūc intercesset liberorum donationem factam non fuisse, quia confestim post mortem patris, non expectata morte matris, res donatas accepissent tanquam ex hæreditate patris: tamen id obitare nō potest, quoniam attenditur verisimilis mens donantis, quæ fuit tempore donationis, & ex ea vel reuocatur, vel nō reuocatur donatio tempore natiuitatis liberorum, quicquid postea contingat, vt not. per Bart. & alios in l. Titia Scio. §. imperator. ff. de lega. 2. & dicemus latè infra in verbo, omnia vel partem aliquā, nu. 34. incip. verū attende lector, & in verbo, susceperit liberos. nu. 161. incip. sed hoc rursus in dubiū vocatur, cū multis seq. Ex quo etiam non obstat, si diceretur quod vxor post mortē patris posset alium virū ducere, ex quo & alios pariet liberos, qui sibi sicuti & liberi ex priore matrimonio in re donata

Huiusmodi donationis inter virū & vxorem prohibita.

Nisi alia quoque concurrant.

succedent, fortè ex statuto vel cōsuetudine, quia de iure communi soli filij patris qui donauit, succederent, per l. foemina. C. de secund. nupt. quia etiā id quod superuenit, non attēditur, sed sola mens quæ fuit tempore donationis, vt diximus.

111 Et per hæc Phil. Corn. cōf. 194. videtur in præfenti, col. 2. vers. & maxime hoc dicendum videtur, & col. seq. vers. item secundo valent, lib. 3. negat reuocari huiusmodi donationes factas vxoribus natiuitate liberorum. In qua etiam sententia est Alex. cōf. 162. visis his quæ copiose, col. 2. vers. nec obstat, lib. 6. vbi dicit de hoc esse casum in §. dotes, in auth. de nupt. & in l. 1. C. si dos con. mar. vbi si mulier in contractu matrimonij fecit pactum cum marito, quod ipsa præcedente, maritus lucretur dorem, si ipsa præmoriatur superstitibus ex eo matrimonio liberis, nihilominus tenet pactum, & lucretur maritus dorem. Nam vt dicit ipse Alex. ex hoc verisimiliter non infertur magnum dampnum liberis successionem paternam tandē habituris. & ita hac re donata potituris ex præsumptione l. vt cauetur in d. l. scripto, in fi. ff. vnde libe. Sed circa hunc casum vide quæ dixi supra in præfati. nostræ l. num. 69. incip. sed hæc intellige, vt videlicet, & quæ dicam latius infra in verbo, donatione largitus, in 10. q. Sed & hanc eandem opini. vt videlicet hæc l. non procedat in donatione viri & vxoris. tenet Franc. Ripa qui solum Corn. citat, lib. 3. respon. c. 2. col. vlt. ea quam diximus ratione, quod filij sunt successuri donatario.

Eiusdem consuetudine.

112 His autē Corn. & Alex. rationibus, & alia adiacenti potest, minime, ni fallor, contemnenda. nam istæ donationes inter virum & vxorē, nullius sunt momenti, per totū tit. ff. & C. de dona. inter vir. & vxor. & ita quidem nullius momenti, vt ipso iure non valeant, per rex. expressum in l. 3. §. sciendum. ff. eod. tit. sed id tantum habent, quod morte donantis confirmantur, iuribus vulga. At hæc l. nostra nō potest habere locum, nisi in donatione valida, ex qua statim transfertur dominium in donatarium, nullo donanti relicto arbitrio, vt patet ex illis verbis nostræ l. reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio, quæ non possunt adaptari nisi ad ea bona quæ desierunt esse donantis, ab eoque veluti abierunt & in dominium donatarij transferunt, rursusque ac retro ad donantem redeunt. nā id significat verbum, reuertendi, vt scribit Bart. in l. vt quisque. C. de omni agr. deser. li. 11. per tex. ibi, & Lucas Pen. in l. restauratio. ni. C. de diuers. præd. eo. lib. 11. & Soci. & Phil. Dec. l. 1. ille ad si. hic col. 3. vers. quantum verò. C. de pact. & ante hos gloss. in l. interdum. §. vlt. ff. de acq. poss. & Rabi Moyses Aegyptius lib. Perplexorum 1. c. 23. in id trahens illud Osee 5. lbo, & reuertar in locum meum. Cui simile & illud Ezech. 1. Animalia ibant, & reuertebantur. nec minus id probat illud Exodi 4. vadam, & reuertar. & iterum vade, & reuertere, & Deut. 20. Vadat & reuertatur. & Prouerb. 3. Vade & reuertere, & illud quoq; Matth. 12. Reuertar in domum meam, vnde exiui. quod repetitur in cap. reuertar. de poeni. dist. 4. & illud Tullij Philip. 9. statim post princ. Ser. Sulpitius cum aliqua perueniēdi ad M. Anto. spe profectus est, nulla reuertēdi. Et hoc probatur in verbo, redeundi, quod est eiusdem significationis, in cap. contra Christianos, & ibi glo. 1. de hæreticis, lib. 6. & in l. ex facto, ad fin. ibi, ituras & redituras. ff. de hæc. instit. & in d. l. qui mittuntur. §. vlt. ibi, dum eat in castra, & redeat. ff. ex quib. caus. maio. & apud Ciceronem Phil. 2. Celeriter isti & redisti. & Philip. 12. Iste & rediisse me putatote. Et in oratione pro P. Sestio. Hunc ego reditarote repudiarem, qui ita florens fuit, vt verear, ne quis me studio gloriæ putet idcirco exisse, vt ita redirem. Et Exod. 32. Ite & redite de porta ad portam. Et in verbo, reddendi: quod vt manifestum est

Donatio inter virū & vxorē. Hæc lex nō habet locū in donatione inuualida.

Reuertēdi verbum.

Redeundi.

Reddēdi, vide in rub. seq. in fi.

cuiusdem est natura, in l. 1. §. eleganter. ff. de po. & in l. cum quidam vxori. ff. de leg. 2. & in l. 3. §. si quis feruum. & iterum in l. Stichum. §. si haeres. ff. de statulib. & in l. verbum reddendi. ff. de verb. signi. quod scribit Alexan. in l. si vel metus. col. 1. C. de his quae vi met. cau. fiunt. & consi. 92. perspectis, col. 2. vers. hoc etiam facit, lib. 1. & Soci. cons. 253. in causa domini. col. 5. vers. sed praemissis non ob. lib. 2. Ex quo est illud Tullij in 2. in Verrem actione, Idem iste praetor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quae illi ornamento vrbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, quae victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliavit. & in 3. in eundem acti. Cogita, quo loco sis: quid dare populo Rom. quid reddere maioribus: tuis debeas. & lib. 1. Officiorum. Duo inquit, sunt genera liberalitatis: vnum dandi beneficium, alterum reddendi. & in oratione ad Equites Rom. antequam iret in exilium. Neq; enim peto, vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis. Et Plin. Iun. lib. epist. 8. ad Rufinū epistola, cuius exordium est, Falsum est. Neq; reliquisse opes filiae, sed reddidisse quibus auctus per filiam fuerat. Et in Paegyrico: Ille illi imperium dedit, tu illi reddidisti. Et huc quoque spectat illud Virgilij lib. 2. Aeneid.

Illos patefactus ad aurum
Reddit equum.
Vbi Seruius, reddit, inquit, quasi debitor: vt
Redditus hic error.
Et Horatius lib. carminum 1. Ode 3.
Nanque quae tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.

Redhibendi. Et idem de verbo redhibendi l. redhibere, in princ. ff. de adi. edic. Atq; etiā de verbo repetendi, in rub. ff. si cert. pet. & in rub. ff. sol. mat. & ibi doc. Et apud Luuum lib. 3. fecundi belli Punici. Appius magno conatu nulla re gesta Messaniam repetit: nam hinc paulo ante digressus fuerat. Atq; etiam de verbo restituendi, gl. no. in l. mancipia, in verbo, aduocandum. C. de ser. fugi. quae dicit eam l. non habere locum nisi mancipium cum effectu aduocatum fuerit, scilicet si re vera fuerit, propter verbum restituendi, quo ea lex vititur. Cuius glo. auctoritate doct. lac. Bur. Fran. Rampo. Ang. Saly. Raph. Fulg. & Alex. in addi, Bal. ibi dicunt, quodd statutum vt turbans aliquem in possessione puniatur certa poena, & restituat possessionem, non habet locum, nisi in eo casu quo potest fieri restitutio, vt quia ablata est possessio. Et id sequitur Roma, qui eam gloss. sing. dicit singu. 491. statutum puniens. & Phil. Dec. in l. 1. col. 4. nu. 14. C. de eden. & consil. 259. visis his, col. pen. in fi. & consi. 540. quaeritur, col. 1. & consi. 591. text. in l. 1. col. 1. vers. & praedicta, & Hier. Gratus consi. 63. ex themate, col. 2. vers. quinto confirmatur, li. 1. Quamuis aliud dicant Bal. & Paul. Cast. in d. l. mancipia. Sed tamen illam glo. dicit valde not. Soc. in l. de diuisione, col. 2. vers. ex quibus infertur. ff. sol. mat. & ex ea dicit quodd statutum quo maritus debet lucrari partem dotis, & partem restituere, non habet locum in dote promissa tantum, & non tradita. De quo tamen vide baly. in l. si constante, col. 2. vers. nota ad quaestionem. C. de donat. ante nupt. Ange. consi. 158. v. p. puncto praedicto, & consi. 180. ad eundem, col. 1. in fi. & Alcia in l. restituere, de verb. sign. & quae nos diximus in tract. retractuum, in fi. nu. 36. imò verò, & seq. & iterum nu. 57. ideo sunt.

Restitutio. Quibus succinor illud Terentij in Andria, Restitue in quem me accepisti locum. Et de verbo relabendi, Domi. cons. 122. quia reuerende pater, ante fi. Et de verbo reuocandi, Bal. consi. 495. punctus super quo sunt infra scripta statuta, col. 3. vers. tertius casus li. 1. & Domi. d. cons. 122. & Corn. cons. 338. videtur primo

Aspectu, col. vlt. ante fi. lib. 1. Et de verbo, recipiendi, habes text. in l. cum vir vxori. §. mulier. ff. de dor. praet. cum dicitur, dotem enim recepisse eam magis, quam accepisse, & in l. qui sic soluit. ff. de sol. vbi ita scribitur, non alienatur nummi, qui sic dantur vt recipiantur. Et apud Tullium in Catone maiore, cum Salinator, qui amisso Tarenti oppido gloria-retur, & diceret, mea opera Q. Fabi Tarentum recepisti, certe, inquit ridens: nam nisi tu amississes, nunquam recepisses. Et Liuuius 3. decad. li. 7. vbi de eadem re loquens, neque enim, inquit, recipiendum fuisset, nisi amissum foret, & ante lib. scilicet 6. eiusdem decad. de Syraculis loquens, Vrbem recipi non capi. Ideo illa verba huc congruere non possunt, cum res donata semper manserit in arbitrio, dominio ac voluntate ipsius donantis, vt est tex. expressus in l. sed interim, in prin. ibi, dominium apud eum remanet qui donauit. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. quae iam nuptae, eo. tit. vbi ita scribitur, quae iam nuptae maritus donauit, vbi manent. & in l. si id. in prin. eo. tit. vbi & similis est tex. & in l. a marito. C. eo. tit. & in l. si liqueat, ibi, de cuius substantia prohibente matrimonio non potuit exire. C. de inoffi. donat. Et id quidem hinc clarè apparet, quia eam re potest maritus non obstante tali donatione quibuslibet obligare, vendere, & aliis alienare. l. si maritus tuus. C. eo. & l. cum hic status, §. si maritus. ff. eo. & not. in c. vlt. ext. eo. quoque tit. Et hoc argu-menti genere vitur Soc. in alio tamen casu loquens, in d. l. i. in fi. C. de pact. vt scilicet necesse sit vt res donata facta fuerit ipsius donatarij, vt hæc l. habeat locum, propter verbum reuertatur, quo ea vitur. quod & similiter facit Ant. Rub. cons. 99. v. i. v. i. casu, col. 1. ver. secundò videtur. & laf. cons. 154. in causa mota, col. antepen. vers. nonò principaliter, li. 2. Et generale est, vt quibus verba legis non conueniunt, lex ipsa locum non habeat. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. cum si a me supra adductis in prin. huius gl. Quamquam contra hanc ratione videtur esse tex. in l. si inter. ff. de reb. dub. que vitur verbo, redeundi, in donatione viri & vxoris, cum ibi dicitur, si inter virum & vxorē donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatū est, ad eum res redit, qui donauerat. Et tex. qui loquitur in nostro verbo, reuertendi, in l. si postulauerit, §. pe. & ibi verbo, reuertum. ff. de adul. vbi reuersuros pro remansuros ponitur, nisi dicas in illis locis vtrūq; impropiè poni, vt aliquando de verbo reddendi scribitur in l. verbū reddendi. ff. de ver. sign. vbi glo. & ceteri, & praecipue Alciai.

Recipiendi. Reuocari & tacite & expressè. d. c. vlt. de dona. & l. a marito. C. de don. inter vir. & vxor. cum fi. cum igitur donans munus sit communi auxilio, & mero iure atque ordinario, cum libitum fuerit, non debet ei tribui auxilium huius l. extraordinarium, aut (si maus loqui cum Tullio, lib. 5. epistol. ad Atticum) extraordinarium, quanquam & extraordinarium etiam sit verbum ipsius Tullij in actione in Verrem 3. non semel, & iterum in 4. & 7. & in oratione ad Pontifices pro domo sua, & in epistola ad Brutum, & in Phil. 3. iterumque in 11. sepius, & in oratione pro P. Sestio, & pro Roscio Comedo. Sequitur, inquam, non competere hoc remedium extraordinarium quidem & exorbitans in iure communi, vt supra plenè probauimus. In causa, la 2. in prin. ff. de minor. cū si. nam & videmus remedium inofficiosa donationis aut testamenti, quod huic est admodum confine & cognatum, non tamen ad eò extraordinarium, nec exorbitans, non competere, vbi alio remedio consulitur. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inof. testa. & §. tam autem, Insti. eo. tit. Idque etiam aliud quoque extraordinarium remedium cōpetit, videlicet restitutio in integrum propter improbabilem donationis enormitatem, aut donantis ætatem non legitimam. l. si filius, & ibi Bal. & l. cum donationibus. C. de inoffi. dona. Ad hoc hæc remedia sunt extraordinaria, vt aliis etiam extraordinariis cedant. Nam & Bal. ex d. l. si filius, no. remedium magis extraordinarium cessare ob minus extraordinariū. Ad quod etiam illū tex. expendit Soc. cons. 177. supra scripti, col. 3. vers. confirmatio ista op. lib. 2. & laf. qui cum tex. dicit ad hoc no. in l. in provinciali. §. sed si in loco, col. pe. vers. vltra Bar. ff. de no. ope. nun. quanquam id non admittit Zafius in suis singularibus intellectibus iuris, quo loco ordinariū & extraordinariū naturam explicat. Sed ego prioribus accedo. Idque praesertim obtinet, cū non plenius siue vberius, no. breuius huius remedio succurratur, quam illo ordinario, si pater ipse voluerit, in cuius voluntate & arbitrio est vtunque remedium. Quam ob rem non obtinet quod scribitur in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. stab. & in c. 2. & ibi gl. in verbo cōfessione. de in integ. rest. lib. 6. & in gloss. vlti. C. si aduer. rem iud. & apud Paul. Cast. in d. l. si filius, loquentem in casu illius l. Pan. in c. ex parte, col. vlt. de rescrip.

Recipiendi. Redit ad principale instituti.

Reuocari & tacite & expressè. d. c. vlt. de dona. & l. a marito. C. de don. inter vir. & vxor. cum fi. cum igitur donans munus sit communi auxilio, & mero iure atque ordinario, cum libitum fuerit, non debet ei tribui auxilium huius l. extraordinarium, aut (si maus loqui cum Tullio, lib. 5. epistol. ad Atticum) extraordinarium, quanquam & extraordinarium etiam sit verbum ipsius Tullij in actione in Verrem 3. non semel, & iterum in 4. & 7. & in oratione ad Pontifices pro domo sua, & in epistola ad Brutum, & in Phil. 3. iterumque in 11. sepius, & in oratione pro P. Sestio, & pro Roscio Comedo. Sequitur, inquam, non competere hoc remedium extraordinarium quidem & exorbitans in iure communi, vt supra plenè probauimus. In causa, la 2. in prin. ff. de minor. cū si. nam & videmus remedium inofficiosa donationis aut testamenti, quod huic est admodum confine & cognatum, non tamen ad eò extraordinarium, nec exorbitans, non competere, vbi alio remedio consulitur. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inof. testa. & §. tam autem, Insti. eo. tit. Idque etiam aliud quoque extraordinarium remedium cōpetit, videlicet restitutio in integrum propter improbabilem donationis enormitatem, aut donantis ætatem non legitimam. l. si filius, & ibi Bal. & l. cum donationibus. C. de inoffi. dona. Ad hoc hæc remedia sunt extraordinaria, vt aliis etiam extraordinariis cedant. Nam & Bal. ex d. l. si filius, no. remedium magis extraordinarium cessare ob minus extraordinariū. Ad quod etiam illū tex. expendit Soc. cons. 177. supra scripti, col. 3. vers. confirmatio ista op. lib. 2. & laf. qui cum tex. dicit ad hoc no. in l. in provinciali. §. sed si in loco, col. pe. vers. vltra Bar. ff. de no. ope. nun. quanquam id non admittit Zafius in suis singularibus intellectibus iuris, quo loco ordinariū & extraordinariū naturam explicat. Sed ego prioribus accedo. Idque praesertim obtinet, cū non plenius siue vberius, no. breuius huius remedio succurratur, quam illo ordinario, si pater ipse voluerit, in cuius voluntate & arbitrio est vtunque remedium. Quam ob rem non obtinet quod scribitur in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. stab. & in c. 2. & ibi gl. in verbo cōfessione. de in integ. rest. lib. 6. & in gloss. vlti. C. si aduer. rem iud. & apud Paul. Cast. in d. l. si filius, loquentem in casu illius l. Pan. in c. ex parte, col. vlt. de rescrip.

Remedium magis extraordinarium cessat ob minus extraordinariū. Quod ab initio nullum est amplius retractari, reuocari, rūpi, infringi, rescindi non potest. I. nā & si sub cōditione. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. Igitur hæc quae reuocat, retractat, infringit donationes, non potest procedere in istis donationibus ex se nullis. Ideo & in simili Pau. Cast. cons. 82. in ista donatione, in 2. dubio. li. 2. hac eadē ratione consuluit, quod statutū requires cōsensum propinquorum in cōtractibus minorum aut mulierum, non habet locum in donatione viri & vxoris, vt pote quae sit nulla & inutilis. de quo nos latius diximus in nostris commentariis cōsuetudinum, in eo §. in quo leges connubiales cōscripsimus, in gl. 3. in 1. q. ad fi. Et hoc quoque confirmatur, quod semper alia vbi sit mentio de re quapiam, videlicet contractu, instrumento, sententia, testamento, & id genus aliis, intelligitur de validis & vitibus. l. 4. §. condemnatū. & ibi doct. ff. de re iudic. & l. 2. §. ff. quemad. rest. ape. cum multis simi. & concord. à me adductis in nostris illis commentariis consuet. tit. 2. §. 1. in gloss. 2. in 2. q. & iterum tit. 29. in §. 1. in glo. 2. in 2. declar.

LIBERTIS. 77

rius in hac ipsa lin 48. quæst. apertè tenet hanc l. obtinere in huiusmodi donationibus, ea ratione motus, quodd vxor donataria, vt est sexus ratio ac natura mobilis, poterit conuolare ad secundas nuptias, & ita filij defraudabuntur. Cui tamen rationi supra respondimus ex Corn. sententia. Sed & in hac sententia videtur fuisse Antro. Rub. consilio in vifo instrumento. vbi nuncupatim loquitur de donatione facta vxori, & praesupponit eam reuocari, nisi aliud obstat, quanquam hanc rem speciatim non disputat.

117 Et pro hac opin. facit vltra rationem Ripa, quod scribit Angel. legum interpres celeberrimus consi. 144. ad primum dico, col. 1. non esse verisimile quod quis diligit vxorem magis quam liberos, magis diligit vxorem quam liberos. Cod. de fideicom. & l. generatim. Cod. de insti. & subst. ita sentiens eas leges ex quibus gloss. hic, & omnes vbi que assumunt de primum tunc rationem & animam huius nostrae l. habere locum etiam in vxore substituta filio, vt videlicet non sit locus substitutioni vxoris, si filio in vxore instituto nascantur liberi. In qua sententia ante Ang. fuit gl. in l. Lucius, & ibi Bar. col. 1. ff. de vulg. & pupil. vbi dicunt non praesumendum patrem praefertere vxorem filio, sed potius filium vxori. & allegat etiam Bartol. dicta l. cum acutissimi, & l. cum auis. ff. de cond. & demon. & idem quoque voluit etiam glo. in l. precibus, in glo. vlt. in fin. & ibi item Alb. col. 3. nu. 67. in fin. & Bald. etiam in fi. C. de impu. & ali. subst. & Bar. in l. 2. in prin. col. vlt. vers. quartò dixi, & ibi etiam recentiores. ff. de vulg. & pupil. Calca. consi. 28. vifo dicto casu, col. 2. versic. quartò idem dicit. Alexan. consi. 68. vifo testamento, col. 3. vers. & pro hoc etiam, lib. 2. Franc. Aret. consi. 40. praesupponit in facto, col. 2. vers. in contrarium. & iterum consi. 167. eodemque vltimo, elegantem & subtiliter, col. 1. quibus locis etiam allegat d. l. cum acutissimi. & ipse Corn. consi. 239. incip. videtur prima facie, col. 2. lib. 2. vbi & citat d. l. cum acutissimi. & laf. in l. si pater, ante fi. ff. de vulg. & pupil. substi. & Steph. Bertr. cōf. 397. ponitur in facto, col. vlt. li. 1. & consi. 40. cuius est simile initium, nu. 3. lib. 2. Ex quo fit quod non ab simili ratione hæc l. qua ex illis legibus deducta est, locum etiam, vt illae, obtineat in huiusmodi donationibus.

118 Verum illae leges, quae illorum sunt vnum aut praecipuum fundamentum, nihil omnino loquuntur de marito & vxore, & cōtra ea que dicunt, in d. l. pater pugnat id quod dicit Bar. sibi in hoc cōtrarius, in l. pater Seuerinā. §. Socrus. ff. de cōdit. & demon. coniuges se inuicè plus diligere, quam proprios filios. Cui subscribit text. in l. lex que tutores, vers. flex enim non solum. C. de admi. tut. & quod per illum tex. dicit Bal. in d. l. precibus, col. 5. vers. quid ergo si petiit non idoneos. C. de impub. & ali. subst. Et quod apud Quintilianum iuniorem, si is est, decla. 6. pater quispiam dicit, Filium & virum habere non poteras, reddidit tibi quae magis amabas, scilicet virum. Nam subdit: Siste iam lachrymas, maritum reducem & incolumem accipe. Et quae supra diximus in prin. huius q. Ideoque & Fran. Ripa qui vtranque op. diuersis in locis secutus est, vt supra diximus: alicubi tamen de hoc dubitauit, videlicet in hac ipsa, in l. 14. quaestione. in fin. Adeo sibi malè constat in hac re.

119 Nec omiserim quosdā, vt audio, esse maximi in Gallia nominis, qui de hac re consulti responde-re id esse superuacuum querere, quoniam huiusmodi donationes quae morte confirmantur, habeant vim relicti siue donationis causa mortis aut vltimae voluntatis, per not. per gl. & docto. in auth. ex testamento. C. de colla. & in l. filiae cuius. C. fami. hercis. & in l. vlt. C. de vfu. pro donat. & in l. 2. §. filium, in

Nō est verisimile te- statorem magis dili- gere vxorem quam liberos. Haec lex habet locū in vxore substituta filio. Contrariū prioribus.

Effectus donationis inter virū & vxorē.

verbo, pro hærede, & ibi Ange. ff. de vñca. pro hæred. & Bal. confi. 29. casus, vir donauit, col. 2. versio. l. utio istam quæstionem, lib. 1. In quibus negant locum esse huic l. Quos satis refellit ea ratio, si nulla alia esset, quod donationes factæ in vltima voluntate aut causâ mortis inter virum & vxorem, iam ab initio valent, vt quæuis alia donatio facta causâ mortis inter extraneos: vt de vltima voluntate est text. in l. vlt. ff. si quis ali. testa. prohi. & in l. 2. & ibi glo. Barr. & alij ff. de dot. præleg. & in l. 1. §. pen. ff. de hæred. instit. & in l. vxori vsufructum. & l. vxori meæ. ff. de vsufru. leg. & in l. vxori, in prin. & in §. 1. ff. de leg. 3. & in l. si ita scriptum, in princ. ff. de lib. & posth. & in l. vlt. C. de instit. & subtit. & authen. præterea, in fin. C. de vnde vir & vxor, & l. 1. §. sciendum. C. de rei vxor. actio. & in c. si pater. & ibi Pet. Anch. in 4. not. de testa. lib. 6. & voluit Bald. in l. 1. col. 10. versio. de essentia. C. de summa trinit. & Rom. confi. 39. in proposita quæstione, col. 1. versio. quinto quia video. Soc. confi. 75. difficultatem, col. 1. li. 3. & Philip. Dec. 340. quæritur in effectu, in princ. & doct. vbi que.

Confirmatio eius

129 De donatione autem causâ mortis, est tex. in l. sed interim §. 1. & in l. vxori suæ, & in l. si eum seruum, §. vlt. & l. si eum qui §. ex quibus, & in l. quod autem §. vlt. & duabus l. seq. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. & in l. si mulier, in princ. ff. de leg. 3. & voluit Paul. Cast. confi. 61. notandum est primò quod licet, post prin. li. 2. & iterum confi. 75. notandum est quod præfatum, in fin. eo. li. 2. & Alex. qui hoc asserit indubitanter procedere, confi. 152. in causâ & lire, col. 3. ver. etiam si recte, li. 6. & Corn. cõf. 124. licet in hac consultatione, col. 1. li. 4. Franc. Aret. confi. 74. diligenter & maturè, col. 2. versio. secundò quia si ista, & col. seq. ver. non obit. præmissis. & Philip. Dec. confi. 196. in casu propositio, col. 1. versio. sed tamè his non obstantibus. Quamquam in hoc vltimo fuerunt qui diuersum censuerunt, vt plenè tetigimus in nostris commentariis in consuetudines Pistonum. tit. 14. §. 10. in gl. in 8. fal. Sed ij quidem errant toto cælo, quâdo pro priori sententia inter alios tex. vnus sit omni luce clarior in d. l. quod autem §. vlti. cuius hæc verba sunt, inter virum & vxorem mortis causâ donationes receptæ sunt. Et si hoc esset dubium, quod minimè est, tamen satis constat donationem inter virum & vxorem non semper habere vim, quam habet donatio causâ mortis: nam illa per solam rei donatæ obligationem reuocatur. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & l. si maritus tuus. C. eod. & l. Mænius §. fundo. ff. de leg. 2. Hæc autem minimè secundum Ioan. Fabrum, in §. rescripserunt, Instit. de legat.

Donationes inter virum & vxorem habent vim legatorum

121 Non negauerim tamen hanc donationem inter virum & vxorem in quibusdam habere vim legati aut fideicommissi, quod iam supra diximus, vt quoniam morte confirmantur, in ea sit locus Falcidiae, sicuti in legato. l. cum hic status. in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. in donationibus. C. ad l. Falcid. Sed hoc sanè non trahendum est ad omnes casus, vt iam ex iam dictis constat. Et quia etiam videmus quod licet text. in dict. l. in donationibus, nuncupatim dicat, quod hæ donationes funguntur vice fideicommissi, tamen non veniunt in fideicommissum vniuersale, nisi sint in testamento nominatæ, vel id nominarim sit dictum. l. sequens quæstio. & ibi Barto. qui cum text. dicit sing. & alij. ff. de leg. 2. & voluit Bal. in l. 1. in 2. lect. col. 3. eo. tit. & in d. l. in donationibus, & ibi quoque Barb. in addi. illius, qui etiâ dicit sing. ad hoc d. l. sequens quæstio, & ibi item Corn. qui ex hoc dicit id quod supra diximus, videlicet eum tex. in d. l. in donationibus, non procedere quantum ad omnia. & idem Bald. post Dyn.

in l. filium, col. 8. versio. secundo op. C. famil. hercisif. & Angel. qui etiam illum text. dicit sing. in l. vlt. ff. de vsucap. pro hæred. & ante hos Ioan. And. in addi. Spec. tit. de dona. §. 1. col. 2.

Differentia huiusmodi donationum à legato, sine fideicommissio.

122 Nam & in aliis multis casibus differunt huiusmodi donationes à relicto siue legato, aut fideicommissio. Nam primò, hæ donationes (quod iam diximus) reuocantur per solam rei donatæ obligationem, non etiam legata. l. 3. C. de lega. §. si rem. in. sit. eo. Secundò, in his donationibus requiritur traditio aut vera aut ficta. l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor. De qua tamen latè diximus in nostro tractatu constituti, in 1. parte, nu. 48. hinc etiam fit, & nu. 52. nec interim, non item in legato aut relicto, aut alia vltima voluntate. l. à Titio. ff. de furt. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & l. 1. in fi. cum l. seq. iuncta glof. de public. in rem actio. & l. si mortis causa donatio, in verbo, vendicare, & ibi gl. ff. de donatio. causa mor. cum aliis concord. adductis ab Alex. in l. 2. ff. de lega. 1. & voluit etiam Spec. tit. de donat. §. 1. col. vlt. versio. donataribus. Bald. in l. si mortis. C. ad leg. Falcid. & in l. vt hæredibus. ff. de leg. 3. & in l. si emancipatis. C. si quis alteri vel sibi. & Ang. in l. 1. col. 3. in authen. de hæred. & Falcid. & Franc. Aret. confi. 74. diligenter & maturè. col. pen. venio ad quartum. & satis declaratur ex nor. per Barr. & alios in l. 2. ff. de donat. cau. mort. cum simi. Tertio hæ donationes non requirunt additionem hæreditatis, glo. in d. l. filia cuius, in glo. 1. in fi. C. famil. hercisif. & ibi docto. ex quibus Ange. negat esse meliorem in iure, sed & eam dicit not. & sing. quâquam alia est in l. post legatum §. qui mortis, in verbo legatario, in fin. ff. de his quib. vt indig. & voluerunt etiam docto. in dict. auth. ex testamento. C. de collat. Bar. & Bal. in l. 1. per illum tex. C. de donat. inter vir. & vxor. & Bald. in l. 2. §. si quid. ff. de condit. indeb. & in l. 1. in 2. lect. col. 3. ff. de leg. 2. & Pet. Jacob. tit. de in integ. resti. vt pos. agi. rescif. perso. acti. char. pen. versio. secundo differunt. Et est bonus text. in d. l. sequens quæstio, vbi hoc not. Bar. & Bald. ff. de leg. 2. Legata autem necessariò requirunt additionem. l. eam quam, & ibi not. C. de fideicom. & l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. cū sim. Quarto, huiusmodi, donationes requirunt insinuacionem, si excedunt quintos aureos. l. donationes, que est antep. C. de donat. inter vir. & vxor. & tenet Per. Jacob. vbi supra. & Bal. in dict. auth. ex testamento, col. 2. versio. cõclude ergo quod simplex. C. de collat. & Saly. in l. illud. circa medium, eod. tit. Non etiam legata, vt per Bal. in d. auth. ex testamto, vbi supra. & Petr. Jacob. tit. de condi. ex leg. quæ pro re dona. compe. col. 3. versio. item nec in vltima, sicuti nec donatio causâ mortis. l. vlt. & ibi Bart. Bald. Saly. & Ang. C. de donat. caus. mort. Quintò, ex his donationibus nõ oriuntur tres illæ donationes que dantur pro legato ex l. 1. C. commu. de leg. secundum Bal. in d. auth. ex testamto, vbi supra. Sextò, in confiscatione bonorum donatoris non veniunt res donatæ inter virum & vxorè, sicut res legata. l. sed si mors, in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. quem ad hoc dicit vnicum in iure Bal. in l. executorum, col. 10. versio. quæro, quidam timens. C. de exec. rei iudic. & in sua marga. in verbo, donatio, col. 2. versio. donatio quæ morte confirmatur. & Paul. Cast. in l. post contractum, in vltim. verbis. ff. de donat. & las. in l. si stipulatus fuerim. §. 1. col. pen. in princ. ff. de verbo. obliga. Est tamen illi similis in l. res vxoris, & ibi not. Ang. C. de dona. inter vir. & vxor. & in l. 3. §. sed vtrum, versio. nec eo mouemur. & ibi not. ff. de minor. & voluit etiam Bart. in d. l. post contractum, col. 3. versio. & prædicta vera, & ibi recentiores. & Bal. in d. authen. ex testamento, vbi supra. Septimò, quia quando hæ donationes confirmantur morte,

Legata nec cessariò requirunt additionem.

retro

Donatio inter virum & vxorem retrotrahitur quo ad dominium.

retrotrahuntur ad tempus donationis. d. l. antepen. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. si mortis causa inter. ff. de dona. cau. mort. & l. si is seruus, & ibi Bart. ff. de donat. inter vir. & vxor. Non item legata. dict. l. antep. & iterum l. ex verbis, & ibi Bal. in prin. C. eo. tit. Quod tamen intelligas, vt illa donatio retrotrahatur quò ad dominium, sed non quò ad fructus, vt not. in d. l. antep. & in l. talis scriptura. §. vlt. per glo. & doct. ff. de leg. 1. & per Bal. in l. si eum seruū. §. inter virum. ff. de donat. inter vir. & vxor. Paul. Cast. in d. l. si mortis causa. Licet sit secus in donatione causa mortis. l. si mulier, quæ est 3. §. sed si habenti, & ibi Bal. ff. de leg. 3. Ex quo etiam vides aliud discrimen inter huiusmodi donationes. Sed tu tamen hic vide Bar. in l. 1. §. 1. ff. de vsuc. pro dona. Bal. in l. vlt. col. 1. versio. modò quæritur. C. eod. tit. Ang. in l. sub conditione, circa medium. ff. de sol. & Fran. Aret. confi. 17. consideratis, col. 8. versio. venio nunc ad secundum. Oportet autè, hæ donationes confirmantur morte ciuili. donantis. d. l. res vxoris. & ibi Ang. & d. l. sed si mors. in princ. ff. eo. & Io. And. in c. vlt. & ibi quoque alij, præsertim Iac. Zoch. qui hoc plenè disputat, extra de dona. inter vir. & vxor. & Bartho. Cepol. hæc sunt magna ex parte, in l. vltim. col. 23. in paruis, versio. & huiusmodi donator, cum multis seq. C. de vsuc. pro don. & omnes propè, quos citauimus in 6. differentia. Aliud in legatis, l. eius qui. ff. de testam. Nonò, in huiusmodi donationibus nec traditio quidem valet, vt scilicet ex ea transferatur dominium. l. 3. §. sciendum, & ibi Bal. ff. de dona. inter vir. & vxor. At in legato secus, per l. Lucius, le 1. ff. de leg. 2. & latè diximus in d. tracta. constit. in 2. parte amplia. 23. Et idè de donatione causa mortis tradit Bal. in l. si eum. §. inter vir. ff. de don. int. vir. & vxor. Decimò, quia in istis donationibus sufficiunt duo testes: in legatis autè aut septè aut quinq;, iuribus vulgatis: & hanc differentiam ponit Per. Iac. vbi supra, de in integ. resti. & c. Ex quibus planè constat quòd supra diximus, non rectè inferri ex legato siue relicto ad donationem inter virum & vxorem. Nec tamen tam certum arque indubitatum est, quàm illi existimant, id videlicet, non esse locum huic l. in donatione causa mortis aut in legatis, vt patet ex his quæ diximus in verbo, donatione largitus. in 13. quæst. & seq. in quibus hæc latè tractabimus.

In donatio nibus inter virum & vxorè traditio nõ est modus effectus trans ferendi dominium.

Tria libertorum genera.

Ciues Romani.

Latini.

Dediticij.

123 Et hæc huius glossæ finis esto, dum priùs aliquid de huiusmodi libertorum appellatione dixerimus, quod ad multorum in iure nostro locorum interpretationem pertinet. Caius, si is est, lib. 1. institutionum. c. 1. tria libertorum genera fuisse tradit. Nam aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dediticij. Ciues Romani sunt, qui iis tribus modis, id est testamento, aut in ecclesia, (ita enim vulgò legitur, id quod de autoris nomine inter alia multa me dubium facit. Alciatus autem æde sacra legit) aut ante consulem fuerint manumissi. Latini sunt qui per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Dediticij verò sunt, qui post admiffa crimina supplicij dediti, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie vel corpore quæcunq; indicia aut igne vel ferro impressa sunt, & ita impressa, vt deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, Dediticij appellantur Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo Ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunq; personis succedere possunt. Nam & Latini & Dediticij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vendicare. Tamen Latini certis rebus priuilegia Ciuium Rom. libertorum cõ equi possunt Dediticij verò nulla ratione possunt ad ciuili Ro. libertorum beneficium

peruenire. Nã Latini patronorum beneficio, id est, si iterū ab ipsis aut testamto, aut in ecclesia, siue vt legit Alciat. æde sacra, aut ante cõsulem manumittuntur: ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Hæc ille. Ex quibus est illud Aufonij:

Triplex libertas, capitissq; minutio triplex.

Et ex iis quidem darur lumè Cornelio Tacito scribenti lib. 13. eos qui vindicta manumissi non essent, aliquo velut seruitutis vinculo teneri. Ex quo potes intelligere solos vindicta manumissos, Ciues Romanos fuisse. De qua re etiam scribit Alexander ab Alexandro, vir & legum & literarum humanarum doctissimus, in lib. genialium dierum 4. c. 10. De his autem tribus libertorum generibus habes in iure nostro. C. de dedi. liber. tol. & tit. seq. de latina liber. tol. & in §. libertinorum, Instit. de liberti. & in §. vlt. Instit. de success. liber. & in auth. vt liber. de cætero §. 1. In quibus locis eas differentias Iustinianus sustulit. Tu autem interim vide Angelum Politianum, qui Miscellaneorum centuria 1. c. 83. quædam adducit ex Græcis institutionibus huc admodum pertinentia.

Triplex libertas.

Orcini liberti.

124 Nec prætermiserim Orcinos quosdam libertos in nostris legibus memorari, vt in l. iur. tela §. plane, in 2. locis. ff. de legit. iur. & in l. duo socij §. ff. de hered. instit. & in l. 4. §. hi qui ad libertatem & iterū in l. cum quasi §. quærendum. ff. de fideicommiss. liber. & in l. si is qui, in 2. locis, eod. tit. & in l. 2. in princ. ff. de statulib. & in l. dominus seruum, in prin. duobus locis. ff. de pecu. leg. & in l. 2. §. per contrarium. ff. de dot. præleg. & in l. qui ob necem. ff. qui sine manu. ad liber. per. & in l. cum testamentum. C. de iuris & fact. igno. & in l. directis. C. de testam. manumiss. & in l. 1. §. sed & si sub conditione. C. de Lat. libe. tol. & in §. qui autem. Instit. de sing. reb. per fideicom. relicto. Nec tamen satis apertè intelligitur qui ij sunt. Nam glo. in d. §. hi qui ad libertatem, exponit Orcini, id est testatoris. Et similiter glo. in l. testatario §. quòd si necem. ff. de suis & legi. hæred. & in l. 2. C. de munic. & orig. lib. 10. Glo. autem in d. l. dominus seruum. & in d. §. plane, & rursum in d. l. qui ob necem, itemque in l. cum verò §. subuentum, in verbo, directo. ff. de fideicom. liber. dicit eos esse Orcinos, qui directò manumissi sunt. id quod etiam voluit gl. in §. 1. in verbo, aditu, & in glo. seq. Instit. de eo cui liber. caus. bon. addi. vbi & illud quoque dicit quod glo. superior. Sed & gloff. in d. l. cum testamentum, dicit Orcinum sic dictum ab orco, id est manumissum ab eo qui tendit ad orcum, siue ad mortem. vel ab orthos quod est recti, quia directè est manumissus. Quod & idem dicit glo. in d. l. directis. C. de testam. manum. vbi subdit hinc orthodoxum dici. & etiam glo. in d. §. qui autem, vbi præterea dicit quòd potest dici ab orce, id est capio, qui multa capiunt manumissi in testamento. Alexander ab Alexandro in opere nuper citato lib. 3. cap. 25. scribit quosdam arbitrari orcinos libertos esse quos testator post obitum libertos esse iussit, ita vt hæres patronatus ius haberet, non ipse testator: nec aliud dicit. quod est contra primam illam glo. & tex. in d. §. qui autem, quem postea subiiciemus. Alciatus lib. Prætermissorum primo tradit Orcinum libertum dici, qui directam libertatem accipit, & quosdam ita dici idcirco tradidisse, quòd ab his manumittantur, qui ad orcum tendunt. Sibi autem placere vt orthinum legamus, quoniam b̄ d̄ d̄ directum significat. hinc orthodoxi, qui rectæ sunt opinionis in diuinis. Tameñ in Græcis scholis iuris ciuili etiam b̄ p̄ ī c̄ d̄ ī ē b̄ r̄ ō s legatur, id est orcinus libertus, non orthinus. Cælius Rhodiginus lib. antiquarum lectionum 6. cap. 13. prioris editionis, & lib. 10. cap. quoque 18. posteriors, Orcinos libertos, inquit, iure consulti ipsius

Orcinus libertus, unde dicitur.

testatoris interpretantur, qui iam fit in Orca familiam ascriptus, & in peculio Proserpinæ connumeratus, quod iisdem prope verbis ante eum scripserat Beroald. in commentariis Apuleianis lib. 3. & nouissimè quoque voluit vir eruditissimus Gyraldus de Diis Gentium, lib. 6. vbi de Plutone disserit, qui Orcus quoque dictus est. Nostri legum interpretes passim videntur intelligere Orcinos dictos qui directam libertatem nanciscuntur: vt præter glo. vbi supra, voluit Benedic. de Plumbi. in l. si cui. ff. de fideicommiss. lib. & in d. l. 2. ff. de statuliber. dum trahit text. illos loquentes in Orcino ad libertatem directam. Et Alber. in suo lexico, in verbo. Orcinus, dum allegat illas glo. Ioan. Fab. in d. l. directis. C. de testam. manumiss. Paul. Castr. in d. l. cum testam. C. de iuris & fact. ignor. & ante hos Azo in summa tit. de testam. manumiss. post princ. Cuius hæc propemodum verba sunt. Directo quis videtur relinquere libertatem, cum non ab alio seruum manumittit rogat, sed velut ex suo testamento ei libertatem vult competere. Et dicitur talis seruus Orcinus, quia manumissus est ab eo qui tendit ad Orcum, vel ab orthos, quod est rectum, quod melius. Hæc ille. quæ aperte videtur probare text. in d. §. hi qui ad libertatem, cum dicitur, vt qui directam libertatem acceperunt, Orcini sint liberi. Et in d. §. qui autem, vbi ita scribitur, qui ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiã si testatoris fit seruus, sed eius qui manumittit. At is qui directò testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam Orcinus appellatur. Et in d. §. querendum, sic quoque scribitur, Erit igitur libertus Orcinus, non eius qui fideicommissariam libertatem debebat. Quinetiam scribitur in l. hi quibus. C. de fideicommissi. liber. quod hi quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquuntur, eorum liberti efficiuntur, à quibus manumittuntur. Cæterum in d. l. cum testamento. C. de iuris & fact. ignor. fit discrimen inter libertum Orcinum, & proprium ipsius hæredis. vbi & hoc annotat Paul. Castr. Et hæc quoque satis declarat d. l. directis. Ex quibus constat Orcinum dici liberum testatoris, quoniam ei ex ipsius testatoris sola dispositione ipso iure libertas competat, non expectato aliquo facto, aut etiam voluntate hæredis: licet secus sit in fideicommissaria: vt etiam probatur in d. §. subuentum, atque etiam in l. si seruus, & l. si ancillam. C. de fideicommissi. libert. & in §. directo, Instit. de sing. reb. per fideicom. relict. vbi ita scribitur, Directò libertas tunc dari videtur, cum non ab alio seruum manumitti, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult. Cæterum paucis ante diebus in lucem editus libellus, cuius titulus hic est, Tituli ex corpore Vlpiani, in quo & tit. eius de 2. hæc scripta sunt: Is qui directò liber esse iussus est, Orcinus fit libertus: is autem cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Ex quibus planum fit non esse veram illam sententiam quam Alexander ab Alex. retulit. Sed ex iis omnibus propè iuribus de Orcino loquentibus vides Orcinum fieri ex testamento, vt non abs re dici possit vel Orcinus ab Orco, vel Orthinus à directo. Porro Petrus Crinitus in quadam epistola ad Alexandrum Sartium, cuius initium est, Nimis tu mihi, scribit inter capita secundæ Cæturie Angeli Politiani, quam in lucem morte præuentus non edidit, vnum fuisse de seruis Orcinis, nec aliud addit.

PATRONVS.

A E C Lex igitur loquitur in masculini genere, cum dicit, patronus. Ex quo videri posset non habere locum in femina donante, cum sit exorbitans, vt

fatis supra post principium gloss. præcedentis diximus & probauimus. Ideoque in masculinum non concipit foeminum, iuxta doctrinam glo. in l. si ita scriptum sit. ff. de leg. 2. Bart. & aliorum in l. i. ff. de verbo. signific. cum multis concord. à me congestis in tracta. primogenituræ in 10. quæst. & latius in tracta. retractuum. tit. 1. §. 1. glo. 9. in verbo, ou lignagier. numc. 186. ad hæc istud, & aliis multis ibi designatis. Tu die tamen contrarium, quia licet hæc l. sit exorbitans, est tamen fauorabilis, & non odiosa, vt etiam in præcedenti glo. diximus versic. 61. incipiente, igitur vt repetamus. Ideoque in ea masculinum comprehendit foeminum, quando etiam in odiosis, modò non sint contra rationem, id procedat, vt per Bar. vbi supra, cum multis ac propè infinitis si. quæ in dd. locis aggregauimus. Et quia etiã videmus, quòd alia lex in casu non longè ab hoc distanti, & ex qua & similibus hæc l. dexturatur, vt iam supra sæpius diximus, videlicet l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. quæ de patre tantum loquitur, ad matrem quoque trahitur, per glo. Odofre. Cy. Ang. Fulgo. Corne. Guid. Pap. Iaf. Philip. Dec. & omnes præter Christo. Castell. in ea ipsa l. & Bart. Imo. & Rapha. Corn. in l. cum auus. ff. de cond. & demon. Saly. in l. cum acutissimi, & ibi etiã Barba. in repe. col. 40. versic. sextò istud summarium. C. de fideicom. Perr. Iacob. in sua practica tit. de materia decret. si pater, de testam. li. 6. char. vlt. versic. nunc extra materiam. Corne. consil. 197. non alienam, colum. pen. versic. & quòd ab identitate, lib. 3. Franc. Aret. in l. 2. in fin. C. de inoffic. testam. Guid. Pap. consil. 51. factum tale est, col. 2. versic. & licet. Socin. in repet. d. l. cum auus. col. 29. versic. ex quibus infero vnam nouam. ff. de cond. & demonstra. Phil. Dec. consil. 391. in casu proposito, col. 2. & cõsi. 416. in testamento illustris, col. 1. ideo passim vides mus docto. in casu l. nostra consulentes sæpissime ponere casum in donatione facta à muliere, nec aliquid de ea re disputant, tanquam id illis nullo modo sit dubium. Habemus autem text. expressum, appellatione patroni & patronam contineri, in l. patroni. ff. de verb. signifi.

2 Non prætermiserim tamen patroni appellationem non tantum eum significare, qui seruum manumiserit, qui postea libertus eius dicitur. In qua significatione hic ponitur, quæ admodum in nostro iure vulgaris est, & vnde est titulus de iure patronat. & de quo Plautus in Asinaria,

--- Magis decorum est, Libertum potius quam patronum onus in via portare. Text. autem in l. vlt. versic. si verò quidam. C. de testam. manu. aperte ostendit hoc interesse inter appellationem domini & patroni, quod inter seruum & libertum, dum dicit, & quem patronum fallere noluerint, dominum suum & forsitan acerbum sentiant. Sed & in nostris legibus patronus aduocatus dicitur. l. velameto, & l. quisquis, in prin. C. de postul. l. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. & l. sancimus. eo. tit. vbi aduocatus fisci dicitur patronus fisci. & alibi sæpe. Quamquam Afconius Pædianus in diuinationem Tullij, hoc dicit interesse inter patronum & aduocatum, quòd qui alterum defendit in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commendat amico. Et quòd sit quoddam discrimen inter patronum & aduocatum, aperte ostendit cap. in quibusdam, extra de poenis. & c. singulis, col. fin. extra de statu monach. & illud Tullij in 2. in Verrem actione. Nunc quòd eiusmodi iudicia sint, tantum vnumquemque conferre quantum sibi patronis, aduocatis, prætoribus iudicibus futurum sit, &c. Erant apud veteres Romanos patroni, in quorum fidem tutelamque ac clientelam sese conferebant

nante, Masculinum an est. quado concipiat foeminum.

Patroni appellatione.

ferrebant provinciales sociisque pop. Romani, & ciues quoque ipsi, qui ob id clientes dicebantur. De qua re longè latèque diximus in nostris commentariis consuetudinum, tit. 4. §. 1. in gloss. 1. vbi & nos ipsi aperte ostendimus, hinc feudorum, quæ vocamus, iura orta esse. Ex quo & vasalli, quos appellat, alicubi clientes dicuntur in ipsis feudorum constitutionibus: vt in c. 1. in prin. & iterum in §. in de potest. tit. de ali. feud. & in c. 1. tit. de conten. inter dom. & fid. de inuesti. feud. Vnde etiam in nostris legibus clientes dicuntur respectu aduocatorum, in l. properandum, ad finem, C. de iudic. quoniam ex Plutarchi autoritate in Romulo, patroni illi suis clientibus litigantibus in obtinendo iure suo & causæ autores & patronos sese præbebant. Tu autem omnino vide quæ scripsimus vbi supra signauimus, ne hic iterum repetamus. Dicuntur & patroni à Canonibus, qui beneficia (quæ qui purius loquuntur, sacerdotia appellant) vel fundant, vt nostri loquuntur, vel augent, de quibus est titulus in decret. de iure patro. Sed & denique dicebantur patroni respectu colonorum, vt patet ex l. Valent. & Valentis imper. in Codice Theodosiano, sub tit. Ne colonus inscio domino &c. Cuius hæc verba sunt, Nò dubium est, colonis arua quæ subigunt, vsque adeo alienandi ius non esse, vt si qua propria habeat, inconsultis atque ignorantibus patronis in alteros tranferre non liceat.

FILIOS NON HABENS.

Argumente à contrario sensu probatur non esse locum reuocationi donationis. Eiusdem confirmatio.

T Gitur si cum donat, filios habet, non reuocatur donatio ex aliorum natiuitate, arg. huius l. à contrario sensu, quod in iure fortissimum est. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. est iuridict. & quia etiam si filios habet qui donat, sumus extra terminos huius l. exorbitantis quidem in suo casu à iure communi, vt supra sæpius dictum est, propterea & hic casus ab ea omittitur habetur pro omisso, & reuocandus est ad ius commune. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrimo. cum simi. quod quidem ius commune aliàs statui donationes fore perpetuas, & irrenocabiles, vt latè diximus in glo. in verbo, libertis, versic. 19. incip. tum secundo. Et ad idem facti text. in c. vlt. 17. q. 4. vbi sunt similia verba. Et est optima vtriusque ratio differentie. Nam & cū quis habens filios nihilominus donat, quemadmodum voluit præferre extraneum filiis iam natis, quos non ignorabat, ita & verisimile est quòd etiam prætulisset nascituris, si de eis cogitasset, quia maior solet esse affectio erga filios, qui iam sunt in rerum natura, quam in nascituros, vt nos docet experientia optima rerum magistrat. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. & l. 2. C. vt in possess. lega. & c. quàm sit. in prin. de elect. li. 6. & asserit Barb. in repetitio. l. cum acutissimi, col. 2. & iterum col. 25. C. de fideicommissi. & consil. 60. illud asseram in medium, col. 3. lib. 2. & inter consil. Alex. consil. 52. circa hanc dubitationem, col. 2. lib. 4. & Marian. consil. 23. circa prædictam consultationem, col. 3. vterque per not. per Bar. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. Et de hoc est bonus text. quem neuter allegat, in l. qui filibus, in prin. iuncta glo. & ratione ibi reddita per Dyn. & approbata per Bal. Imo. Rapha. & Paul. Castr. & Alexan. ff. de leg. 1. & in l. qui quartam. §. 1. ff. eo. tit. Et hoc quoque affirmat Bart. in l. si cum dotem, in prin. col. vlt. ff. solu. matrim. & consil. 227. mater dedit dotem, circa medium, per d. l. qui filibus, & in l. Publius. §. vlt. ff. de condi. & demonst. & Bal. in l. si quis filibus. ff. de testa. tute. & in l. Titius, in si. princ. & ibi quoque Angel. ff. de libe. & posth. & idem Bal. consil. 156. clausula codicillaris, col. 1. lib. 2. & Imo. consil. 113. in causa quæ verti-

tur, col. 1. in fi. Rom. consil. 231. præmissorum, & cõf. 408. in proposita quæstione, col. 1. versic. quintò ad idem Alex. consil. 29. præclare subtiliter, col. 3. versic. non obstat etiam prædictis, lib. 3. & consil. 103. circa primam dubitationem, col. 3. versic. secundò respondeo, lib. 3. & Corne. consil. 239. videtur prima facie, col. 3. lib. 2. Steph. Bertr. consil. 328. quia tempore, nu. 3. lib. 3. & Fran. Curt. senior conf. 45. statuto seu consuetudine, col. 5. versic. octauò. & Iaf. consil. 140. colum. 8. versic. tertio facit, lib. 2. & consil. seq. in ista difficillima, col. 6. versic. quarto facit, & consil. 154. testator habens. col. 4. versic. tertio quia testator, lib. 4. & Anto. Rubeus consil. 31. præsupponitur in facto, col. 1.

2 Quod & hinc liquidò apparet, quòd non est tantus parentum amor, non tanta affectio in liberos recens natos, quàm in paulò ætate maiores: nec in hos, quàm in proeuctiores: crescit enim cum ætate liberorum, & amor parentum, vt quòd sunt annis maiores, eo impensius diligantur, vt scribit ille Rabi Moyfes Aegyptius, vir in rebus naturalibus & sacris Bibliorū libris peritissimus, in libro, qui dux dubitantium inscribitur, tertio, cap. quinquagesimo, vbi hanc inter cæteras rationem reddit, cur antiqua lege Hebræorum præceptum est, infantes statim, id est octauo die circuncidi, vt patet Gene. 18. & Leuiti. 12. quoniam scilicet amor parentum adhuc leuis est & debilis. Quòd si infans ad multum tempus cresceret, parentes non tam facile eos circuncidi ac mutilari permitterent, crescente scilicet eorum amore cum ætate liberorū. Ex quo consentaneum est, & in eos qui nondum nati sunt, non adeò parentes affici.

3 Et ita, videlicet l. nostram, vt tandè ad eam redeamus, non habere locum cum quis donat iam habens liberos, tenet Iacob. Butr. vir non infimæ apud nostros autoritatis in l. 1. C. de inoffi. donat. quæ sequi videtur, dum illum simpliciter allegat, Philip. Cor. consil. 11. cuius hoc principium est, in præsentia consultatione, col. 3. versic. ideo videtur velle, lib. 3. Et idè quoque voluisse videtur Paul. Castr. consil. 435. incip. super hoc puncto plura videntur, col. 2. versic. tertio facit, lib. 2. & ante illum Ioan. Fab. quem vnū, si opus sit, multis non verebor opponere, in hac ipsa l. vbi & hoc dicit expressum videri in d. c. vlt. 17. quæst. 4. & nouissimè Phil. Dec. in l. posthumo. in addit. col. eiusdem addit. 2. C. de bon. poss. contra tabu. vbi & hoc dicit se consuluisse & Steph. Bertr. consil. 227. in re sua, col. 3. versic. etiam donationi, li. 2. dum dicit quòd licet testamentum sit nullum propter præteritionem filij iam nati, non tamen idem reperitur de donatione, imò potius contrarium, in auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. & d. l. 1. & l. 2. & l. si totas, & l. si liqueat. C. de inoffi. dona. Quibus pater hoc casu donationem, si immensa sit, rescindi vsque ad legitimam.

4 Et simile quippiam voluit Bal. in d. l. Titius, in si. prin. & ibi quoque Ang. & Fran. Aret. col. 3. ff. de libe. & posthum. vbi tractantes, an per auth. ex causa. C. de liber. præter. conseruantur legata rupto testamento natiuitate posthumi ignoranter præteriti: Aut testator, inquit, nullum habebat filium, nec habere sperabat, & non cõseruantur, quia non est verisimile quòd testator voluerit præferre legatarios filiis. l. cum acutissimi. C. de fideicommissa. Aut testator habebat filios, & nihilominus legauit, tunc licet postea nascantur alij filij, conseruantur tamen legata: quia ex quo testator grauauit iam natos, idem videtur sensisse de nascituris, ad quos minor solet esse affectio: & si de his testator fuisset interrogatus, aut cogitasset, idem cerè verisimiliter disposuisset. l. talis pactum. §. vlt. ff. de pactis. Et hoc quoque voluit ipse Bald. in l. filio præterito, col. 2.

Maior est affectio in liberos aetate maiores, quàm in recens natos.

Ratio anti qua legis Hebræorū de circuncisione.

Autores tenentes hæc opin.

Confirmatio eiusdem.

Pluto Orcus dicitur.

Institutionum Vlpianum hæc de re locus.

Lex nostra an habeat locum in femina do



col.2. ff.de iniust. testa. & sequitur Alexan. in d. athen. ex causa. & consil. 142. circa primam dubitationem, col. 4. versic. pro quo adde, lib. 2. & consil. 50. circa primam dubitationem, col. 3. versic. secundò respondeo, lib. 6. & Corn. consil. 158. pro decisione, col. 10. versic. secundò limitatur, lib. 2. & consil. 244. videtur prima facie dicendum, col. 6. versic. præterea quando quis legat, col. 1. 2. & consil. 54. duo in pñcto, col. 2. versic. tamen passus, li. 3. & consil. 133. in hac consultatione, col. 3. li. 3. & Bertran. consil. 225. ponitur in facto, col. 2. versic. & supposito, lib. 2.

De eadem re.

5 Similitèrque l. cum auus. ff. de condi. & demon. & similes, ex quarum visceribus hæc lex de prompta est, vt sæpe diximus, non habet locum in filiis natis tempore testamenti, vt voluit Roma. consil. 370. in proposita consultatione, ad si. per l. sicut certi, & l. si cum in vtero. C. de testa. milit. & idem tenuit & latè probauit Barb. in dict. l. cum acutissimij, col. 2. & l. 5. seq. C. de fideicommissi. Idem quoque tradit Socin. latè in repet. d. l. cum auus, col. 35. versic. extra Bar. & multis seq. per 3. col. vbi ita dicit consuluisset, vti fecit etiam latè consil. 191. licet difficultates, lib. 2. & Carol. Ruin. consil. 77. in facto, col. 5. num. 14. lib. 2. vbi ita dicit tenuisse modernos Perusinos & Scenenses in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subdit. Sed aduerte, quantum ad hanc rationem, multi tenuere contrarium, & inter ceteros Rapha. Com. in d. l. cum auus, & latè Ioan. Bapt. Calca. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subdit. vbi dicit etiam in hanc partem consuluisset ipsū Raph. Com. Maria. Soci. & Thomam nescio quem, & ita certè consuluit ipse Maria. consil. 23. circa prædicta, & Cornel. etiam latè consil. 197. non alienam, lib. 3.

Qui contrariū sentiant.

6 Verum contrarium in casu l. nostræ aperte voluit Bal. hic in 2. lec. cuius hæc verba sunt: Quid si pater vnicam filiam viuentem haberet, & donauit extraneo substantiam aut partem eius, deinde postea filij sibi nasciturus talis donatio reuocatur? Ista quaestio fuit pridie de facto. Et videtur quod non, quia hic litera loquitur quando donatio fit per patrem cum filios nullos habebat: hic autem habebat filium vnum. Tu dic quod ob identitatis rationem habet locum dispositio huius legis eo casu, quo est verisimile patrem non donasse, si sciisset filios sibi nascituros. Fortè enim nō cogitauit de filia, quia satis ei remansit pro ea dotanda: sed filij masculi superuenientes egestate laborarēt: tertius autem paterna substantia gauderet. Hæc ibi Bal. qui & ipse in d. l. col. 4. versic. sed quid si tempore donationis. C. de inoffic. donatio. tener, quod si donans qui iam tempore donationis habebat filios, postea & alios quoque suscipiat, hi qui nati sunt post donationem, eam reuocant pro virili sua quisque portione, per id quod in simili dicitur in l. pen. ff. de iur. codic. & idem voluit Ang. ipse frater hic, & Raph. Cu. in l. Titia Scio. §. imperator. ff. de lega. 2. & Card. Flo. consil. 20. cū in testamentis, iuncto casu illius consil. & Barba. in c. vlt. col. vlt. extra de dona. & Soc. in repe. rub. ff. de libe. & posthum. col. vlt. & consil. 215. hoc exordio, vifa prædicta facti contingentia, col. 2. versic. solum ergo restat, lib. 2. quod & iterum repetitur in consil. 22. lib. 4. & Carol. Ruin. consil. 98. vifa renuntiatione, col. 9. num. 21. lib. 6. & d. consil. 62. col. 6. num. 15. lib. 2. & ante hos, licet non allegent, Old. consil. 173. quidam habēs vnicum filium, tenuit simpliciter reuocari donationem factam ab habente filium, per natiuitatem aliorum.

Eiusdē confirmatio.

7 Et facit quod in simili voluit ipse Bal. consil. 27. cuius caput est, quidam Ser. Petrus lib. 5. quod si pater non cogitans de posthumis, filium quem habebat, instituit, & posthumum præterit, valent legata pro parte instituti, sed pro parte posthumi nō

valent, nec conseruantur ex d. athen. ex causa. C. de liber. præterit. Quinimò idem Bald. in dict. l. filio præterito, col. 2. ff. de iniust. testamen. idem videtur generaliter dixisse in casu d. athen. ex causa, dicit enim quod si pater habens filios legata relinquit, non cogitans de aliis futuris liberis, debentur legata pro portione iam natorum, sed non debentur nec conseruantur ex dict. athen. pro portione eorum, qui postea nati sunt, per d. l. pen. ff. de iure codic. & hoc quoque sequitur Roma. consil. 181. pro decisione propositi. in 3. & bene facit tex. quem ipsi non allegant, in l. qui graui, & duabus seq. ff. de iure codicil.

8 Paul. autem Cast. in d. l. col. 3. C. de inoffic. don. volens has contrarias opi. concordare efficere, vt sæpe aliàs, ita dicit, quod si iam nati tempore donationis erant odio patri donanti, nec is putabat se posthac alios habiturum, vera est postrema Bal. in d. l. i. opin. cum sit eadem per omnia ratio, quæ esset si nullum habuisset: quoniam verisimile est, quod si cogitasset se habiturum alios gratos liberos, non donauisset. d. l. pactum. §. vlt. & ibi gl. Sed si non habebat odio iam natos & tamen donauit, sicut eos re donata priuare voluit, ita & nascituros voluisse verisimiliter credendum est: & ita inquit, procedet opi. Jac. But. Quæ Pau. Castr. distinctio videtur placuisse Ant. Rub. consil. 99. vifo casu, col. 1. Ea que ex eo confirmatur, quod scribit Card. Flor. consil. 20. hoc initio, Iacobus testator, paria esse in casu nostræ l. de qua ibi loquitur, non habere filium: aut habere odiosum.

Cōsiliario contrariarum opin.

9 Denique Corne. consil. 15. ex quo dicitur Franciscus, col. 4. versic. nec obstat quod tempore primæ donationis, iunctis iis quæ prius dixerat, col. 1. lib. 1. aliter videtur distinguere. Nam aut donans nihil reseruauit filiis iam natis, & tunc qui postea nascuntur, reuocantur ex hac l. nam cum filiis natis reseruauerit, verisimile est quod etiam reseruasset nascituris, si de illis cogitasset. Incertum autem est quid illis reseruasset: ideo propter incertitudinem totū reuocatur, arg. (licet nihil alleget). An sunt Titij. ff. de testa. tut. & l. 2. ff. de lib. & posthum. & l. in tēpus. §. quoties. ff. de hered. inst. cum simi. Postea verò idem Corne. in eadem col. 4. versic. & licet d. l. si vnquam, videtur indistinctè arbitrari nihil prodesse filios natos tempore donationis, quin nati postea reuocent, cum sit eadem ratio: idque potissimum, si ex natiuitate posteriorum deterior esset natorum tempore donationis conditio, nisi reuocaretur donatio, vt in casu, in quo illud consil. edidit. Nam donator omnium bonorum reseruauerat legitimam filio nato, quæ quidem erat tertia omnium bonorum: nato autem altero filio post donationem minuitur legitima prioris. nam ea crit tantum tertia dimidiæ. Et hinc quoque melior efficietur conditio donatoris, deterior facta conditio prioris: quod est absurdum, & contra mentem & affectionem donantis, qui putabat illi reseruasse tertiam partem.

Eiusdē rei distinctio.

Autoris hac in re distinctio.

10 Vides lector ex supradictis rem hanc esse admodum ancipitem atque dubiam. Facile tamen est harum sententiarum discordiam huiusmodi distinctione componere. Nam aut iam nati tempore donationis erant odiosi patri, aut non odiosi. Si odiosi, certè ij qui nascuntur postea de quibus pater donando non cogitauit, reuocantur. Si autem erant non odiosi, & tunc aut pater aliquid eis reseruauit, aut nihil. Si primum, postea nati, quibus nihil fuit reseruatum, reuocantur, aut pro virili eorum portione tantum, si ex natiuitate posteriorum non sit effecta deterior conditio priorum in re illis reseruata: aut in totum, si deterior facta est. At si nascituris fuit & aliquid reseruatum, nihil reuocantur:

bunt: cum de illis hinc appareat fuisse cogitatum. Aut denique nihil fuit reseruatum liberis natis tempore donationis: & tunc postea nati non reuocabunt. nam qua ratione priuauit iam natos suos, eadem verisimile est voluisse priuare nascituros, etiā si de illis cogitasset.

De eadem re.

11 Sed & vitimum membrum intelligas velim secundum præcedentia. quod vt facilius apprehendas, pone quod quispiam habens in bonis trecenta, ex illis centum donauit iam habens vnicum filium, nec cogitans de aliis futuris liberis, & ita putās reliqua ducera satis esse vnicò illi filio, vt honestè possit viuere: postea autè illi nihil tale speranti nati sunt multi alij filij, verbi gratia tres: certè detractis illis centum donatis, super sunt vnicuique liberorum tam nato ante donationem, quàm tribus illis postea natis, quinquaginta tantum, ex quibus non poterunt honestè vitam transigere, cōsiderata eorum conditione: profectò si id pater cogitasset, aut prauidisset, non ea centum verisimiliter donasset. Ideo putare eam donationem reuocari ex ratione nostræ l. Proinde hoc totum reiciio in arbitrium boni viri, æstimaturi, quid, quantumve pater habens filios vnum aut plures, donaturus aut non donaturus fuisset, si de tot filiis nascituris cogitasset, iuxta ea quæ plenius dicā infra, in verbo, omnia, vel partem aliquam, nu. 28. in huius autem rei. Nec tamen omiserim Anto. Rub. super hoc dubio respondisse, d. consil. 99. vifo casu. At que etiam D. Boer. hæc rem tractasse, decisi. 159. donatio iuris, in quo me ex hac l. sæpius citat, sed ita obscure vtrumque, vt non intelligam, quid intelligant.

An nepotie natiuitate infirmetur donatio.

Statutum prohibens donare cū quis habet filios. Autoris sententia de nepote nato post donationem.

De eodem.

12 His autem nō inrepestiuè illud subiiciemus. Quid enim si tempore donationis habeo filium, ex quo postea nepos nascitur: nunquid & huius natiuitate reuocabitur donatio, sicuti & natiuitate alterius filij? Nam appellatio liberorum, de quibus l. nostra loquitur, veniūt & nepotes. l. liberorum, in prin. ff. de ver. sign. Imò & illorum quoque appellatione, cum in fauorem filiorum aliquid statuitur, vt ibi not. Bar. licet aliàs sit dubium: de quo multa diximus in nostro tractatu primogenituræ in 40. q. in 15. ratione pro nepote contra patrum. Ideoq; Pau. Cast. consil. 448. tria sunt quæ videtur, col. 1. l. 1. consuluat quod statutum prohibens donare cum quis habet filios, habet locum & in habente nepotes. quæ res huic nostro casu multū congruit, quia & hic fauore liberorum reuocatur donatio, quæ admodum illic prohibetur.

13 Ego tamen in ea sum sententia, vt in hoc casu nepotes non reuocent: quia si filius donantis illorū pater non reuocat, multo minus & nepos ex eo natus, arg. l. 1. §. si dominus, & ibi not. ff. si quis aliq. testat. prohib. & l. si viua. C. de bonis mater. cum aliis multis & tex. & docto. concord. à me latè collectis in dicto tractatu primogenituræ. q. 12. & seq. Et cū nepotes habeant partem in medio, ij non sunt hæredes, & propterea non possunt ex huiusmodi l. reuocare rem donatam, quam habituri non sunt, per ea quæ latè dicemus infra in verbo, suscepit liberos, nu. 105. incip. item si huiusmodi.

14 Fateor tamen quod si post mortem filij quis donat, ignorās vxorem illius, nulum scilicet suam, esse prægnantem, postea verò ipsa vxor filij pariat filium, hic certè reuocabit, ac si filius post donationem esset natus, vt qui successurus sit in locum & gradū patris, & præteritis æquè reuocet testamentum, sicut & filius pater ipse fecisset, per l. posthumorū. ff. de iniust. testa. & l. si auus. C. de liber. præter. Sed & si auus donat, quia desperat filium suum liberos habiturum, quoniam fortè existimabatur filius esse masculinatus, aut vxor illius sterilis, tamen auo nihil minus speranti gignit postea nepotes: pu-

tar Fran. Ripa. hic in 36. q. locum esse huic l. Et ego illi assentior ex ratione l. nostræ. Cæterum Guido Papa, sing. 571. incip. iuxta l. si vnquam, hanc quaestionem de nepote nato post donationem nuncupatim mouet, nihil tamen diffinit.

15 Sed & illud in quaestione vocatur. Si quis cum donat, habet filios, sed ignorat eos se habere, quia forte putat eos esse mortuos, vel nescit vxorem peperisse: vtrum sit locus huic legi? Et nemo, vt opinor, negabit re comperta irritam fore hanc donationem, ex mente & sententia huius l. nostræ, quæ verbis est antea onenda, sicut animus corpori. c. sedulo 38. dist. & diximus supra in verbo, libertis, ver. 46. incip. nec id quidem mirum est, & seq. Nam si donatio reuocatur per susceptos postea liberos ex præsumpta mente donantis, qui videlicet si cogitasset de liberis futuris, verisimiliter non donasset, eadem certe ratione aut etiam maiore videtur irrita fore donatio quam quis facit ignorans se habere filios, verisimiliter etiam non facturus, si eos nō ignoraret, l. qui iure militari. ff. de milit. testa. Per quam dicit Ang. consil. 108. ista q. in 3. dubio, quod nihil refert, nō habeas liberos, an habeas, sed habere ignores: id quod etiam probatur in l. sicut certi. & in l. si cum vel in vtero. C. eo. de test. milit. & in l. pe. C. de iure cod. & optimè in l. Titius in prin. & item in §. Lucius, & ibi bona gl. ff. de lib. & posth. & in l. 4. ff. de cond. indeb. & in l. vlt. ff. de hæc. insti. Et ita voluit idem Ang. in §. siue igitur, col. 4. ver. finaliter dici potest, in auth. vt cum de appel. cog. Fran. Are. in l. ex facto, in prin. col. 6. ver. confirmatur ista cōclusio. ff. de vulg. & pup. subdit. & consil. 157. quod est postremum omnium, col. 2. Hincque gl. in l. solemus. ff. de cond. & demonst. intelligit text. ibi, qui eam cōditionem, si liberos habuerit, interpretatur de liberis nascituris, non de natis, vt procedat si liberos natos esse sciebat, qui conditio nempe apposuit: quod si nesciebat, etiam nati ipsi sub ea conditione comprehenduntur, per l. iam facta, cod. tit. quod & voluerunt Saly. Rapha. & Corn. in l. cum vxori. C. quando dies leg. ced.

An hac l. habeat locum, si quis ignorat se habere filios.

Cōditio, si liberis habuerit.

Confirmatio eiusdē.

16 Et ita in casu nostro expressim voluisse videtur Bar. dū hanc l. allegat in legatis factis præterito filio, quæ testator ignorabat se habere, in repet. d. l. in 2. q. prin. C. de sacros. eccles. Nā tūc, inquit, deficit voluntas relinquentis, per tex. in hac l. Si ergo reuocatur donatio, multo magis legata. Ex quibus planè vides quod Bar. intelligit hoc casu donationē vitari. Et id quoque dicit ipse Bar. in l. filio præterito, ff. de iniust. testa. & in auth. ex causa. C. de lib. præte. cū concord. illic adductis per recēt. Nā & in hac opin. esse videntur & qui tenent cum Bartolo in casu d. auth. & qui contrā tenent. Illi quidē, dū post ipsum Bar. hac l. innuntur: isti autē, dū fatentur hoc sine dubio procedere in casu nostræ l. loquētis de donatione, nō etiā in legatis, de quibus loquitur ea auth. & conantur omnibus viribus reddere rationē differentię vtrorumque, vt illic omnibus videre licet, & fortè alibi postea dicemus. Et idē etiam voluisse videtur Bal. in l. 1. col. 3. ver. quinta opi. C. de inoffic. dona. & expressimè omnium Steph. Bert. consil. 190. Christi & c. vifo casu. in 1. dub. lib. 1. & iterum consil. 193. si verum sit, post prin. li. 3. Et facit quod in simili scribit Io. And. in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. nūc autem, in vlt. addi. de rege, qui putans filium suum mortuum, alium instituit. Et quod ex Plauto veteri Comico adferemus infra in verbo, donatione largirus, nu. 264. incip. & hanc quoque sententiam.

Hæc l. non habet locum in filiis natis tempore testamenti.

17 Illud autem certum est, quod filij existentes tempore donationis, quos pater donans minime ignorabat, nō reuocant donationē, ex hac l. nostræ, vt pote cessantibus & verbis, & mente, id est, ratione ipsius. Quæ res quāuis sit adeo aperta & manifestata,

fecta, vt testimonio aut autoritate non indigeat, tamen vt omnibus satisfaciã, approbatur à Pau. Cast. consil. 434. cuius exordiu est, respondeo per ordinẽ, in 2. dubio, lib. 2. & Soc. consil. 226. q. præsentis consultationis, col. pen. lib. 2. & Phil. Dec. consil. 366. pro declaratione, col. 3. vers. secundò præmittendum. & omnibus ferẽ de hac re loquentibus, ne nimius sim in re minime dubia. Quod tamen intelligas secundum ea quæ diximus supra in eadem gloss. in versiculo 11. incip. sed & vltimum, iunctis duobus præceden.

Eiusdem confirmatio.

18 Sicuti nec l. cum acutissimi. C. de fideicom. & alia similia iura huic l. nostræ admodum confinia non habent locum in liberis iam natis tempore testamenti, sed tantum in nascituris, vt aperte videtur probari in l. generaliter. §. cum autem, ibi, liberorũ ex iis procreandorum, & iterum in illis verbis, pater efficiatur, & liberos sustulerit, rursumque in verbis, si de nepotibus cogitauerit. C. de insti. & substi. & in l. sicuti, C. de testa. milit. Et expressè voluit & consuluit Ro. consil. 370. in proposita cõsultatione. & Barb. in repe. d. l. cum acutissimi, col. 2. & seq. vbi ad hoc multa allegat, & in repet. c. Raynaldus, col. 6. vers. faciat etiam, extra de testa. & latissimè Soc. in repe. l. cum auus, col. 39. vers. extra Bar. ff. de condit. & demonst. vbi post multa hinc inde adducta tandem stat ab hac sententia, & secundum eam dicit se consuluisse, & suo cõsili. Bal. nouellã subscripsisse, & idem quoque respondisse Io. Petrucium, & Bened. Cap. Et ita vere consuluit ipse Soc. consil. 191. licet difficultates, col. 1. & multis seq. lib. 2. & Phil. Dec. in d. l. generaliter, col. 4. vers. nunc regula & consil. 365. viso consilio, col. 2. vers. quartò & vltimò. & consil. seq. col. 3. quibus locis solum Rom. allegat. Et hanc partem confirmat, quòd iure antiquo filia præterita iam nata non rumpebat testamentum: posthuma verò non secus ac masculus rumpebat, vt scribit Caius iuriconsultus, si is est (quod arbitratur Zasius & Alciatus) libro posteriore Instit. c. 4. Ex quibus planius intelliges quod scribitur in §. 1. vers. sed non ita, & iterum in §. sed fœminini, Instit. de exhæ. lib.

Contrariũ hæc in partem sententia.

19 Quamquã contrarium in casu d. l. cum acutissimi, & similibus si impliciter tenuisse videtur Raph. Co. in d. l. cum auus, ff. de cond. & demon. & apertè renuit Cor. in d. l. generaliter, §. cum autẽ, col. 2. vbi & Iaf. col. 3. dubitat, & idem Cor. latè consil. 197. non alienã, lib. 3. & latissimè omnium tenuit, & 23. rationibus secundum eã consuluit Marian. consil. 23. circa prædictam cõsultationem, vbi etiam dicit audiuisse se à fide dignis ita consuluisse Raph. Co. cũ hæc quæstio Paduæ de facto contigisset. Quamuis id à nullo ex suis maioribus in propriis, vt ipse loquitur, terminis & in indiuiduo tractatum vidisse se negat. quod vehementer admiratur. Ex quo potes intelligere, quòd illud consil. Ro. qui ante illum fuit, aut non legerat, aut non recordabatur.

B O N A.

Bona vnde dicantur.

Bonus, aut vt alij appellat, Sextus Pompeius hinc bona dici putat, quòd digna sint bonis: sed elegantius mea sententia atque conuenientius Vlp. noster in l. bonorum, l. 1. ff. de verb. signifi. bona, inquit, ex eo dicuntur, quòd beati, id est, beatos faciunt. Nam & apud Græcos verbum βονον, beo significat, & dicitur, & βονος felix, & diues, & βονος beatitudo, & diuitiæ. Ex quo & apud Latinos diuites beatos appellat probatissimi scriptores. Nam Cicero in oratione pro Annio Milone, sint florentes, ait, sint beati. Et alibi ita exorditur, lib. 2. de inuentione, Crotomata: quondam, cum florent omnibus copiis &

Beati pro felicitibus.

in Italia cum in primis beati nominarentur. Et Phil. 13. Te beatum & florentẽ esse cupiebant. Et in oratione pro M. Cælio, Primum lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares. Et in Sallustium, Vnde, qui modò ne paternam quidem domum relinire potueris, repente tanquam somno beatus, preciosissimos ortos, villam Tyberinam Caij Cæsaris, reliquasque possessiones paraueris? & paulò infra: Quibus rationibus repente factus es tam affluens, tam beatus? Et Seneca epistola ad Lucilium 27. Caluissius inquit, Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenium: nunquam vidi hominem beatum incidentiũ. Et in 6. controuersia, lib. 2. Insolens malum est beata vxor, cum immensum pondus auri orba attulerit. Et Iuuenalis Satyra 1.

—Vetula vesica beata.

Vnde & Horatius lib. 2. Sermonũ Satyra 6.

—Vrinnone

Diuitiis homines, an sint virtute beati.

Ex quo intelligis non tantum ad id diuitias referri sed ad cætera. Et è diuerso miseris pauperes passim vocamus, quando, vt scribit ex nostris Bald. ex alio, vt reor, autore, in l. vlt. post prin. C. qui bo. ced. poss. Sũma miseria est esse mendicum. Ob idque, vt ille dicit bonorũ cessio in ea l. miserabile remediũ vocatur, quòd homines miseros faciat. Et certè cũ tria sint bonorũ genera, animi scilicet, corporis, & fortunæ, hæc quidẽ felici adesse oportet, ex sententia Aristor. li. 1. Ethic. & iterum li. 7. Politicorum, quod & Plato illius præceptor astruebat, teste Laercio. Felicitibus enim & beatitudò augetur ex plenitudine horũ bonorum, quæ quantò fuerint cumulatio- ra, tantò fiet homo beator, repugnantibus tamen Stoicis, qui ad beatitudinẽ solã virtutem satis esse maxima autoritate affirmabãt. Aristotelem autẽ è nostris sequitur Soc. consil. 26. incip. cum super, col. vlt. lib. 4. vbi etiam citat illud Iuuenalis Satyra 3.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obsistat

Res angusta domi.

Nos de cæteris bonis posthac nihil hoc loco dicemus, sed de illis tantum quæ diuitiis cõstant, de quibus lex nostra loquitur: quæ quidem tantum beati, id est profunt, vt interpretatur Vlpianus in d. l. bonorum, quantum è diuerso obest paupertas, quam inter mala & quidem ingentia enumerat Esdras ille diuinus Scriba, lib. 4. c. 15. quò loco Deũ Opt. Max. ita loquentem facit: Immittã tibi mala, viduitatem, paupertatem, famẽ, gladium, & pestẽ. Et alibi quoque Dominus ipse, Leuitici 26. & iterũ Malachiẽ 2. data nõ obseruauerint, datũ. Hincq; illud Prouerb. 14. c. 4. Egestas à Domino in domo impij. Et eiusdem operis c. 14. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Cõtrã autẽ alibi diuitias probis promittit. Nam scribitur Psal. 111. Gloria & diuitiẽ in domo eius, & Prouerb. 3. cap. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ. & in cap. 10. Benedictio domini diuites facit. vt hinc facillè intelligas, non omnino cæcutisse cæcum illum Homerum, cum diuitias Iouis donum esse cecinit. lib. 6. Odyssæ:

Ζῶς δ' ἂν νόσ νέμεσ ὄλον ἐδάμπεσ ἀνθρώπων. Et rursus lib. 2. Iliados in Catalogo ducum: ἡγί σφισί θεῶσιν ὡδύτων ὑδύσων κρηλῶν. Et iterum lib. 23. eiusdem operis: —μᾶζα γ' ἰσ ἰδῶσιν Ζῶς ἀσπετ.

—Magnas enim ei dederat

Iuppiter diuitias.

Nam & D. Augustinus in enarratione Psal. 66. non obscure asserit diuitias donum esse Dei. Et sancta illa mulier Anna, sancti Samuelis mater, in suo cantico,

Bonorum cessio miserabilis. Bonorum tria genera.

Paupertas inter mala.

Diuitia bonis promissa.

Paupertas contra improbis.

Diuitia donum Iouis.

Diuitia donum Dei.

cantico, quod scribitur in 2. c. lib. 1. Regum, Dominus, inquit, pauperem facit, & ditat.

Mala quæ dicantur.

2 Neque his aduerfatur, quod scribit Ambro. & repetitur in c. ille. 15. q. 1. paupertatem & ignobilitatẽ, ægritudinẽ & mortẽ nemo sapiens mala dixerit, nec in malorũ sorte numerarit. Aliò enim respicit Ambrosius, cuius in eo loco tota dissertatio eò tendit, vt ea duntaxat veluti mala nobis imputada esse ostendat, quæ voluntaria sunt: cætera verò, quæ vel nolentibus eueniunt, vt paupertatem, & alia, quæ ex eo diximus, non esse tanquam mala nobis adscribenda. Mala enim, inquit, non sunt, nisi quæ crimine mentem implent, & conscientiam ligant. Inibi ergo mala vocat scelera, quibus haud dubiè paupertas non est annumeranda. Illi autem sententiæ Ambrosij omnino similis est illa Aenææ Platonici in Theophrasto, in hunc sensum (nam is Græcã scripsit) Neque enim ignarus es, aut immemor, paupertatem, & ægritudinem, & mortẽ neque turpia, neque mala esse. Et subdit, Socrates enim in paupertate gloriatur, ipsamque diuitias appellat, & philosophiæ tutissimam præsidium.

Pauperes non annumerantur inter mala.

Pauperes beati.

3 Cæterum Christus beatos pauperes pronuntiat Matthæi 5. c. & alibi Lucæ 6. Væ vobis, inquit, diuitibus. Rursum Matth. 19. Marc. 10. & Lucæ 18. interroganti cuiquam quid faceret, vt vitã æternã obtineret, dicenti que se illa decalogi præcepta à iuuentute obseruasse, respondit, Vnum tibi deest, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Moxque conuersus ad discipulos, Diues, inquit, difficile intrabit in regnum cœlorum. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Nã etiam, vt scribit Ecclesiast. c. 11. Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Vetus est sententia, Diues aut iniquus aut iniqui hæres, quam aduocat Hieronymus, ad Hebidiam in 1. q. & rursus in comment. Hierem. c. 5. At Saturnus apud Lucianum in epist. Saturnalibus, multis ostendit diuites infeliciores esse pauperibus. Timocreonis est scholium in Plurum diuitiarum Deum, hoc exordia, ἀρετὴ δὲ τὸ βέλτερον μῆτις ἐν γῆ, μῆτις ἐν θαλάττῃ, μῆτις ἐν ἠπείρῳ φανερῶνται, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς τὰ κείνην, & ἀρετῶν, ὅτι οὐδὲ πῶς ἀβροπτεῖται. Vtinam δὲ cæce Plute, nec in terra, nec in mari nec in continente apparuisses vnquã, sed Tartari & Acherõris fuisse incolã perpetuus. Ex te enim omnia hominibus mala sunt. Ex nostris autẽ Ioan. Fab. ex autoritate Senecæ in §. 1. Instit. qui & ex quibus causis manumir. nõ poss. Beatissima, inquit, res est voluntaria paupertas. Et qui cũ paupertate bene conuenit, diues est. & alia quæ sequuntur. Hucque spectant duo Aristotelis problemata, si eius sunt, alterũ quidem in 4. c. 29. lib. 6. quò querit, Cur paupertas apud homines bonos potius quàm apud prauos esse solet; Alterum eiusdẽ lib. c. 8. quò sciscitatur, Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius quàm bonis habeantur. In quã etiam sententiam est illud Theognidis:

καλοῖσιν ἀνθρώπων ἀρετὴν ἔκ πολλοῦ ὀπλοῦν: ὀφθαλμοῖσιν δὲ τῶν ἀμφοτέρων ἐναχύν.

Id est, vt traducit Erasmus:

Sunt pauci, quibus iisdem & virtus suppetit, & res. Felix, cui simul hæc sunt data sorte Deum.

Are apud Gades paupertas & artibus confectata. Laudes paupertatis.

Philostratus in vita Apollonij non multò post initium lib. 5. atque etiam Aelianus in lib. de prouidentia, tradunt apud Gades aras fuisse pauperati & artibus, quòd illa quidem, vt dicit Aelianus, in bonis moribus homines detineat: hæc verò industrius faciant, vt iam paupertatis id proprium esse moris, qd homines bonos reddat, vt & Aristophanes hinc potissimum laudes huius deæ non tã multas quàm veras dederit. Cæterum D. Chrysof. homil. 2. carũ quas ad populum de rebus diuersis habuit, multa

congescit in laudẽ paupertatis, ex quibus illud occurrit, Magna possessio paupertas, sapienter ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diuersorum ab infidiis tutum. Idem multas item laudes multaque commoda paupertatis adscribit Homilia 74. quò loco Annæ orationem interpretatur. Et diuus Cyprianus in sermone de natiuitate Christi. Sed multò plura Apuleius Madaurensis in 1. apologia, & Seneca tum epistola 36. & latius epistola 99. tum in libro de paupertate, & alibi sæpe & quisquis is fuit qui apud Sallustium elegantissimam habuit orationem ad Cæsarem de rebus ordinanda, cuius initium est, Scio ego, & Theophi. Alexand. lib. pascchali 3. & nostris Zasius in commentariis l. 2. ff. de origi. iuris, in illis verbis, Huic nec amplæ facultates fuerunt.

4 Possent & alia propè infinita ex diuinis ethnicisque scriptoribus aduersus & diuitias & paupertatem aduocari, quæ hic breuitatis causa de industria prætermittimus, in alio fortè loco copiosius hanc rem tractaturi. Animus enim nobis est librũ edere de paupertate, & diuitiis legalibus, quem iam magna ex parte confecimus. Illud tantum hinc dicemus, istas pugnantes, quæ videntur, sententias ita in vno coire, si dixeris bona bonis bona esse, malis mala, id est, diuitias viris bonis bonas esse, eadem malis malas. Bonis inquam, qui illis bene vuntur, malis qui malè. Nam Ambrosius in Lucam lib. 8. Discant, inquit, non in facultatibus criminem herere, sed in his qui vti nesciant facultatibus. Nam diuitiæ vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutum. Et in iisdem commentariis lib. 5. explanans illud à nobis supra citatum, Væ vobis diuitibus, hæc quoque scribit, Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorum, pleraque tamẽ sunt etiam incertiua virtutum. Quamquam virtus subsidia non requirit, & commendatior sit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas. Tamen non eos qui habeat diuitias, sed eos qui vti his nesciant, sententiæ cælestis autoritas condemnat. Et paulò post: Non census igitur, sed affectus in crimine est. Sed & in epist. 82. Non census, inquit, diuitem, sed animus facit. Et paulò inferius, Sed nec ipse diuitiæ vituperabiles. Denique redemptione animæ viri, diuitiæ eius, quoniam qui pauperi donat, redimit animam suam. Est ergo & in his materialibus diuitiis virtuti locus. Hierony. quoq; ad Saluam de viduitate seruanda. Vnusquisque nõ nominum sed rerum pondere iudicandus est, nec diuiti obsunt opes, si eis bene vtatur: nec pauperẽ egestas commendabiliorẽ facit, si inter sordes & inopiam peccata nõ caueat. Ad vtriusq; nobis rei testimonium & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant, quorum alter in summis diuitiis amicus Dei fuit, alij quotidie in sceleribus deprehensi pœnas legibus soluunt. Ante hos Platonius de Republica scribit, pecuniæ possessionẽ plurimã faciendã esse, non cuius homini, sed modesto & æquo. Sed & Pindarus Pythiorũ Ode 2. asserit diuitias, si cũ sapientia cõiunctæ sunt, præstantissimas esse. Hinc scribitur in decretis canonicis, c. hæc autẽ. 30. dist. Diuitias cũ iustitia & operibus bonis nõ abiicimus. vbi & gl. quædam in eam sententiam dicit, respodetque ad illud quod supra citauimus, Facilius est camelum per foramen acus transire & c. Sed & tu vide gl. in c. clericus. 12. q. 1. & in c. 1. in verbo, necessitatem. 21. q. 1. & præterea Origenem, Hieronymum, Hierony. etiam interpretantes illum de camelo locum, videlicet Origenem homilia in Matthæũ 8. & iterum li. 6. aduersus Celsum. Hos autem in suis comment. in Mathæum cap. 19. & eundem quoque Hierony. quibus locis supra citauimus,

Animus quem facit diuitem.

atque etiam in lib. aduersus Pelagium, itemque ad
Hecridam in i. q. & August. li. 2. questionum Euage
licarū, q. 47. & in enarratione illius loci, Sed spera
uit in multitudiue diuitiarum suarū. Psal. 51. Bald.
in c. nam & concupiscentiam, ad fi. de constit. vbi
differit, vtrum appetere diuitias sit peccatū. Barbat.
in l. si cui bonis, col. 3. vers. & pondero, & col. seq.
vers. & adde vnum. ff. de verb. obli. & conf. 46. scri
psit præclare, col. 1. lib. 2.

*Paupertas
nocet qua
ex sua cul
pa proue
nit.*

5 Sed nec illud omittendū dicimus, nō solum nō
laudādos eos esse qui suo vitio aut culpa pauper
tatem sibi adsciscunt, sed & admodū vituperandos
omnium testimonio. Nam primum gl. vt à nostris
incipiam, in c. quæ in ecclesiarum, in verbo, ad ino
piam, extra de constit. asserit indignum esse ei sub
ueniri, qui sua culpa aut vitio in egestatem incidit,
per l. bona fides. ff. de pos. & arg. c. non satis. 36. dist.
& idem dicit glo. in c. ad supplicationem, in verbo,
ad sustentationē, de renunt. & in c. ex parte, in ver
bo, prodigalitates, de consuetudi. quæ etiā allegat l.
si mulier. ff. quod met. caus. vbi metus nihil auxiliat
tur, qui sibi eum sua culpa intulit. Ex quo Bal. in d.
cap. quæ in ecclesiarum, col. 1. per illum tex. in ver
bo probabiliter not. quod non dicitur quis ad ino
piam vergere, vt sibi proficit, & alij nōceat, nisi duo
probet, scilicet se vergere, & sine culpa sua vergere
ad inopiam. Et iterum col. 3. vers. quæro nunquid
si propter, dicit, quod qui ob maleficiū etiam ad
uersus tertium commissum deductus est ad ino
piam, perdit beneficium ne conueniatur, nisi quā
tum facere potest, per l. bona fides, & l. pen. ff. de iu
re dot. quæ ad hoc dicit not. & l. Titius. ff. de pro
cur. & l. siue hereditaria. ff. de nego. gest. & idē vo
luit ipse Bal. in d. c. ex parte, per tex. ibi, in verbo, dis
spauerit, de consuet. & per d. l. pe. quæ & ibi dicit
not. & sensu idem Bal. in c. sedes, col. 2. vers. sed nū
quid per istam clausulam, de rescrip. cum per d. l.
pen. dicit quod ea paupertas nocet, quæ captiose
prouenit. & sequitur l. si in auct. res que. col. 6. vers.
tene communem. C. commu. de lega. & Io. Monte
fer. in repet. l. frater à fratre, col. vlt. ff. de condi. in
debi. & Ferdin. Loaz. in repe. §. diui. l. filius familiās.
nū. 164. ff. de lega. 1. & Io. Lup. in repe. c. per vestras,
§. 24. col. pen. vers. ad idem, extra de donat. inter vir.
& vxor. & idem etiam voluit aperte Bart. distinguēs
tamē inter dolum, & culpam, in l. etiam. §. licet,
per tex. ibi. ff. solui. matr. & ibi quōque alij late tra
dantes, an & hoc in culpa obtineat. de quo & per
Pet. Aret. in cap. 1. col. 2. vers. quid dices si maritus,
de donat. inter virum & vxor. Fely. & Phil. Dec. late
in d. c. quæ in ecclesiarum, & l. si in l. quo nomine,
circa medium. ff. de condi. indeb. & Baptista à S.
Blasio in tractatu priuilegio. dotalium, in 132. priuile
gio. Et hoc confirmat text. in l. vlt. §. vlt. ff. quæ in
fraud. credit. vbi beneficium cedendi bonis ad car
cerem euitandum, non ei competit qui fraudulēter
bona sua dissipauit, quem ad hoc notant & cō
mendant Bart. Bald. & Ang. qui dicit in. ibi, & idem
Bald. in l. i. col. 2. vers. quæro vtrum ille, & ibi quo
que Ang. C. qui bonis ced. poss. & in l. is qui bo
nis, l. 1. ff. de cessio. bono. & in l. i. col. 4. vers. in ea
dem gloss. ibi, maritus. ff. de iure dot. & conf. 29.
beneficium inuentarij, in quibus etiā locis dicit
sing. & conf. 300. q. Iacobus, in fi. li. i. & etiā not.
Dyn. in §. item si quis in fraudem, Insi. de actio
nibus. & ibi Ioan. Platea. col. 1. qui & illum text. dicit
singularem, sicut etiam facit in l. i. in fin. C. de iur.
fisci, lib. 10. & not. etiam Barto. in alia. §. eleganter,
ad fi. solu. matr. & Bald. in l. i. in §. quæstio. Cod. si
quid in fraud. patroni. & in §. vltim. ante fi. & ibi et
iam Ioannes Fab. Insi. de actio. & idem Bald. conf.
249. lib. 1. repetitio conf. 400. in libris thesaurariæ.
col. 2. li. 5. vbi dicit quod falliti (ita enim à verbo fal

*Metu ni
hil ei pro
dest, qui eū
sibi sua cul
pa intulit.*

*Beneficium
cessio
competit
fraudulēto
bonorum
dissipato
ri.*

lendi, vt aperte declarat ipse Bal. vocant, qui deco
ctis consumptisque patrimoniis solum vertunt,
quod est verbum imperatoris in l. super. C. de
manç. & colo. pat. lib. 11. aut vt etiam vtar verbis iu
risconsulti in l. si hominem. §. quoties. ff. de positi,
& in l. vlt. ff. de cura. bonis dan. foro cedunt, id est,
vt vulgō nostri dicunt, *banque route* faciunt. vtrum
que iungit Iuuenalis satyra 11.

Qui vertere solum Baias & ad ostia currunt.

Cedere namque foro, iam non tibi deterius quam

Exquilias à feruenti migrare suburra.

Quicumque solū vertere latius pateat, significetque
quacūque de causa sedem locumque mutare, vt
tradit Tullius paulo ante fin. orationis pro Ceca
na. Isti igitur falliti, vt dicit Bald. non habent bene
ficiū cessionis, per d. l. vlt. §. vlt. & arg. d. l. pen. ff.
de iure dot. Illum quoque tex. ad hoc not. Ang. cōf.
229. testator, col. 2. Barb. in dicto cap. quæ in eccle
siarum, col. 5. & Socin. si is est, in tractatu fallent.
regula 46. incipien. cedens bonis, in §. fallent. &
iterum regula 47. quod est eiusdem initij, in prima
fallent. quibus locis dicit illum tex. notab. & Vitalis
Camba. in tracta. clausularum, tit. an possit renun
tari beneficio cessionis bonorum, chart. pen. vers.
secundò quia renuntiatio, & Bald. Nouel. in tracta.
doti. in 7. parte principali. in 14. priuilegio. & Ioan.
Bapti. Sanfeuerinas in tract. de debitoribus suspen
dit, q. 1. col. vlt. vers. illud scio. Illud autem certum
est obligatum ex dolo vel delicto nō gaudere hoc
priuilegio, vt per Canon. in cap. Odoardus, de so
lutio. cum alijs propè in finis concord. collectis à
Cepol. consi. causarum criminalium 9. quidam ex
delicti. Quin & dicit Bal. in dicta l. i. col. vlt. vers. ista
autem renuntiatio. C. qui bon. ced. poss. quod qui
bona sua ludo consumperit, caret priuilegio ces
sionis bonorum. Nouella autem Iustiniani consti
tutione 135. sancitum est, eos qui non suprema
negligentia aut luxu, sed casu fortuito lapsi facultati
bus essent, nō debere ad eā bonorū cessionem cogi,
quæ cū vlla cōtumelia fiat, quod & ante nō ab
simili casu constitutum fuit Codice Theodosiano,
tit. qui bo. ex lege Iulia ced. poss. l. 1. Facit itē quod
scribit ipse Bal. in c. si qui testū, col. 2. extra de testi
bus q. qui suo vitio incidit in paupertatem, non est
testis idoneus, quia nō solum rerū, sed & famæ suæ
est prodigus. Ideo cum in se sit vitiosus, multo mag
is & in alios esse præsumitur, per not. in l. vlt. C.
de senten. pass. licet aliās pauper, vt ipse subdit, non
repellatur, & idem Bald. conf. 178. quadam sunt res,
lib. 5. scribit vxorem non teneri alere maritum, qui
sua culpa incidit in paupertatem, per d. c. ex parte.
Et facit quod à multis dicitur, captiuum ob deli
ctum non gaudere priuilegijs datis ob redemptio
nem captiuorum, de quo tu vide quæ late scripsim
us in nostris legibus connubialibus in glo. 6. nu.
278. sed quæstionis est. & 2. seq.

*Solum ver
tere quid.*

*Fortuito
casu lapsi
facultati
bus.*

*Captiuus
ob delictū
nō gaudet
priuilegijs
dati ob re
demptioē
captiuorū.*

*De pauper
tate ex ex
ternis scri
pturis.*

9 Nec in hanc rem deest externorum sententia:
nam Plutarchus in comparatione Aristidis & Ca
tonis, multis verbis in istiusmodi homines agit: in
ter quæ illud grauitè pronuntiat: Paupertas quidē
per se ipsam nulli turpitudini coniungitur, Quod si
negligentiæ, intemperantiæ, luxus, impudentiæ spe
ciē præ se ferat, probro ac vituperatione non vac
cat. Apolluci sententia est, apud Stobæum ser. 94.
*ἐπὶ πένεσσι καὶ φθονὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ ἵδιον αἰτίαν πέν
εος ὀνειδίζου.* Quam eandem adscripsit Antonius
Monachus, sed ex Apollonio, to. 1. Melissæ, capit.
33. Eius autem sensus est huiusmodi, paupertas
secundum naturam non turpis est: Sed ea quæ
ob turpem causam accidit, dedecori est. Corne
lius Tacitus lib. 2. historiæ Augustæ laudat Tibe
rium Cæsarem, quod vt honestam innocentium pau
peratē leuauit, ita prodigos, & ob flagitia egentes
Vibi

Vibidij Varronem, Marium Nepotem, & alios
quos nominat, senatu mouit. Suetonius autem in
Galba tradit eundem Tiberium prohibuisse Caiū
Galbam fratrem Sergij Galbæ imperatoris sortiri
anno suo proconsularum, quod facultates suas at
triuisset. Idem Tacitus lib. 13. Neronem veluti clan
gulum taxat quod Aurelio Corrà, & Atherio An
tonino annuam pecuniam statuit, quamuis per lu
xum habitas opes dissipasset. Sed & eundem Ne
ronem arguit Suetonius, quod diuitiarum & pec
uniæ fructum non alium putabat, quam profuso
nem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impē
sarium constaret: prælauros vereq; magnificos, qui
abuterentur ac perderent. Aelius autē Spartianus
tradit Hadrianū imperatorē, cuius rescripta sepius
à nostris iurisconsultis citantur, senatoribus, qui nō
suo vitio decoxerant, patrimonium pro liberorū
modo senatoriæ professionis expleuisse. Et paulo
post eundē decoctores bonorum suorū iussisse ca
lamidiari in amphiteatro, & dimitti, id est, vt om
nes intelligant, deridēdos exhibendosq; omnibus
in amphiteatro exhiberi, vt hodie obseruatur in po
lygamis, qui scilicet multis simul vxoribus abutū
tur, à *καταμίδιον* quod est *καταμίδιον* verbo, quod
derideo significat. Quanquam Io. Baptista Plantius
in cōment. Persij Saty. 5. illic esse mendum conten
dit, & ita legendum, Decoctores bonorū suorum si
sua autoritas essent, Cato nudari in amphiteatro,
& dimitti iussit. sed nescio quid sibi velit. Eā autē
pœnā exprimit Suetonius in Augusto, cum scribit
Pro cætero delictorū genere variis ignominijs affe
cit, vt stare per totū diē iuberet ante prætorij inter
dū tunicato discinctosque, nonnunquam cū de
cempedis, vel etiam conspitem portātes. Et hæc pœ
nā, vt id obiter dicam, cōtinet corporis correctio
nem, vt dicit Card. Flor. conf. 94. respondeo quod
b. in prin. Sed vt redeamus. Aelius quoq; Lampri
dus scribit Alexandrū Suerum illum, cuius in iu
re nostro tam multas leges habemus, honoratos,
quos pauperes vere & nō per luxuriam vidit, sem
per multis cōmodis auxiliasse. Similiter tradit Iulius
Capitolinus Antoninū philosophum multis sena
toribus vel pauperibus sine crimine, dignitates tri
bunitias ædilitiasque concessisse. Tullius lib. 2. Offi
ciorum, habenda est inquit, ratio rei familiaris, quā
quidem delabi sinere flagitiosum est. Quam sentē
tia est nostris citant & approbat Io. And. & Pan.
in d. c. ex parte, de consuet. & ipse Pan. in cap. 1. in 2.
not. extra de donat. Apud eundem Tullium lib. 3.
eiusdem operis, Hecaton Rhodius differit sapien
tiam esse, habere rationem rei familiaris. Neq; enim
solum nobis diuites esse volumus, sed liberis, pro
pinquis, amicis, maximeq; reipublicæ. Singulorum
enim facultates & copię, diuitias sunt ciuitatis. Ex
quo profectum videri potest, quod nostris legibus
traditur, interessē reipublicæ suos ipsius ciues esse
locupletes, §. 1. in auct. vt iud. sine quo. suffrag. Sed
vt redeamus ad Tullij, is secunda Philippica illud
obiicit Antonio, Tenēne memoria prætextatū te
decoxisse: Patris, inquit, ista culpa est, cōcedo, et
enim est pietatis plena defensio. Illud tamen audā
ciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus,
cum esset lege Rhodica decoctoribus certus locus
constitutus: qui scilicet fortunæ vitio, non suo de
coxisissent. Idem in oratione pro Publio Sylla mul
tis nititur C. Cincium ab ea nota vindicare, quæ
ei inurebatur, quod patrimonium suum æris alieni
dissoluendi causa vendidisset, nempe quod non li
bidine, sed negotij gerendi studio æs illud alienū
contraxisset. Idem in oratione pro P. Sestio Gel
lium quempiam pro magno conuito gurgitem
ac voraginem patrimonij appellat. Apud Diony
sijum Halicarnassenseum li. 3. originum Romanorum,

*Hadria
nus senato
ribus, qui
non suo vi
tio decoxe
rant, patri
monium
impleuit.
Quid sit
calamidia
ri.*

*Alexander
Suerus
quos pau
peres non
luxu vidit,
inuit.*

*Antoninus
senatorib.
sine crimi
ne dignita
tes concess
sit.*

*Rei fami
liaris ha
benda ra
tio.*

*Gurges &
vorago pa
trimonij.*

Martius quartus Romanorum Rex obiurgat ma
los præfides possessionum suarū, tanquā non fir
mos ciues. Et lib. 5. eiusdē operis Apud Claudij
plebeius veluti magnū probrū obiicit, quod cum
ex facultatibus tyrannorum contingentem eis par
tē sortiti fuissent, turpissimis indulgens volupta
tibus, censu excidissent. Tradit Asconius Padianus
Gelliū & Læulū Censores C. Antonij Antonij
oratoris filium senatū mouisse ob æris alieni ma
gnitudinem. Sed & Macrobius lib. 2. c. 4. tradit Au
gustum & ipsum Censorem equitem quendā Ro
manū corripuisse, quod facultates suas minuisset.
Plautus in Truculento scribit piaculū esse misere
ri nos hominum rem malè gerentium. Apud Na
batheos qui opes suas imminuisset, publicè multa
batur: qui verò auxiliisset, honore afficiebatur, teste
Strabone lib. 16. Similiter apud Abderitas qui pa
trimonium consumpsisset, sepulchro patris nō di
gnabatur, teste Laertio in Democrito. Sed & ij a
liis puniebatur, vt videre licet ex Athenæo lib. 4. c.
20. vbi scribit Abderitas ipsum Democritū publicè
condēnasse, q. bona paterna absumpsisset. Ex So
lonis legibus hæc vna erat, Qui patronij versuram
fecerit, is ignobilis obscurusq; esto, vt prodit idem
Laertius in vita illius. Cui concinens Athenæus li.
4. hæc scribit: *ὅστις ἢ πρὸς αἰσχροῦς, ἢ πρὸς μηδενὸς ἀεικλίως
ῥήματα, τὸ παλαιὸν ἐνδύοντα ἢ ἀρεσπομαγίας ἢ ἐνδύοντα,
ἰσθίοντα παρ' ἑαυτοῦ ἐπιβόλοιο, ἀδύναται πείνηται.* Id est,
Quod autem prodigos, siue, vt vertit Budeus secu
li nostri decus, patrimoniorum profligatores, eol
que qui nullis facultatibus victitarent, Ateopagite
olim in ius vocabant, multabantque, narrauerunt
Phænodemus, & Philochorus, pluresque alij. Sed
& ex legibus Græcorū, ei nec publicè concionari,
nec aliquo modo cū populo agere licebat, qui pa
trimonij turpiter consumpserat: vt videre licet ex
accusatione Aeschini Aduersus Timarchum. Lo
corū autem legibus cautum erat, ne quis patrimo
nij alienare posset, nisi euidētē calamitatē ostēde
ret superuenisse, vt testis est Aristoteles li. Politicō
2. c. 5. Sed & apud Lacedæmonios de maiorū veru
sta hæreditate terrā aut prædia viderē, nō parua tur
pitude putabatur: neq; verò licebat vt tradit Hera
clides in politis. Quibus adde & alia multa, quæ in
hæc ferme sententiā concessimus in nostris cōmē
tarijs in Pictonū consuetudinibus, tit. 10. §. 42. in gl. 5.
Nec tamen velim intelligas istis denegandā fore e
leemosynā, per c. quiescamus. 42. dist. & ibi glo. quæ
adducit concord. & Ioan. And. Imo, & plerique om
nes in d. c. quæ in ecclesiarum, de conscrip. Fely. in
ca. si qui, col. vlt. extra de testibus. Quibus succinūt
& quæ nos late diximus de incarcerationis ob sua ipso
rum maleficia in nostris legibus connubia. vbi su
prā citauimus: Porro & de paupertate nos alibi
multa diximus, quæ si scire desideras, vide in iisdē
commentarijs tit. 1. §. 6. in gl. 1.

*Locorum
lux.*

*Decoctor
publicæ pe
cunie.*

7 Ex multis autem quæ suprā diximus, satis con
stat quid sit decoquere & decoctor. Nā decoquere
est bona sua prodigere, consumere, abligurire, pro
fundere, eisque decedere. Et decoctor, patrimonij
consumptor. Id quod obiter dicere volui, quō in
telligeres l. quilibet. C. de decurio. li. 10. quæ loqui
tur de decoctore publicæ pecuniæ. & l. si aliquid. C.
de suscep. præpo. & arca. eo. li. vbi ita scribitur, Ne
mo id rursus officij gerat, in quo ante decoxit, &
ibi Luc. Pen. qui eā significationē probè intellexit,
& in li. iure, ad fi. C. de fabric. li. 11. & in l. 2. in fi. C. de
fund. rei priuæ. In quibus omnibus propè locis Ac
cursius id pro. nomine officij, & administrationis
intellexit, deceptus fortè errore ac mendo prioris
illius l. in quæ sic vulgō legebatur: quilibet prin
cipalium, vel decurionum, vel decoctor. publicæ
pecuniæ si fraudulēter in ascriptionibus illicitis, & c.

Cum sic ex antiquis codicib. sit legendum, quilibet principalis, vel decurionum, si decoctor pecunie publicæ vel fraudulentus, &c. vt etiã monuit And. Alciat. vir nunquã satis laudatus, in annotationib. triũ posteriorum li. C. & nonnihil quoq; meminit Antonius Nebriffensis in lexico iuris ciuilib. Sed præter eos vide Budeũ in prioribus annotationib. Pandect. in d. l. si hominem. §. quoties. ff. de po.

Bonorum appellatio- ne, an nomina & alia iura veniant.

8 Sed antequam hinc discedamus, occurrit quæstio huic loco non parum conueniens: Vtrum videlicet appellatio bonorum, de quibus l. nostra loquitur, nomina & actiones & alia huiusmodi iura contineantur: vt proinde sciamus an hæc l. habeat locum in donatione nominum. Certum est qd ea non veniunt appellatioe bonorum mobiliũ vel immobilium, sed constituunt tertiam quandã speciem, per l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & l. quã Tuberonis. §. vlt. ff. de pecul. & latè hanc rem tractauimus in nostro tractatu Retractuum tit. i. §. i. glo. 7. in verbo, ou autres choses censées pour immeubles, nu. i. & multis seq. Sed nunc quærimus an veniant appellatioe bonorum simpliciter sine illa adiectione mobilium aut immobilium. Quod certè planum est ex l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss. vbi in generali obligatione bonorum veniunt nomina debitorum, quem tex. ad hoc expendit Bal. conf. 25. in quæstione vertente, in 6. dubio. lib. 1. Nec minùs id probat tex. in l. bonorũ. §. vlt. ff. de verb. signific. vbi scribitur bonis annumerari si quid est in actionibus, petitionibus, perfectionibus, quæ tex. etiam ad hoc expendit Alb. ibi. nu. 5. & Pan. in c. relatum, l. 2. post prin. de testa & in c. vlt. col. 5. vers. nunc verò cum scriberem, extra de præscrip. & conf. 43. videtur primo dicto, col. 2. vers. tertio principal. lib. i. & Io. Ana. in c. vlt. in prin. de heret. & ante hos Sign. cõf. 35. casus talis est, quidã. Iac. col. pe. vers. redeo ad sextam, vbi & ad hoc citat. l. si legatus §. si quis bona. ff. ad Trebel. Sed & hoc probat tex. in l. princeps. ff. eod. tit. de verb. signific. vbi ta scribitur, princeps bona cõcedẽdo, videtur etiã obligationes cõcedere. & in l. i. §. vtrum autem, vers. quod si noluit. ff. si quid in fraud. patr. vbi actione de bonis diminuisse dicitur, qui obtinere noluit, cū peteret. & in l. vlt. ff. de vsu & vsufr. leg. vbi si bonorũ vsufructus legatur, & quod in nominibus est, computabitur. & in l. vsufruct. ff. ad leg. Fal. ex quo Alb. ibi not. quod qui tenetur excutere bona debitoris, iura & actiones eius excutere tenetur. & in l. si constante. §. vlt. ff. sol. mat. vbi publicatis bonis simpliciter, publicatur actio quæ ad dotem competebar. & illum text. ad hoc not. Bald. Ang. Imo. Rom. & Alex. ibi. Imò est text. generalis in l. si adempri. C. de sent. pass. quo publicatis bonis publicatur omnes actiones: quem & ad hoc expendit Alb. in l. i. in fi. ff. de stat. ho. Facit & tex. in l. i. C. de vsufr. vbi si quis legauerit vsufructum suorum bonorum, intelligitur legare vsufructũ nominum, quem etiam text. ad id quod principaliter probare intendimus, annotat Bal. ibi, dicit not. idẽ Bal. conf. 234. statuto cauetur quod mariti, lib. 2. vbi tamen intelligit, hoc procedere, cū actiones iam nate sunt, vt quia iam cõsistit dies soluẽdæ pecuniæ. Alias enim, inquit, non diceretur esse in bonis, sed tantum spes agendi, per l. spem. C. de dona. & §. ex conditionali. Inst. de verb. oblig. Cui adde optimũ tex. in l. substitutio. ff. de acq. rer. domi. vbi substitutio quæ nondum competit, extra bono nostra est. Ideoq; si eam quis repudiat, non videtur aliquis alienasse, vt dicit gl. ibi, per l. qui autẽ, circa prin. ff. quæ in fraud. credit. sed est text. expressior in l. alienationis. §. qui occasione. ff. de verb. signific. Ex quo posset videri, quod si quis donaret aut remitteret debitum conditionale, nõ esset locus huic l. loquẽ-

De bonis diminuit, qui obtinere nõ vult, non perit.

Substitutio condicionalis extra bona est.

ti de bonis. Quod vix crederem. Super quo tamen vide quæ dicam in gloss. donatione largitus, in 2. q. vers. sed hoc tamen primo loco intelligas.

Autores eiusdem opinionis.

9 Sed vt redeam, quod appellatioe bonorum veniant iura & nomina, voluerunt præter eos quos supra aduocauimus, Arch. in cap. 2. in verbo, bonis, de test. lib. 6. per l. mulier bona. ff. de iure dot. And. l. ser. in constit. Neapo. incip. non sine tit. de orig. iuris. Barto. in l. vltim. vers. quæro quid si legatur, iuncto vers. seq. ff. de vsufr. lega. & Bart. in l. Quintus, la 2. §. argento, & ibi Albe. ff. de aur. & argẽ. leg. & idem Alber. in l. scribit, in prin. ff. eod. tit. & in l. vxori. post prin. ff. de vsufr. leg. Petr. Anch. cõf. 3. non est dubium, circa medium. & cõf. 101. ex prædicto, col. 2. vers. secundò posito. Imo. loquens de confiscatione bonorum, conf. 25. in casu præmissio, colum. antepen. vers. nec obstat prædictis, & multis seq. & Card. Flor. conf. 83. reuerendissimus, in fin. vbi etiam loquitur de confiscatione bonorum. Pau. Castr. conf. 193. notandum primò ad euidentiam, in prin. lib. 7. vbi respondit in generali obligatione bonorum venire nomina debitorum, per multa quæ allegat. & Domi. in c. 1. in vers. contra natos, per illum text. de schisma. lib. 6. & in cap. vlt. §. laici etiam, per illum text. de reb. eccles. nõ alien. eo. lib. 6. Petr. Ferr. in tit. forma libelli in actione hypothecaria, in verbo, sub eadem obligatione bonorum, col. 1. vers. fed an in generali. & Bened. Cap. cõf. 45. punctus testator inter cetera, in 4. dubio, vbi & ad hoc allegat l. pupillus. ff. de act. tut. quæ nihil mihi huc facere videtur. & Fran. Are. in l. i. C. si aduer. transact. & latè Maria. Soci. in trac. obligationum, in 8. libello. q. 2. & tribus seq. Bartho. Soci. eiusdem filius, conf. 101. viso testamento, col. 2. vers. non videtur, lib. 1. quod repetit conf. 175. lib. 2. Alex. conf. 59. visis verbis, post prin. lib. 6. & conf. 136. viso instrumento absolutionis, col. 2. eod. lib. 6. Corn. conf. 9. præmittendum est, col. pen. vers. iura & actiones, li. 1. & conf. 177. circa hanc consultatione, col. vlt. vers. restat li. 2. & Ang. Aret. in §. 1. institur. de inutil. stipu. Felyn. in cap. omnes, col. antep. i. dist. & Phil. Dec. in l. quia actionem, vers. secundò ista regula. ff. de reg. iur. & conf. 381. visis his quæ accuratè, colum. vltim. & conf. 442. in causa in qua molestatur, col. 1. vers. & primo motu. & colum. 2. vers. non obstat ergo. & D. Benedi. in repet. c. Raynutius, in verbo, cetera bona, in prin. extra de testa.

Contrariũ sentientes.

10 Et id quidem omnes vbiq; concedunt, præter paucos, scilicet Pau. Eliaz. post Abb. anti. in clem. 1. de reb. eccles. non alien. Collec. in cap. nulli. col. 2. vers. sed nunquid iura, extra, eod. in multis locis, vt proinde intelligas id eum ferio opinari, videlicet sing. 481. si vir & vxor, vers. in donatione. & cõf. 52. factum tale est, Ioanneta, col. 2. vers. nec præmissio. & conf. 60. ad dubia elicita, in 2. dubio, in fi. & conf. 214. circa materiam, col. 3. vers. addo aliam ratione, & iterum col. 6. vers. & non mirum, & iterum cõf. 218. indubitanter, in 8. dubio. Et tamen ipse alicubi est in diuersa sententia, nempe in quæst. Delph. 341. super quæstione, col. 2. vers. sed an publicatione. & rursus quæst. 499. testator quidam, vers. & præmissa vera. & singu. 855. vers. appellatioe bonorum. Quanquam pro illa Guid. sententia possit videri facere tex. in c. 1. vers. contra natos, ibi, bonis & iuribus publicatis, de schisma. lib. 6. & similis text. in cle. 1. col. vlt. nam ea est admodum longa, de iure iu. & in cle. pastoralis, vers. præhabiti, de sent. & re iud. & in cle. quia contingit, tum in prin. tum in §. vt autem, de statu monach. In quibus locis bona & iura vt separata nominantur. Ideo Imol. in posteriori loco not. in 7. not. quod appellatioe bonorum non comprehenduntur nomina. Sed his potes respondere, vt dicam postea in verbo, reuertatur, num. 26. incip.

incip. sed quod his respondeatur. Tamen postea cõperi Domi. fuisse huius sententia, in c. hoc consultiissimo, in prin. in 4. not. de reb. eccle. non alien. Nã is ibi not. ex eo tex. iura non comprehendi appellatioe bonorum, verum is tex. non id probat. Nã primũ hæc verba adscribit, bona immobilia seu iura, tanquam scilicet iura non comprehendantur sub bonis immobilibus, quod not. glo. ibi. & id planè fateor esse verum, vt supra diximus. At paulo post in eo. c. ponuntur hæc verba, bona ipsa vel iura, quibus videtur Domi. fuisse innixus, sed non is videt his verbis, bona ipsa, intelligi tantum bona immobilia: de quibus antè text. ille fuerat locutus: & ideo dicit, ipsa ea tantum comprehendens ac demonstrans, de quibus antè locutus fuerat.

An appellatioe bonorum meorum veniant nomina & actiones.

emptorem pati venditorem possidere post venditionẽ vt fraus vel simulatio presumatur. Bart. in l. post contractũ, col. 3. vers. sed quanto tempore. ff. de dona. & in l. sicut. §. superuacuum, col. 2. vers. sed hic quæro. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solui. Bal. conf. 70. apparent quãdã instrumenta, col. 2. vers. super secundo, lib. 1. Et in vniuersum quoties quæritur de tempore & interuallo, per tex. in l. ab hostibus. §. vlti. cum l. seq. ff. ex quib. caus. maior. & in l. cõtinuus. §. cum ita, in prin. ff. de verb. obli. & in l. de die, in prin. ff. qui fatid. cog. & in c. cum personã de priuil. li. 6. & per gl. in l. si finita. §. non autem, & ibi doct. ff. de dam. infect. & in l. fursum. §. fundi, & ibi Iac. Rau. & Ang. ff. de vsuca. & gl. in l. Lucius. ff. manda. & in §. quod autem ad eas, in verbo, propter absentiam. In si. eo. gl. in c. inter quatuor, extra de cleri. non resid. & in c. in constitutionem, in verbo, competentia, de sent. excom. li. 6. Inn. in c. querelã, col. 1. in verbo de nouo, & ibi quoq; Ioã. And. extra de elect. Archid. Io. And. Domi. & Phil. Fran. in c. ad decimas, de restit. spol. lib. 5. Host. in c. quonia frequenter, extra, vt lit. non conte. Cyn. in l. 1. in 1. q. prin. C. vbi cau. stat. Rot. deci. 54. not. quòd vbi dicit aliquis, in antiquis. Bar. in l. aut facta. §. tempus. ff. de poen. Bal. & Ange. in l. licet, ad fin. C. de acqui. post. Bal. in l. si pro ea, in 10. q. C. mada. & in l. ordo, col. 1. vers. quæro nõ quid istud diu. C. de execu. rei iudi, & in l. 2. col. 7. vers. sed quæritur an per negligentiam animi. C. de feruit. & aqua. & in c. oblatã, col. 2. vers. quæro etiã pro intellectu, extra de appel. & in c. 1. §. firmiter, & ibi recentiores, tit. de prohib. feud. ali. per Fede. & in c. ad hec, & ibi Martin. Laud. & Card. Alexan. tit. hic finit lex Corra. & in l. capite quinto. ff. de adult. & Ang. in l. 1. col. 2. C. de ser. fugit. in l. q. dictũ, in prin. ff. de solut. & Ang. & recentiores in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acq. hære. Pet. Anch. conf. 92. tria in fauorem. Rom. in l. si de eo. §. si forte. ff. de acq. poss. Dom. in c. pontificis. 7. q. 1. Raph. Fulg. conf. 7. iam pluribus annis, col. 2. vers. ad secundũ. Panor. post alios in c. cum in veteri, col. 2. in 5. not. extra de elect. & in c. 1. col. 6. quod met. cau. Io. Ana. cõf. 17. visa relatione, col. 1. vers. quartò præmittit. Paul. Cast. conf. 265. in primo articulo, post medium, li. 2. Similiterq; cum tractatur de locorum interuallo, vtrum videlicet locus sit tam vicinus aut remotus, vt absentes sint citandi, aut aliàs, per gl. in c. filius. §. præsentis, in verbo, vicinarum, & ibi Philip. Franc. qui eam dicit nor. de poen. lib. 6. & gl. in causam, in verbo remotis, & ibi etiam Paul. Liaz. Imo. col. 10. vers. glo. remotis, & Card. in vers. quòd si forsã in 6. q. de elect. Inno. in c. alumniam, col. 2. extra de poenis. Iaco. Aret. & Bart. in l. 4. §. si tam vicinam. ff. de dam. infect. Bal. in l. si vicinis, in fin. C. de nupt. & in c. cum inter, circa medium, vers. quæro à quo loco. Petr. Anch. in c. præsentis, in 4. not. de præb. lib. 6. Alex. conf. 57. ponderatis verbis, col. 2. vers. locus autem vicinus. lib. 3. Item quod negotium siue ministerium commissum dicatur paruum, siue magnum, glo. in c. sedes, in glo. magna, extra de rescrip. Inno. in cap. vlt. post prin. in verbo, eligere, & ibi etiã Card. & ceteri, extra de offi. deleg. Ang. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. reci. Quis locus vel ciuitas sit insignis, aut nõ insignis, gl. in c. statutu, in prin. in verbo, copia, & ibi doct. de rescrip. li. 6. Quod crimen dicatur paruũ aut leue, quodq; magnũ ac graue. Host. Bal. Imo. & Card. Alex. in c. propofuit, extra de appel. Panor. post Anto. in c. at si clerici. §. de adulteris, col. 3. vers. & quæ dicantur, extra de iud. & ibi Felyn. & Philip. Dec. qui adfert concor. ille in prin. col. pe. hic in d. §. de adulteris, col. 20. vers. secunda conclusio. Et quod proinde fursum dicatur leue aut magnum, Alb. post Iac. in l. respiciendum. §. 1. ff. de poen. Quæ seuitia viri in vxorem sit magna aut parua, vt possit

Quando quæritur de tempore & interuallo.

Et de locorum interuallo.

Quod negotium commissum dicatur paruum, vel magnum. Quis ciuitas insignis, aut non. Quod crimen leue, aut graue.

possit prouideri remedio cautionis, aut secus. Pan. in c. literas, col. 2. in vlt. not. extr. de restit. spol. Quis metus tã magnus aut paruus vt iustus vel iniustus dici debeat, gl. in c. consultationi, in si. extra de spon. & mat. Inn. in c. cum dilectus, in verbo, mortis, extra de his quã vi metusve cau. si. & Bal. in c. 1. col. 1. in si. & in c. Abb. eo. tit. & cõf. 176. Cecilia, col. 1. li. 1. Guil. Archi. Lap. Pe. An. Dom. & Phil. Frã. in c. 1. eo. quoq; tit. lib. 6. Bald. in l. 2. in princ. C. de his qui per met. iud. nõ ap. & in rub. C. de rescin. vtd. & cõf. 364. quæstio ista, col. 2. lib. 3. Quæ leuis siue modica iniuria, quæ atrox aut enormis, vt sumitur ex c. peruenit, extra de sent. excom. & not. Hosti. in summa eo. tit. §. quis possit, vers. septimus, & seq. Quis item excessus leuis, quãve enormis, idem Host. & alij. in c. cum illorum, extra de sent. excom. & ante illum gl. in c. cum illorum, in verbo, sanguinis effusionem, & ibi Fely. col. pe. extra de sent. excom. Quæ deterioratio rei parua aut magna, Cyn. in auth. qui rem, statim post prin. C. de sacrosan. eccl. las. conf. 17. in primo dubio, col. 1. lib. 1. Quæ indicia sufficiant ad torturam, Barto. in l. vlt. col. 2. ver. veniemus ad indicia. ff. de quæst. & Bal. conf. 95. regula iuris est, col. 2. li. 1. & conf. 101. quidam testis, post medium, eo. lib. 1. Quando dicantur esse multi, vel pauci. vt dicantur facere multitudinem, vel non facere, secundũ qualitatem causæ personarum, ex Bal. sent. in c. cum causam, col. vlt. vers. quæro quid contineatur, & seq. extra de testi. per gl. ibi, in verbo, effrenata, quam dicit singu. Et generaliter quid multum dicatur, quid modicum secundũ Bald. post Nicol. Mathe. in l. aedem, col. vlt. vers. sequitur in litera, aut cum mali. C. loca. Ex quibus multa potes addere ad Barba. qui nonnulla ex iis & alia quãdam allegat in d. c. propter sterilitatem, extra de loca. & plenius in c. vlti. col. 2. extra de dona. & d. conf. 151. scripsit sapientiã fons, col. 2. lib. & conf. 21. præclare dixit, col. pen. & seq. lib. 2. & conf. 37. scribitur sapienter, col. 15. eo. lib. 2. & conf. 22. Deum inuocent, col. 3. lib. 3. & conf. 70. illud in medium referam, col. vlt. eo. lib. 3. & conf. 80. illud referam, ad si. eo. lib. 3. & latius conf. 45. illud in medium, col. pe. lib. 4. & Philip. Dec. in d. c. sedes, col. 3. vers. in gl. 3. extra de rescrip. & Steph. Beir. d. conf. 236. lib. 2. & Panthal. Calde. in repeti. l. 2. col. 63. vers. & quòd æstimatio. C. de rescin. vendit. & Hippol. Marfil. in 50. q. in 3. primis col. ff. de quæst. Io. Lup. repe. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. col. 4. & seq. Matth. Afflict. in c. 1. col. 5. vers. cui adde quòd in multis, cum multis sequen. tit. ex quib. caus. feud. amitta. Nam sunt alia insignita quæ iudicis arbitrio committuntur, vt ex illis videre poteris: sed ea tantum persequi volumus, quæ non nihil ad casum nostrum pertinent, vbi scilicet agitur de modico aut magno, siue quid plus minusve dicatur.

32 Igitur vt redeamus ad casum leg. nostræ, est in arbitrio iudicantis, quæ donatio magna aut parua dicatur, vt ea locum habeat, aut nõ habeat. Tamen illud non intempestiuẽ dixerim, quòd per id non impediatur appellatio, si is perperam ac non rectè arbitratu fuerit, per glo. not. in l. si qua poena, in verbo, de poena, paulò ante fin. & ibi Bart. in fin. & latè Alexan. in addi. ipsius. ff. de verb. signifi. & glo. in cap. super his, in verbo, arbitrium. & ibi Anto. Imo. & Panor. extra de accus. Ioan. And. in additio. Spec. tit. de citat. §. sequitur, vers. sed nunquid creditur, Bald. in cap. 1. col. 5. vers. & scias quod si ista, tit. de mil. vafal. qui contu. est. Lap. & Domi. in c. 2. de iura. colum. lib. 6. Imo. in l. 2. ff. de pub. iud. & Pet. Anch. in cap. cupientes, in princ. col. 2. vers. quæro dicitur hic, de electio. lib. 6. & conf. 421. quidam Ser Antonius, lib. 4. Anto. in cap. cum parati, col. 3. & ibi etiam alij, extra de appellat. Panormit. in cap. cum venissent, col. 2. vers. hinc est quòd à iudi-

Quis metus iustus, vel iniustus.

Quæ leuis aut atrox iniuria.

Quæ deterioratio rei parua, aut magna.

Quæ indicia sufficiant ad torturam.

Valet appellatio ab arbitrio iudicis.

ce, extra de iudic. & in cap. 1. col. 2. vers. venio ad gl. extra de dilatio. Alex. in l. & si seuerior, ad fin. C. ex quib. cau. infra. irrog. & in l. 1. col. pen. vers. citem tertio. ff. de leg. 2. vbi hoc limitat. & Philip. Franc. in c. cum speciali, col. 2. vers. intellige quòd ipse iudex, extra de appel. & Felyn. qui dicit illam posteriorem glo. singul. in cap. exceptionem, col. 1. & 2. extra de excep. vbi etiam distinguit las. in l. quod iussit, col. 10. vers. secundo quærit Bart. ff. de re iudic. & in 1. addi. conf. 9. venerabilis, col. 3. eiusdem addi. lib. 1. Philip. Dec. in d. c. sedes. vbi supra, de rescript. cum aliis multis concor. latè congestis à Fely. in d. c. iuper his, col. 4. & seq. de accus. vbi & hoc sex modis limitat, & alia multa huc pertinentia adducit, vt ibi videre poteris. Et hoc apertè probatur ex eo, quòd dilaciones suapte natura sunt arbitraria. l. 1. Cod. de dilatio. veruntamen si malè iudex eas arbitretur, potest appellari. c. 1. extra eo. tit. Nam & in huiusmodi arbitrariis potest iudex dolum committere, Ioan. And. in c. cum æterni, de re iudic. lib. 6. & Bald. in l. si fugitui, col. vlt. C. de ser. fugit.

33 Sed quæstionis est, si teneas priorem illam op. quæ hanc l. dicit tantum procedere in donatione omnium bonorum, aut dimidia partis: quid si quis fecit plures donationes, quæ quidem singulæ non veniunt ad dimidiam partem bonorum, at vniuersæ simul veniunt ad ipsam dimidiam, aut etiam ad eam partem siue æstimationem, quam quis simul non donauisset, si de filiis cogitasset, vt etiam loquamur de posteriori opin. Vtrum omnes reuocabuntur, an nulla, vel quæ priorisne, an posterioris? Corn. conf. 11. in præsentis consultatione, col. 9. vers. si teneamus, li. 3. tenet quòd omnes reuocabuntur, cum eadem sit ratio in omnibus, quæ in vnica, quæ ad dimidiam ascenderet. Ergo inquit, idem ius est. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Aliàs, vt subdit, daretur de facili via fraudandæ huius l. fraudibus autem obviandum est, in fundo. ff. de rei vend. & cap. quantum, de diuor. cum simi. Et ad hoc quoque dicit facere quod in simili not. gl. & doct. in l. 1. C. de inoffi. donat. quòd redditur inofficiosa donatio siue ea sit inofficiosa sola, siue iuncta cum aliis. hoc nuncupatum sequitur Franc. Ripa hic in 8. quæst. col. 3. vers. sed hic suboritur.

34 Verum attende lector, quia, vt supra diximus non semel, hæc l. introducta est in fauorem parentum, & propter verisimilem eorũ mentem: deoq; ei possunt derogare & tacitè & expressè, ex comuni op. quæ si tenenda est, non valet ea ratio fraudis, quam Corn. adducit, quia fraus in sese committeretur, si qua esset, sed nulla esse posset, quia volenti non sit fraus. l. nemo videtur fraudare. ff. de reg. iur. Ideo ego ita dicere, quòd priores donationes, quæ non ascēdunt ad dimidiam, secundum vnam op. aut quæ non tanti sunt, vt donans si cogitasset de liberis, verisimiliter ab illis retractus fuisset, secundum alterã opi. non reuocantur per natiuitatẽ liberorũ. Nihil enim illis obesse possunt posteriores donationes, vt in simili dicitur in l. sancimus. §. si quis autem per diuersa. C. de donat. Nã cum ab initio eiusmodi donationes sint perfectæ, & irreuocabiles etiam ex natiuitate liberorũ, non debent irritari fierique reuocabiles ob sequentes donationes. l. si vt proponi. C. de confir. tuto. & l. sancimus. C. de admin. tut. Illa ergo tantum reuocabuntur, quas post priores donans ipse facturus non erat, si cogitasset de liberis. Estq; inspicienda ipsius præsumpta ac verisimilis mens, quam habuit tempore singularum donationum, non quã postea habere possit: vt not. Bar. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de lega. 2. & voluit ipse Cor. conf. 194. videtur in præsentis, col. 2. & seq. li. 3. & diximus supra in verbo, libertis, vers. no. incip. præterea in huiusmodi donationibus. & dicemus

Dilaciones suapte natura sunt arbitrariae.

An hac l. procedat in pluribus donat. an in vnica.

Fraudibus obviandũ.

Volenti nõ sit fraus. Auctoris hac de re sententia.

Verisimilitudo mentis tempore donationis si etã inspicienda.

postea latius, in verbo, susceperit liberos, versi. 161. incip. sed hoc rursus in dubium vocatur, & multis seq. Quin in casu inofficiosa donationis communiter tenetur, quod si priores donationes ab initio sunt valide, posteriores tamen reuocantur. ita enim voluit Cyn. in d. l. i. tum in 3. tum in 5. & ibi quoque Bart. paulo ante fin. Bald. col. 4. in 4. q. Ang. col. 2. & Paul. Cast. col. 4. versic. in glo. 1. & prope omnes. C. de reuoc. donat. Et facit quod in simili respondit Philip. Dec. conf. 30. cuius superscriptio incipit, donatio omnium, ad fin. Sed tu tamen vide interim quod scribit glo. in c. bonæ rei, in verbo quinquagesimam, ante fi. 12. q. 2. & in c. apostolicæ, in verbo, reuocari, extra de donat. & vtrouque docto.

An ob bona postea aucta non sit locus huic legi, in donatione maioris partis bonorum prius facta.

35 Illud quoque hic non intempestiue queri potest, quid si quis donat tantum suorū bonorum, vt pro portione eorum quæ tunc possidet, ea nō fuisset donaturus, si cogitasset de liberis futuris, tamen postea tantum bonorū acquisiuit, vt si ea tempore donationis habuisset, non delitisset ab ea donatione, etiam cogitans de liberis. An natiuitate liberorum post huiusmodi donationē & acquisitionem susceptorū reuocetur ea donatio? Et videtur quod non, ex eo quod in simili diximus, quod si quis ab initio donauit totum suum patrimonium, sed postea locupletius acquisiuit, & totum filio relinquit, non datur ei filio querela inofficiosa donationis, vt voluit gl. in l. i. in verbo ex duabus vncis, in 8. q. & ibi Cyn. col. 5. versic. quartò queritur, Bar. in fi. Bal. col. 5. versic. sextò quærò, Ang. col. 2. versic. ea gl. ibi authen. vnde Pau. Cast. col. 4. versic. in glo. ibi item contra, & omnes. C. de inoffic. testa. Ange. in auth. de immen. dona. §. vlt. versic. item quærò pater donat, & omnes prope, ar. §. quia verò hæcenus, in auth. de nupt. vbi in arguendis donationibus inspicitur tempus mortis donat. & Alex. conf. 14. circa primum, col. 3. versic. non obstant prædicta, lib. 1.

Autoris sententia.

36 Ego verò in nostro casu aliter censeo, vt scilicet reuocetur ea donatio ex nostra l. natis liberis. nam vt diximus in præcedētibus, quæst. nu. ab hinc 2. & dicendum est quoque sapius, inspicitur hoc in casu nostræ l. mens. & voluntas præsumpra donantis, qualis fuerit tempore donationis, scilicet an eo tempore donaturus fuisset, an non fuisset, si cogitasset de liberis, quicquid postea contigerit, quod eius voluntatem mutare potuisset. Sed si eo tempore cogitasset de liberis, verisimiliter non donauisset. Igitur aduentitij illi casus non sunt considerandi, vt etiam in simili dicitur in l. Iulianus. ff. qui & a quib. & in l. insulam. ff. de verborum oblig. vbi primus rei status, qui in exordio fuit, inspicitur, nec is ex postfacto mutatur. Et quod dicitur in l. in ratione. ff. ad legem Falcidiam. quod si semel fuerit locus Falcidiæ eo tempore, quo Falcidia locum habet, ea quidem non tollitur, licet postea bona aucta fuerint. Igitur non obstat quod de inofficiosa donatione diximus, quia in ea tempus mortis inspicitur, vt not. omnes in dict. l. i. Ideo etiam & in eadem si post mortem bona superuenerint nihil obstant reuocationi. Hic autem inspicitur tempus donationis. Ergo & similiter nihil facit quod postea superuenit.

Primum rei status inspicendus.

37 Finem huic glo. facerem: sed illud nolui tacitus prætermittere, quod ad vim huius dictionis, aliquam, quam nunc commentarius, pertinet vltra ea quæ supra diximus, eam videlicet supponere pluralitatem eius rei cui adicitur, verbi gratia, si Papa scribat pro Titio, vt ei de aliquo beneficio in tali ecclesia prouideatur, si non sit nisi vnus beneficium in ea ecclesia, non debetur ex dicta prouisione, propter illam dictionem, aliquo, quæ denotat, vt diximus, pluralitatem. ita nuncupatum voluit glo. in cle. 1. §. ad hoc, in verbo, merito, versic. dicit etiam, &

Dictio, aliqua supponit pluralitatem.

ibi quoque Imo. col. pen. versic. nota etiã quod verbum. & Card. Flor. qui illam dicit sing. in 8. q. & Pan. in fi. de præb. & Ioan. Mo. in c. pe. in gl. 2. de offi. leg. li. 6. & Archi. qui ita dicit Bonifacium octauum diffiniisse in c. si pro clericis, de præb. li. 6. Licet quidam, inquit, magni viri teneant contrariū, per c. quamuis, eo. tit. & lib. & c. nulla, ext. de concess. præben. & c. scire. 7. q. 1. Et huius quoque sententiæ est Io. And. dum d. gl. allegat in c. in generali, de regu. iur. li. 6. & Do. à Rot. deci. 216. incip. voluerunt & ordinauerunt, in nouis. & Collect. in c. vlt. col. 2. versic. quid si canonici, extr. de forti. & iterum in c. 1. col. 10. versic. sed quid mandatur, extr. de reg. iur. & Fely. in cap. in nostra, col. 17. versic. 24. correlatum, extra de rescrip. Et illa gl. & sequacium sententia optimè probatur ex illo Terentij loco in Adelphis, *Aperite aliquis aëturum ostium.*

Quo in loco Aelius Donatus vir naturæ ac proprietatis verborum peritissimus, Vim pluralem, inquit, habet dictio aliquis, quamuis singulariter dicatur, non est enim aliquis, nisi de multis: recte ergo pluraliter dicit Terentius, *Aperite aliquis.* Cui simile est illud Plauti in Menæchmo: *Aperite, atque Erotum aliquis enocate ante hostium.* Et rursus in Mercatore, *Aperite hoc aliquis.*

38 Sed quamuis de multis dicatur, tamen in vno tantum ex illis multis intelligitur, vt patet ex eo quod pulchrè consuluit Archi. Spalatenis conf. 26. cuius exordium est, Ser Michael, quod si restator ita statuerit, Si Titius voluerit emere aliquam ex meis possessionibus, volo vt si vendant hæredes mei, & Titius voluerit duas aut plures emere, non audietur, nec tenebuntur hæredes mei nisi vnã vendere, propter illam dictionem, aliquam. Ita illum refert, & sequitur Fely. in c. omnes, col. 3. versic. & istis adde. 1. dif. & Marth. Afflic. in conslit. Siciliae, quæ incipit, quamplurimum, col. 4. versic. quartò in capitulis, vbi etiam dicit quod si ex statuto aut consuetudine possit dominus petere à vassallis subuentionem pro maritanda aliqua ex filiabus ipsius, poterit pro vnica tantum id petere. Quanquam in illo priori casu facultatis emendi aliquam possessionem, contrarium late consuluit Raph. Fulg. confil. 47. quod similiter incipit, Ser Michael, per tex. in l. qui filiabus, §. si quis ita. ff. de leg. 1. Cui adde & tex. optimum in l. si feruum. §. an prætor. ff. de acq. hæ. & quod voluit Raph. Com. in dict. §. si quis ita. Sed pro priori op. facit illa loquendi formula Ciceroni propria, vnus aliquis, vnus aliquis, de qua diximus supra in eadem glo. versic. 5. incip. & hanc partem. Nisi dicas & id facere pro op. Fulg. quasi de multis intelligi posset, nisi vnus adiectio fieret. & inde hic Signor. confil. 188. casus continens, colum. pen. num. 14.

In vno tamen ex multis intelligitur.

39 At Barr. 17. Vnnacellus, ante fi. tradit, quod licet hæc dictio, aliquis, sit distributiva plurium, tamen effectum dispositiuum attribuit in quolibet particulari. vnde si dico, si aliquis mihi hæres erit, ista verba verificatur siue vnus tantum hæres extiterit, siue omnes, per l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1. & alia quædam iura. ex hocque cõsuluit in pulchro casu, vt ibi videre licet. Et idem prope dicit conf. 245. eodẽque vltim. dominus Cato. Nempè dictionem hanc, licet sit numeri singularis, ad omnes tamen referri, per d. l. filiabus, §. 1. quod multum facit ad ea quæ diximus in præcedenti versic. 40 Adde præterea & aliam huius dictionis naturam, ex eo quod scribit Signo. confil. 115. in quaestione Petri, col. 1. quod si statuto cautum sit, quod si per inquisitionem proceditur, debet assignari terminus vnus diei vtilis ad deliberandum, antequam procedatur aliquo modo cõtra inquisitum ex quo inquit

Tamen affectum dispositiuum attribuit in quolibet particulari.

De eadem re.

inquit

Si qua, cõprehendit distributiue omnes terminos.

Aliquis, dicitur vniuersalis salis.

Aliqua, de notat quãdam moderationem.

Aliquid, eximium quippiam significat.

inquit Signo. inhihet statutum aliquo modo vltra procedi, planum est omnem processum vltius factum esse nullius momenti, per l. ambiguitatem. C. de testa. & quod voluit Dy. in l. relegatorū. §. sicut. ff. de interd. & releg. & Guid. Suz. in materia consuetudinis. de quo & tu vide quæ dicemus infra, in verbo, reuertatur, in 70. fal. futuri temporis, n. 324. incip. nisi dicas. Idẽ quoque; Sig. conf. 171. incip. Ser Antonius, col. pen. scribit, quod si sit statutum, quod si appareat instrumentum, in quo quis donationem aliquam fecerit de suis bonis immobilibus, illud non credatur esse verum, nec vires habeat, nisi ille cui facta est, fuerit in possessione viuentis donatore: hoc statutum comprehendit omnem donationem, & inter viuos, & causa mortis, cum dicat, aliquam donationem: quemadmodum etiam, si qua, comprehendit distributiue omnes terminos, per d. l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1. & l. si necessarias, §. si annua. ff. de pig. act. quod & in iisdem terminis consuluit Corn. confil. 41. videtur in hac cõsultatione, in princ. col. 2. lib. 1. quem supra adduximus in versic. 14. incip. mouentur maxima ea parte, de quo tamen vide Phil. Dec. in l. si tibi pecuniam, in 2. not. ff. si cert. pet.

41 Et alibi quoque videmus hanc dictionem, aliquis, veluti vniuersalem comprehendere omnes species eius rei cui adicitur, lex sententia gl. in cap. quod clericis, in princ. ext. de for. compe. & expressius in c. si propter, in gl. vlt. in princ. de rescrip. lib. 6. Host. in c. cum satis, de offi. Archi. Io. Andr. in cap. quisquis, de elect. Domi. confil. 29. Iesu Christi nomine repetito, licet subtiliter, col. 1. & iterum cõfil. 35. attendentes, col. 2. versic. vnde ex quo, dum allegat gl. in cle. 1. de foro compe. rursusque confil. 65. Iesu Christi, & cap. discutiatur, col. 3. Soc. in repe. l. si filius, col. antepen. ff. de vulg. & pupil. & confil. 3. in causa domini Guidi, col. 3. lib. 3. Quæ mirum in modum confirmant quæ diximus in illo versic. 14. mouentur, nuper allegato, & quæ dicemus infra in verbo, reuertatur. d. nu. 224. incip. nisi dicas. Sed tamen vide tex. in l. 2. §. damni quid. ff. vi bono. rap. & Paul. Castr. qui videtur voluisse contrarium, confil. 211. viso puncto, circa medium, versic. eodem modo respondetur, lib. 1.

42 Denique & aliam huius verbi vim adscribit Pan. in c. relatum, le 2. col. 2. versic. nota ibi, in versic. licet, extra de testam. Nam ex eo quod text. ibi dicit, quod clericis ægrotus potest aliqua ecclesiæ suæ bona mobilia pauperibus & illis qui viuēt ipsi seruiuerunt, conferre: notat non omnia eius ecclesiæ bona mobilia posse ab ipso clerico conferri. nam illud verbum, aliqua, denotat quandam moderationem. Ex quo amplia quod supra diximus, hanc dictionem, aliqua, verificari in re modica, vt scilicet non tantum de re ipsa modica dici possit, sed necessarium de re moderata intelligi debeat. 43 Sed quod ad externos scriptores pertinet, sæpe videmus eam dictionem, aliquid, maximum & eximium quippiam significare, Terentius in Andria, cum Charinus dixisset: *Interea fiet aliquid spero.* subiunxit Byrthia: *Id aliquid nihil est.* Et in Adelphis: *Profectò euadet in aliquod magnum malum.* Virgilius lib. 2. Aeneidos, *Et nos aliquod nomēque decusque Gesimus.* Quid lib. Tristium 1. eleg. 2. *Est aliquid fatigæ suo, ferròque cadentem* In solita morsens ponere corpus humo. Et Perfius saty. 1. ad fi. *Sese aliquem credens.*

44 Nec tamen prætermiserim illud à Grammaticis annotatum, quod satis conuenit cum iis quæ diximus, aliquid, rem ambigam & incertam significare, quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione, Phæ. iam edes aliquid. Curc. Nolo hercle aliquid, certum quam aliquid mauolo. Donatus in Andriam Terentij illud enarrans, *Saltem aliquot dies* Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. Aliquid, ait, dixit, vt exilium esset incertum. Cùm econtrario quiddam, rem certam & singularem demonstrat, auctore Boetio. Id quod asserit Laurentius Vallensis, tum lib. 2. aduersus Barptolomeū Facium, tum in annotat. in Antonium Raudensem, non semel: tum lib. Elegantiarum 3. c. 16. tum denique in Dialecticis lib. 2. ca. 25. atque etiam Nicolaus Sipontius in Marrialem. 45 Quanquam in contrarium facere videtur tex. in l. si debitor. C. de cent. pass. & in §. præterea, Instit. de fideic. liber. prout illos declarauit supra versic. incip. & hanc quoque partem & tex. in l. 3. §. vlt. ff. de annu. leg. vbi hæc duo certum aliquid, simul iunguntur. & illud Tullij lib. 1. de lauentione. Demonstratum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperium. Et rursus lib. 1. Rhetor. ad Heremum, si is est, statim post in initium, vbi differit de Oratoris officio, vbi illa eadẽ verba

Et Iuuenalis saty. 1. *Aude aliquid Brœubus, Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquid.* Et satyra 2. *Est aliquid quocunque loco, quocunque recessu Vnius sese dominum fecisse lacerta.*

Et ex oratoribus, is qui primum locum inter Latinos obtinet Tullius in 1. actione in Verrem, Vt tu tum aliquid esse videare. Et rursus: Cæcilius tum denique se aliquid futurum putat, si Halienus minus vehemens sit. Et episto. ad Atticum lib. 3. epi. 56. ad si. Itaque fac, vt me velis esse aliquem. Quod & in sacris literis obseruauimus D. Ioann. 1. c. A Nazareth potest aliquid boni esse? & D. Paulus 1. ad Corin. 3. Nec enim qui plantat, nec qui rigat, est aliquid. Et ad Galat. 6. Si quis existimat se esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit. Et ex veteri testamento Iudic. 5. Est aliquid iniquitas eorum. Sunt & qui hæc verba, quid rerū, nescio quid, & similia, magnas quasdam res significare, de quo videre poteris Nannium Almarianum Miscellaneorū lib. 1. Quanquam id scio in nostris legibus, nonnunquam hæc duo copulari, scilicet, modicū aliquid, & modicum quid, vt in l. sed & si. §. item si plures. ff. de instit. actio. & in l. qui bonis, in princ. ff. de celsio. bon. & in l. sacrilegij. §. 1. ff. ad leg. lul. pecu. vti & diuerso Tullius magnum aliquid etiam copulauit lib. 2. epist. familiar. epist. 6. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. quem vt & insigne aliquid dicitur Terentio in Eunuchis: *Et grande aliquid.* Persio saty. 1. *— Hic pede liber* Grande aliquid quod pulmo anima prælargus anbelet. Atque etiam dictionem quid, cum genitiuo magnum quoque aliquid, vt probat illud Cic. act. in Verrem, quid lachrymarum putatis ipsum profudisse Neronem? & Plauti in epidico, *Tum captiuorum quid ducunt secum, pueros, virgines, Binos ternos, alius quisque fit concursus per vias.* Terentij quoque in Andria actū 2. Scen. 2. *Dij boni, boni quid portis?* Et in Heautontimo. *Modo pirifando quid vini absumpsit mihi?* Et rursus Actū 2. Scen. 3. *Non oportuit relictas, portant quid rerum.*

44 Nec tamen prætermiserim illud à Grammaticis annotatum, quod satis conuenit cum iis quæ diximus, aliquid, rem ambigam & incertam significare, quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione, Phæ. iam edes aliquid. Curc. Nolo hercle aliquid, certum quam aliquid mauolo. Donatus in Andriam Terentij illud enarrans, *Saltem aliquot dies* Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. Aliquid, ait, dixit, vt exilium esset incertum. Cùm econtrario quiddam, rem certam & singularem demonstrat, auctore Boetio. Id quod asserit Laurentius Vallensis, tum lib. 2. aduersus Barptolomeū Facium, tum in annotat. in Antonium Raudensem, non semel: tum lib. Elegantiarum 3. c. 16. tum denique in Dialecticis lib. 2. ca. 25. atque etiam Nicolaus Sipontius in Marrialem. 45 Quanquam in contrarium facere videtur tex. in l. si debitor. C. de cent. pass. & in §. præterea, Instit. de fideic. liber. prout illos declarauit supra versic. incip. & hanc quoque partem & tex. in l. 3. §. vlt. ff. de annu. leg. vbi hæc duo certum aliquid, simul iunguntur. & illud Tullij lib. 1. de lauentione. Demonstratum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperium. Et rursus lib. 1. Rhetor. ad Heremum, si is est, statim post in initium, vbi differit de Oratoris officio, vbi illa eadẽ verba

Et rursus Actū 2. Scen. 3. *Non oportuit relictas, portant quid rerum.* 44 Nec tamen prætermiserim illud à Grammaticis annotatum, quod satis conuenit cum iis quæ diximus, aliquid, rem ambigam & incertam significare, quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione, Phæ. iam edes aliquid. Curc. Nolo hercle aliquid, certum quam aliquid mauolo. Donatus in Andriam Terentij illud enarrans, *Saltem aliquot dies* Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. Aliquid, ait, dixit, vt exilium esset incertum. Cùm econtrario quiddam, rem certam & singularem demonstrat, auctore Boetio. Id quod asserit Laurentius Vallensis, tum lib. 2. aduersus Barptolomeū Facium, tum in annotat. in Antonium Raudensem, non semel: tum lib. Elegantiarum 3. c. 16. tum denique in Dialecticis lib. 2. ca. 25. atque etiam Nicolaus Sipontius in Marrialem. 45 Quanquam in contrarium facere videtur tex. in l. si debitor. C. de cent. pass. & in §. præterea, Instit. de fideic. liber. prout illos declarauit supra versic. incip. & hanc quoque partem & tex. in l. 3. §. vlt. ff. de annu. leg. vbi hæc duo certum aliquid, simul iunguntur. & illud Tullij lib. 1. de lauentione. Demonstratum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperium. Et rursus lib. 1. Rhetor. ad Heremum, si is est, statim post in initium, vbi differit de Oratoris officio, vbi illa eadẽ verba

Etiã dictio, quid.

Item dictio, aliquid.

Quiddam rem certã demonstrat.

De eadem re.

adscript. Sed & sine ea adiectione certi, videmus saepe ipsum Tullium hac nostra dictione vti in re certa: nam lib. 4. epist. ad Titum Fabium, Idq; vna, ait, sententia, eaque dubia potentia alicuius condonatum existimetur. Alicuius scilicet Caesaris, ut satis eadem epist. indicat, & omnes intelligit. Ideo vnus ex interpretibus Valla, inquit, dixit, cuiusda. Idem lib. 1. earumdem, ad Lentulum, Cum de certis quibusdam hominibus loqueretur, vnum ait, illud audeo, quod antea tibi significans, nunc quoque re perfecta & cognita scribere, vehementer quosdam homines & eos maxime, qui & te maxime debuerunt, & iuuare poterunt, inuidisse dignitati tuae.

46 Est aliud quoque discrimen, ne & illud pretermittamus, inter has dictiones aliquid & quoddam, quod scilicet, aliquid intelligitur de re modica, ut supra latissime diximus: quoddam vero non ite, nisi addatur: ut in l. si cum dies §. vlt. cum dicitur, quoddam modicum tempus. ff. de arbit. Quid autem intersit inter aliquis & vllus, discas ex Prisciano li. 17.

FACULTATIVM.

Facultas, ut quae bona prius vocauerat, nunc facultates appellat. Nam & alias videmus facultates pro bonis vsurpari, non solum à iurisperitis, quod frequenter videre licet, ut in l. nec ei. ff. de adopt. & in l. si quis crediderit, ff. de pact. & in l. si plures §. 1. ff. de admitt. & in l. cum plures §. tutor. & l. seq. eo. tit. & in l. quesiit est §. 1. ff. de leg. 3. & in l. 3. ff. de annu. leg. & in aliis prope infinitis locis. Sed & ab aliis oratoribus praecipuis, quorum facile princeps Tullius li. 2. Officiorum, Modus, inquit, largitioni adhibeatur, isque referatur ad facultates. Et paulo post, Liberales autem sunt, qui suis facultatibus captos à praedonibus redimunt. Et iterum lib. 3. eiusdem operis, Singulorum facultates & copiae, diuitiae sunt ciuitatis. Facultates igitur bona dicuntur, ut etiam nuncupatum tradit gl. in l. si constate, in prin. in verbo, non sufficere, & ibi quoque Bar. in 2. oppo. ff. sol. mat. & Lucas Pen. in l. omnes, col. 7. in verbo, facultate. C. de decu. li. 10. & in l. si quis procuracione, post prin. eo. tit. & è recentioribus Phil. Dec. qui & alia iura allegat, in l. qui se patris, col. 4. ver. not. ibi facultates. C. vnde li. Quod hinc manauit, ut nonnullis placuit, quonia antiqui facult, faculter dicebant, quod posterior aetas facile & facilliter vocauit, ut annotat Festus Pompeius, atque etiam Nonius Marcellus auctoritate Pacuuij, Africani, Lucilij, & aliorum. Vnde & facultas nomen ad nostram aetatem permanuit, veluti facilitas agendi quippiam, ut etiam è nostris afferuit Accurs. in d. l. si quis crediderit. ff. de pact. & in d. l. si constante, vbi supra. & iterum in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posth. Cuius contrarium nomen est difficultas: sicuti & huius quod facilliter, dicitur, contrarium est difficulter, quo vsus est Columella lib. 8. c. 10. Ex quo & Varro in Bimargo, quod vtrum sit magnum, an paruum: facult, an difficult: & quoniam qui diues est, cuius abunde suppetunt, opes ac diuitie, facile agit quod vult, iuxta illud Arbitri Petronij:

*Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Multa loquor, quoduis nummis praesentibus opta,
Et venit, clausum possidet arca Iouem.
Cui concinens Horatius auctor grauisissimus lib. 1.
epistolarum ad Numicium ait,
Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.
Et lib. 2. sermonum Saty. 3.
— Omnis enim res
Diuitiis parat: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex.*

Discrimen dictionum aliquid & quoddam.

Facultatis appellatio.

Facul, & faculter.

Regina pecunia.

Ethinc quoque Apuleius lib. Afini aurei 9. scribit pecuniae difficultates omnes esse peruias, aurumque adamantinas perfringi fores. Ex quo & Statius lib. Sylvarum 5. non incire diuitias potentes appellat, cum dicit:

*Arabumque potentes
Diuitias mallet.*

Et, ut ex Graecis auctoribus aliquid adferamus, Aristophanes in Pluto multa in eam sententiam effundit, ex quibus hos versus huc adscripsimus:

*καὶ τὴν δὲ τῆς ἐστὶ λαμπρὸν ἐκ καλῶν,
ἢ χερίεν ἀνθρώποισι δὲ ἰσὲ γίγνεται.
ἅπαντα πῶς πλεῖον ἢ ἀρῆσθ' ἔπιτοιοι.* Id est,
*Et per Iouem, si quid magnificum, aut splendidum,
Aut elegans mortalibus, abs te vno venit.
Pecunia namque vniuersa obtemperant.*

Et Menandri senarius est:

καὶ τὸς δ' ἀνθρώποις πᾶσι καὶ ἀδύνατον πύλας.

Id est ad verbum, Aurum autem aperit omnia, & inferni (sive maui Plutonis) portas. Quin ex Hebraeis Salomon ante hos omnes illud grauitur, & veluti cum bile pronuntiat in Ecclesiaste c. 10. Pecuniae obediunt omnia. Id quod reasumit Bal. in l. singularia, col. 4. ver. vnde dicitur est speciale. ff. si cer. per. & Saly. in l. receptitia, col. 3. ver. item no. ibi. C. de consti. pecu. & ante eos Host. & Io. And. in c. significantibus, vtrique post prin. extra de offi. deleg. vbi & eius loci autoritate negant viduam diuitem esse annumerandam inter miserabiles personas. Quod & astruit text. ibi. Cui tamen aduersatur text. in c. ex parte, de for. compe. vbi vidua regina Angliae gaudet priuilegio miserabilium personarum. Sed id nihil obest, quando & rex & regina possunt esse pauperes respectu suae conditionis, ut dixi late in nostro tractatu nobilitatis. His autem quae diximus, ad stipulatur, quod leges nostrae afferunt pecuniae appellatione res omnes contineri. c. torum. l. q. 4. & l. pecuniae. ff. de verb. signi. & l. receptitia, ver. si. & neminem moueat. C. de consti. pec. Tanquam scilicet omnes res habere videatur, qui pecunias habet, ut etiam in postremo loco not. Bal. qui ad hoc retulit quod voluit gl. in l. aduocati, in verbo, vitam. C. de aduo. diuer. iudi. videlicet diuitias esse vitam hominis, de qua re latissime differuimus in tract. nobilitatis, in comparatione aduocati & medici, vbi id quisque legere poterit. Proinde, vt repetamus, cum diuitiae tantum habeant virium, potentiae, facultatum, non abs re Latinis Facultates dicuntur, tanquam scilicet rerum omnium facultatem ac veluti facultatem praebentes. In qua re Latini ipsi Graecos, ut saepe alias, imitantur, quibus facilitas dicitur ἰσπορία, quo etiam vocabulo abundantia & opulenta significatur. Demosthenes, ἐὰν πολλαὶ τὴν τελευτῆς ἰσπορίας ποιοῦντες. Ex quo & ἰσπορος diues & abundans, & verbum ἰσπορία, habeo facultatem, ditor abundo. De quo & idem Demosthenes, ἀλλ' ὅθεν τε χεῖματα ἰσπορίας, καὶ ἔκ μισθολύνης παρὰ τῶν φίλων λαβὴν τριακοσίας δραχμῶν. Antiqui autem pecuniadeam esse existimabant, ut videre licet ex D. Augustino de ciuitate Dei lib. 4. c. 21. & 24. vt magis mirum sit quod Inuena. cecinit Satyr. 1.

*— Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nimirum eximus aras.*

2 Verum è nostris Alberi. in suo vberissimo Lexico tradit opes dici facultates, tanquam facultates, quod scilicet facile labuntur, per not. in l. si cum dotem, in fi. ff. sol. mat. Cui rationi concinunt illud Valerij Maximi in fin. lib. 6. Caduca nimium & fragilia, puerilibusque consentanea crepidiis ista, quae vires & opes humanae vocantur, affluunt subito, repente dilabuntur: nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt: sed incertissimo flatu fortunae huc atque illuc acta, quos in sublimem extulit

Vidua diues.

Diuitia vta hominū.

Facultates tanquam facultates.

extulerit, improviso recursum destitutos in profundo cladum miserabiliter immergunt. Hæc ille. Cui ad stipulatur illud Sallustij in Catilinario, Diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est. Et rursus in Iugur. statim post prin. Praeclara, inquit, facies, magna diuitiarum, ad hoc vis corporis, & alia omnia huiusmodi breui dilabuntur. Plutarch. in oratio. cōsolatoria ad Apollonium tradit quod Demetrius Phalereus dicente Euripide diuitias esse instabiles: & caducas, vnamque diem hæc ad ima deprimere, hæc verò ad summa tollere, alia quidem recte eum dicere inquit, melius verò fuisset, si non vnam diem, sed temporis punctum dixisset. Et optime facit text. in l. etiam, ibi, si idoneus subito lapsus est. ff. de admitt. tuto. & in l. verum, §. si locupletis, ibi, & subito hæreditas lapsa sit. ff. de minoribus. Et ex Christianis scriptoribus Hieronymus ad Pammachium de obitu Paulinae vxoris, scribit opes & momento perdi & inueniri posse. Cuius rei exemplum in signe ac memorabile nobis suggerunt sacre literæ, in quibus Iob ille simplex & rectus & timens Deum repente ex ditissimo factus est pauperimus: ex pauperissimo ditissimus. Et aliud quoque Myron Atheniensis orator apud P. Rutilij Lupum ex Gorgia de figuris sententiarum lib. 2. Hæc mulier, ait, nuper fuit locuples, potes in amore atque deliciis necessariorum, ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarum quæ sequebantur, comitatus appellabatur. Nunc contra subito & graui casu afflictâ vix medicis ancillulæ dignitatem retinet. Ob idque cōfestim subiunxit: O fortuna, quam vehementer rerum varietas oblectat, & quam magno odio est tibi beata vitæ perpetuus & constantis fructus. Hæc ille. Ex quo fit quod scribit Bar. in l. in confirmatio. ff. de cōfir. tuto. quod qui antea diues erat, propterea non praesumitur nunc diues esse: quoniam in facili est, ut facultatum fiat diminutio, per illum text. quomuis gl. teneat contrarium in §. quia vero iam, in verbo, a patre, in auth. de equal. doti. & Host. Io. And. Aegid. Bella. Ant. & Imol. in c. 1. extra de scru. in ordi. faci. per. tex. in l. si creditores, in fin. ff. de priuileg. creditor. Archi. & Do. in c. vlt. 6. q. 5. Alb. Ro. fa. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisf. cog. Sed tu vide Alciat. has contrarias sententias cōcordantem, in tractatu praesumptio. regula 2. praesumpt. 27. nu. 1. & 2. post Alex. ibi ab eo allegatum. Sed & Bal. in c. dudum. col. 1. ver. quæro quæ qualitates, extr. de iureiur. inter ea quæ facile corrumpuntur, diuitias reposit.

De eadem re.

Quodlibet ab eo potius denominatur, quod sibi specialius est.

Differētia

tradit Cornelius Fronto in libello de nominū verborumque differentiis. Facultas, inquit, locupletis: facilitas artificis est. Itaque diues facultatem habet vel emendi vel redimendi: artifex opera perficiendi facilitatem. At Festus Pompeius in verbo, facult. facilitas (ait) morum est: facultas rerum. Sed & de significatione facultatis, quid nostri sentiant, videbis apud Accursium in §. si verò absumt, in verbo, substantiam, in auth. de hæred. & Falcid. & Luc. Pen. in locis in princip. alleg.

5 Postremo in hac mentione facultatum nolumus praetermittere nostrates ponere differentiam inter facultates & prouentus, ut videre licet ex clem. 2. in prin. vbi id not. Pau. Liar. & Card. Flor. in 16. not. de religi. domi. quos videas. neque enim in hac re diuitius immorari statuimus, vtpote nihil ad nostrum, quod agimus negotium pertinens.

inter facultatem & facilitate.

Et inter facultates & prouentus.

DONATIONE LARGITVS.

In his verbis satis constat hanc l. locum habere tantum in donatione, & ea quidem propria, simplici, mera, gratuita, liberali, ut etiam tradit Bal. in 2. lect. & Ang. hic & Ro. cons. 26. pro decisione. col. 2. ver. conclusio ergo. & Iac. cons. 171. viso instrumto dotis, col. 3. ver. sed premisis, lib. 4. & doct. vbi que, vt videbitur ex seq. Nam & ea proprie etiam dicitur donatio. l. 1. in princ. ff. de donat. & largitio quoque ea proprie est quæ fit gratis, & liberaliter, vt diximus & probauimus supra in verbo, omnia, vel partem aliquam. nu. 1. incip. adde & his verbum largitus. Et cum hæc l. loquatur in speciali ac singulari casu, sitq; exorbitans, vt late diximus in verbo, libertis, nu. 19. & seq. consequens est, vt dicant Rom. & Iac. vbi supra, eam debere intelligi proprie ac strictè de vera ac propria donatione. l. filiusfam. in princ. ff. de donat. cum similib.

Hæc l. scribit de vera propria donatione intelligenda est.

2 Ex quo illud primum sequitur, hanc l. non procedere in venditione, quod omnes vbi que admittunt. Quod tamen velim intelligas, nisi ea facta fuerit paruo quopiam pretio, habito quidem respectu rei venditæ, quæ scilicet multo pluris valebat, nam huiusmodi gratiosa venditio ita possum appellare post imperatorē in l. 2. C. de fide instru. & iure haste fiscal. lib. 10. reuocabitur ex hac l. per æquæ ac donatio, vt voluit Bald. hic ante fin. 1. lect. & iterum in 2. lect. colum. 2. & Cyn. in l. 1. in vlt. quest. & ibi quoque Bald. col. 1. in 3. not. Fulg. & Franc. Arct. col. vlt. ver. verum tamē si venditio, & Iac. à Sanct. Georg. col. 1. Claudius Aquen. col. 2. ver. fortius voluit. C. de pactis & ipse Bal. in rub. ext. eo. tit. col. 2. ver. quæro an venditio. Ang. in l. 1. C. de inoff. test. Ro. in l. 1. quis cum aliter, col. 5. in 9. q. ver. attende tamen. ff. de verb. obl. vbi id dicit sing. Pet. Ferra. in sua practica, tit. formalib. quo agit pro dona. in verbo, reuocabiliter. Barb. in c. cum dilecti, col. vlt. de empr. & vendit. Soc. cons. 215. visa prædicta facti contingentia, col. 1. lib. 2. quod repetitur in consil. 22. lib. 4. & Fran. Curt. sentior cons. 1. prima sententia videtur dicendum, col. 3. & Philip. Dec. qui Cyn. & Bal. tantum memorat, in l. imaginaria. ff. de reg. iur. Carol. Ruin. cons. 98. visa renuntiatione. col. 9. nu. 20. lib. 1. & iterum cons. 170. de tribus, col. 4. nu. 15. lib. 3. & consil. 60. de re quidem, col. 5. nu. 16. lib. 3. & cons. 140. circa casum, col. 3. nu. 6. lib. 4. Pantal. qui & Cy. & Bal. tantum citat in repe. l. 2. col. 36. ver. duodecimō limita. C. de rescin. vend. & D. Boer. decisio. 143. & quod ad secundam, col. 3. in princ.

Hæc l. non habet locum in venditione proprie sumpta.

3 Horū ratio est, quia talis venditio facta minori pretio, pro donatione habetur. l. si vir vxori, in prin. ff. ad S. C. Velleian. & l. si quis donationis, ff. de contrah. emp. & l. 1. §. si quis in fraudē, cum seq. vsque ad §. si

Est ratio.

§. si mutuā. ff. si quid in fraud. patr. & l. si sponsus. §. circa. ff. de don. inter vir. & vxor. & l. cum hic status. §. si inter. verfi. plane. & in l. sed si vir. §. si duo. ff. eo. quibus probatur iura loquētia in donatione habere locum in huiusmodi venditionibus: quod & voluit gl. in l. apud Celsum. §. auctoris. in verbo. causā. ff. de except. dol. Per. à Bel. Pert. in suis no. 8. not. incip. si quærat. in fin. & in l. i. & ibi Cyn. post eum in 7. q. C. de inoff. dona. Bal. conf. 261. primò quæritur. statuto cauetur. col. 3. li. 1. Bar. in l. non vsque. ff. si à par. quis. man. fuer. & conf. 161. in nomine domini amē. proponitur. paulò ante si. Colle. in c. vlt. col. 3. verfi. sed quid pater. ext. de donat. Io. Plat. in l. i. col. 2. verfi. in tertio dicto. C. de impo. lucra. descript. vbi dicit ceteri causam lucratiuam. cum res magni pretij paruo emitur. & in hoc dicit not. gl. in d. §. auctores. & Alex. conf. 55. consideratis verbis. col. 2. ver. quod non excedit. lib. 1. & Alcia. in l. nominis. §. verbum. ff. de verb. sign. cum aliis multis concord. à me collectis in nostris cōmentariis in Pictonum cōsuetudines. tit. 14. §. 10. gl. 1. in 2. declaratione 2. fal. Quibus adde tex. loquentem in conductione vno nummo facta. in l. si quis. ff. locat. vbi & ea instat donationis est. Et quod scribit Suetonius in Iulio Cæsare. c. 50. Ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliā. cui & primo suo consulatu sexagesimum margariā mercatus est. & bello ciuili super alias donationes amplissima prædia ex auctionibus hæcæ minimo addixit. aut vt Budæus in tit. de in diē addic. & quidam alij. & melius meo iudicio. legūt. nūmo. quod tamen in idem recidit. quantum ad rem de qua loquimur. perrinet. Nam ex ipsius Suetonij sententia. est veluti quedam donatio. rem amplissimam minimo siue nummo vendere vel addicere. Ex quo etiam illud Horatij lib. sermonum 2. Saty. 5. ad si.

Causa lucratiua.

Conductio vno nummo facta.

Venditio vno nummo facta.

Insinuatio in venditioe minoris pretio facta.

De eadem re.

Siue fundi siue domus sit
Emptor. gaudentem nummo te addicere. &c.
 Quo in loco Porphyrio interpret. Genus. inquit. erat donationis. in qua quando aliquid donabatur. nummum dabant. vt emisse viderentur. Ex nostris autem Accursius scribit hanc venditionem vno nummo factā esse imaginariam. in §. præterea. Insti. qui mod. ius patr. potest sol. & in §. i. in verbo. libripēdi. Insti. de testa. & Philip. Dec. in l. imaginaria. ff. de reg. iur. Ex quibus magis placet apud Suetoniū legi nummo quam minimo. nihil tamē refert. quod supra diximus. vtrum horum legas. ad eam rem de qua tractamus. Quāquam habemus casum in iure nostro. quo huiusmodi venditio habet aliquid momenti. in l. si vsusfructus. ff. de iur. dot. De quo tu vide gl. in l. si quis ante. in verbo. solum reneat. & ibi Bar. & alios. ff. de acq. poss. Sed & tu vide de his venditionibus factis vno nummo. Cy. post Pet. in l. maritus. circa mediū. C. de procur. & in l. non ideo. C. de hered. insti. Bar. in l. vsusfructu. col. 4. ver. vlt. ius. not. ff. sol. mat. Collec. in capit. vt mensuræ. quod est 2. ext. de empt. & vendi. cū aliis concord. adductis ab Alex. in d. l. si quis ante. Sed vt redeamus. ex his quæ diximus. fit. vt quod in ea venditione minoris pretio facta deest à vero ac iusto pretio. tanquam donatio debeat insinuari. secundū Pet. Ancha. & Imo. in c. cum causa. ext. de empr. & vend. & Ro. in l. 2. in prin. col. 3. ff. de verb. oblig. per d. l. si quis donationis. & reprehendit Calder. qui contrarium consuluit. conf. 2. tit. de empr. & vend. De quo & per Alex. in d. l. si quis cum aliter. col. 3. ver. item quæ fuit. ff. de verbo. obliga. & Firmia. in tractatu gabellarum. in 3. parte 8. partis princ. q. 12. & Soc. d. conf. 215. col. 1. lib. 2.

4. Id quod primo loco intelligit Cyn. Bal. & Soc. subdubius tamen. in d. l. i. C. de pact. procedere. si ea venditio ita facta. fuerit animo donandi facta. aliās secus. quia principale propositum contrahen-

tium est inspiciendum. vt est tex. licet non allegent. in l. rogasti. in princ. & in l. si quis nec causam. ff. si cer. per. & aperte declarat tex. in d. l. si quis donationis causa. ff. de contrah. emp. & in d. l. si vir vxori. ff. ad S. C. Velleianum. & in d. l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ex quo etiam voluit. Io. And. & post eum Pan. Barb. & alij in c. ad quæstiones. ext. de re. permu. quod si pro fundo alterius. ei do alium fundum. & pecuniam. primū inspiciendum est quid principaliter inter contrahentes actū sit. vt iudicemus. si ne hic contractus permutacionis. an venditionis. Id quod etiam voluit Bart. in l. 1. ad fin. ff. cod. tit. & in l. Aristo. & ibi quoque Bal. & Pau. Cast. ff. de donat. & idem Bar. in l. si in emptione. in prin. ff. de contrah. empt. Bal. in l. i. col. 2. verfi. quid si data est res. C. de rerum permut. vbi & ad hoc allegat optimum text. in dict. l. si sponsus. §. circa. vbi & ipse Bal. tradit autoritate illius text. & l. is qui. C. de his qui propt. met. iud. quod iudicamus actum secundum animi præualentiam. quæ postrema dictio (ne tu eam repudiandam in hac significatione existimes) est Pauli iuriscōsulti in l. rem actio. §. in omnibus. ff. de rei vendic. Sed vt redeamus. illud idem quod diximus. voluit ipse Bal. conf. 66. inter virum & vxorem. in princ. lib. 1. Panor. conf. 15. quæritur an prædictus contractus. col. 1. lib. 1. cum multis concord. à me collectis in nostro tractatu Retractuum. tit. 1. §. 30. glo. 1. nu. 11.

arguitur, vsque ad fin. conf. lib. 2. & conf. 75. spurio, col. 1. eo. lib. 2. Saly. in l. hac edictali, in princ. in 7. q. C. de secun. nupt. Pet. Ancha. in repet. cap. ea quæ fiunt, col. 12. in 3. q. vers. in his etiam casibus, de reg. iur. lib. 6. & iterum in c. accessorium, col. 6. vers. ex prædictis possumus, eod. tit. Imo. in c. cum contingat, in 3. q. 10. membri, extra de iureiur. Rapha. Co. conf. 31. testator in testamento, col. vlt. Ro. in rubr. de iureiur. in 1. cõclusionone. & conf. 44. ex supra narrato, col. 2. & conf. 293. præsupposito quòd dictum legatum, col. 2. Pau. Cast. d. conf. 193. super isto puncto, col. 3. vers. ad tertiam rationem, iunctis præcedentibus, lib. 2. & conf. 183. circa primum, col. 2. vers. nos autem sumus, eo. lib. 2. Fran. Aret. conf. 74. diligenter & mature, col. 3. vers. sed tamen pro intellectu, & latissimè Guid. Pap. sibi cõtrarius sing. 377. incip. si donans, vers. si in instrumento. Alexan. & Corn. & Philip. Dec. qui expressè reprobant Bald. ibi, videlicet in d. l. si donatione. C. de colla. & idem Alex. in l. quod de bonis. §. vlt. in prin. ff. ad leg. Falc. & conf. 55. consideratis verbis dicti statuti, col. 3. vers. nec prædictis ob. iunctis præcedentibus, lib. 1. & conf. 18. consideratis, post princ. & iterum col. 2. vers. & quamuis, lib. 3. & Soci. d. conf. 66. col. 8. vers. & hæc opi. lib. 1. Fely. in c. si cautio, col. 24. vers. sed est aduertendum, de fide instr. & in c. sicut, col. 14. de re iudi. & las. sibi contrarius, in d. prælud. feu. col. 27. vers. iuxta prædicta, vbi illud dictum Bal. ibi, de quo supra diximus, reprobat Dec. conf. 202. vt præfens consultatio, col. 3. vers. non obli. quòd nor. Alciat. in l. pacta quæ contra, in 5. specie. C. de pact. Ioan. Montefer. in repet. l. frater à fratre, col. 27. vers. quartò fallit. ff. de conditione indeb. Et id credo esse verissimum. Nam alioqui esset liberum cuique legem fraudare, iuramento interposito, contra l. si quis inquilinos. §. vlt. ff. de lega. 1.

Autoris disinctio in non prohibitis personis.

De eadem re.

Generalis assertio dubia.

vbi autem §. qui illud. ff. de verb. oblig. & l. cum incertis. ff. de leg. 1. & l. vlt. C. de anna. exceptio. & ita dicit voluisse Bal. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccl. & in d. l. vlt. ff. de exercitor. idémque sensisse Bart. in d. l. si forte. ff. de castren. pec. vt ex multis apparet. Primum, quia Bar. intendit determinare, quando verba enuntiativa meritorum probant, & distinguit vtrum simus inter personas prohibitas, an non prohibitas. Sed quando donatio est prohibita, Bartolus intelligitur loqui quando merita sunt specificata, & non in genere tantum expressa, vt declarac doct. maximè Alex. in d. l. si donatione. Ergo & ita quoque intelligendus est in alio capite, cum loquitur inter personas non prohibitas. vt ita vnica caput secundum aliud intelligatur, arg. l. 1. & ibi no. ff. de reb. dub. & l. vtrum, & ibi etiam no. ff. de pet. hare. Deinde quia Bart. allegat l. optimam. C. de contran. & commit. stipu. quæ loquitur in verbis enuntiativis specificè prolatis. igitur debet ita scõdum illam intelligi, arg. no. per eundè in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de libe. leg. Denique quia Bal. ita videtur Bart. intelligere in d. l. si donatione, vbi tractans quando donatio dicatur esse remuneratoria, dicit, assertio meritorum in genere non sufficit. Quando autè in specie memorantur, distinguit inter prohibitos, & non prohibitos, per not. in d. l. si forte, quòd & idè facit, & quidè clarius. Raph. Cui. in d. l. Aquilius. ff. de don. Sed & ad hæc adicit Soc. hæc ratione. Nã donatio facta ob merita, si excedat quantitatem meritorũ, in illo excessu dicitur pura, secundũ Guil. Bal. & Saly. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccl. cū concor. supra à nobis adductis. Et ideo licet hæc l. nõ habeat locũ in donatione remuneratoria, habebit tamen locũ in illo excessu. Ex quo satis datur intelligi, quòd debet specificè nominari. Et hoc ita cõfirma, quia illa generalitas posset verificari in quolibet vel minimo beneficio, propter quod non impediretur huius l. dispositio. Ergo in dubio debet habere locum l. nostra, secundũ doctrinam Bar. in l. Titia Seio, §. imperator. ff. de leg. 2. Et hanc Soc. sententiam approbat Caro. Rui. conf. 173. quæritur primo, col. 5. nu. 12. & 13. lib. 1. & Ant. Rubens conf. 95. viso & diligenter considerato, col. vlt.

Distinctio Bart. hinc de re.

Donatio ob merita facta quantũ ad excessũ meritorum cõsistit pura.

In non prohibitis sufficit generalis meritorum mentio.

94 Verum lason & Phil. Dec. in eadè specie & inter eadè partes consulentes, ille quidem conf. 154. in causa mota, lib. 2. hic conf. 20. in causa istorũ fratrum posteaquam reuelerũt sigillatim Socin. rationes, què ipse Decius nuncupatim nominat, non designato tamen ipsius loco, aut numero consil. eiusdem, tenuerunt & consulerunt contrariũ, vt videlicet in casu nostræ l. sicuti semper alias in nõ prohibitis, sufficit generalis meritorũ mentio, vt dicatur donatio remuneratoria, sine alia meritorum probatione, & ita habeat locum l. nostra. Moti, quia Bar. in d. l. si forte, generaliter & clarè dicit assertionem meritorum fidem facere in non prohibitis: & ita eum, inquit, refert & sequitur Pau. Cast. in l. per diuersas, col. vlt. C. mand. & in dict. l. Aquilius. ff. de dona. Ergo & generaliter debet intelligi, quia generalis dispositio includit generaliter omnes casus, etiã si in vno maior esse ratio videatur, quàm in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de alcato. & l. in fraudem, in fi. & ibi Bal. ff. de testa. mili. & l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præst. Et cū verba Bar. & sequaciũ sint clara, non indigent alia interpretatione. l. 3. C. de lib. præte. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. Cui adde quæ latè diximus supra in verbo, libertis, in princ. Item ratio Bar. hæc est, quia cum personæ nõ sunt prohibita, & possunt liberè donare, & sine meritis, & cū meritis: consequens est standũ esse assertioni instrumenti de benemeritis inter contrahentes. per d. l. optimã. C. de contrah. & cõmit. stipu. Quæ ratio patet & vtroq; modo procedit, siue generaliter, siue

Standum est assertioni in instrumenti de benemeritis.

specialiter fiat mentio de meritis. Præterea illa specifica meritorum mentio non videtur ob aliud consideranda, nisi respectu probationis; sed cum partes possint disponere, statim instrumentum, nec alia probatio requiritur, ut dictum est. Et sic cum iam non agamus de probatione, nihil est amplius propter quod consideranda sit illa specifica probatio. Ad hæc tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie. l. si duo fratres. ff. de adm. tut. & l. si chorus. ff. de leg. 3. & l. omnes. C. de præscri. 30. anno. cum simil. à me supra latè congestis, in princ. nostræ l. vers. in. incip. & hæc quidem omnia, & seq. Et licet in quibusdam casibus dispositio specialis plus operatur; tamen ex cõmuni regula intentio nostra fundatur secundum gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Et ideo nõ videtur in dubio esse differentia inter assertionem specificam & generalem instrumenti. Postremò si specificatio meritorum requiritur inter personas non prohibitas, ut Bar. loquitur, videtur etiam postea probatio necessaria aliter quam per instrumentum, sed nulla probatio requiritur ultra instrumentum, ut omnes fatentur; ergo nec specificatio; quin sufficit qualicumque instrumenti assertio, siue in genere, siue in specie, arg. l. i. in prin. C. de rei vx. actio. & quod habetur per gl. in l. vinum. ff. si cer. per. Hæc ferme Ias. & Dec. qui & ipse in eadem fuit sententia in l. si donatione, col. 4. vers. secūsdus casus, iunctis præcedentibus. C. de colla. & eum sequitur & defendit Ripa tum in hac ipsa l. in 15. q. tum quoque lib. 3. respon. cap. 9. circa primum, col. vlt. Sed quibus rationibus (nam & alias adfert) ceterorum sit iudicium.

Autoris sententia.

95 Aduerte lector optime, quoniam Bald. in locis à Soci. citatis nuncupatim loquitur in prohibitis. Ideo nihil ad hunc casum pertinet. Illis autè rationibus, quibus Soci. ipse conatur Bar. in suas partes trahere respondent Ias. & Dec. in d. consil. propè copiosius quam res exigat, cum de vnus tantum doctor. licet maximi, auctoritate cõtendatur. Ego verò de hac re non admodum laboro. Sed illud tantum priuatim breuibus definiam, utrum in casu l. nostræ sufficiat generalis meritorum assertio, quod prima statim fronte videri posset, in præiudicium quidem donantis, & donationis à se factæ, quam ita potuit facere, si voluit, ut propter filios postea susceptos non reuocetur, ut qui huic l. renuntiare possit, secundum communem opi. Et hæc est Iasonis Deciique sententia prora, quod dicitur, & puppis.

In personis etiam prohibitis statim assertio meritorum in præiudicium assertantis.

96 Idque cõfirmatur ultra Dec. ex eo quod Saly. subdubius tamè tradit in l. filia. C. famil. erci. quod etiã inter personas prohibitas statim assertio meritorum in præiudicium assertantis, licet non aliorum, per l. Aquilius, cum gl. ff. de donat. & sequitur Iason in repetitione l. frater à fratre, col. pen. ff. de condi. inde. & d. consil. 154. col. 5. vers. quartò principaliter. & Philip. Dec. in l. si donatione, col. 5. vers. quarta conclusio. gl. limitatur. C. de colla. Et simile quippiã tradit ipse Saly. in l. cum propria. C. si quis alter. vel sibi, quod si vxor emit res quaspiam constante matrimonio, & in instrumento cõtineretur de propria pecunia vxoris, patiente & consentiente marito, ei creditur, & cessat præsumptio l. Quintus, ff. de dona. inter vir. & vx. Nã & quis (ut hoc quoque illi addas) non potest venire contra factum suum, quod etiam de iure non tenet. l. per fundum. ff. de serui, rusti, prædio. & l. venditor. Cod. commu. prædio. & voluit Bal. consil. 403. Ioannes Simonem, col. pen. lib. 3. cum simi. Et facit quod in simili dicimus, quod vendens non potest dicere veditioem simulatam aut factam in fraudem, ex eo quod diutius remansit possessor rei venditæ, licet tertius id possit facere, Bart. in l. post contractum, col. 3. vers. sed an venditor, ff. de dona. & consil. 65. Petrus Nico-

le, in prin. & consil. 81. Martinus, ad fi. & Bal. in Lemptione, circa med. C. plus val. quod agit. & Card. Floren. in cap. illo vos, in 2. no. extrã de pigno. cum simi. Sed propius hanc Saly. sententiam confirmat ultra Ias. quod scribit Bart. in auth. sed iam necesse, in prin. & ibi quoque Franc. Tyg. in fin. repet. C. de dona. ante nup. quod licet confessio mariti de dote data non præiudicet creditoribus, sibi tamen præiudicat. & sequitur Paul. Castr. consil. 383. circa primum, col. 2. vers. an autem præiudicet, lib. 2.

97 Ego tamen Soci. sententiã secutus, contrarium verius esse arbitror, tum ea ratione, quam ex eo supra adduximus de excessu meritorum, qui nullo pacto cognosci potest ex generali meritorum mentione. Cui rationi non satis Iason & Decius facere videntur. Tum item, quia talis assertio nudo sermone effusa, solet in donationibus apponi magis ad colorem, & veluti quædam honorem, quam ad veritatem. Ideo perinde habendum est, ac si non appositum fuisset, arg. l. quod venditor. & ibi not. ff. de dol. & l. si quid venditor. & l. seq. in princ. ff. de ædil. edict. & quod scribit Old. consil. 5. Titius dedit, in fin. iunctis iis quæ latè diximus supra in princ. l. nostræ, vers. 226. incip. ad huius tamen posterioris partis, vbi latè probauimus non consideranda esse que notarij solent apponere ex consuetudine quadam, sicuti & solet fieri de huiusmodi meritorum mentione. vix enim è cunctis millibus vnũ instrumentum donationis cõperies, in quo id nõ scribitur. Iunctis itè iis que diximus in nostris consuetudinibus, tit. 14. §. 10. in gl. 2. vers. sed etiã in illo dubio, Tum deniq; quia ea ratio renuntiationis huius l. quã pro contraria sententia adduximus, & que veluti fossa est vallũ aduersarum partium, tum demũ procedit, si specialiter quis renuntiarer huic l. neque enim generalis renuntiatio omnium legum & remediõrum, etiã iurata sufficeret, ut latè diximus in prin. etiam l. nostræ, vers. 115. inci. nunc autè restat, & multis sequen. Igitur nec similiter eadè ratione generalis meritorum mentio sufficeret, etiam iurata, ut huic l. derogatum esse videatur, ut etiam voluit hac postrema ratione suffultus Pau. Castr. cuius in ea tam verbosa controuersia nec Soci. ipse nec Ias. & Dec. nec denique Ripa meminit, consil. 435. super hoc puncto plura videntur, col. vlt. vers. quartò facit dubiũ, li. 2. Sed & idem nuncupatim etiã respondit Steph. Bert. consil. 135. thema consultationis tale est, col. 2. vers. sed manet difficultas, cum multis seq. lib. 4.

Autoris cõtra opi.

98 Nec quippiam obest illa Saly. sententia in d. l. filie, quando ea palàm coarguitur ab Alex. in d. l. si donatione, col. 6. & ibi etiã Ias. sibi prorsus contrario, col. pen. C. de colla. & eodè Ias. in lect. d. frater à fratre, char. vlti. ff. de condi. inde. Sicut etiam reprehenditur alia eiusdè sententia in d. l. cum propria, à Soci. cõs. 61. circa primum dubium, col. 1. lib. 4. Nec omnibus placuit id quod dictum est, venditorem non posse allegare venditionem simulatã aut fraudulentam, ut videre licet apud Fran. Aret. consil. 65. in presentij consultatione, col. vlt. vers. circa tertium dicendum est. Nec etiam omnino certum est quod tradunt Bar. & Tyg. in d. auth. sed iam necesse, ut patet ex scriptis ab eodem Bar. in l. cū quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & Ioan. And. in addit. Spec. tit. de dona. inter vir. & vx. col. vlti. Sed & nos de hoc, vtrum videlicet assertio siue cõfessio ei præiudicet, qui eam fecit inter prohibitos, latè diximus in cõmentariis nostrarum consuetudinum, tit. 14. §. 10. in gl. prima, in 3. limitatione primæ declarationis, vbi videre poteris. Neque enim hic immorari statuimus, in re, quæ quaqua versum spectet, non est magni momenti ad id de quo tractamus, propter iam dictas rationes, quæ semper locum habent.

Responso ad obiectiones.

99 Ceterũ Phil. Dec. hac in re, si vnquã aliàs, sibi ex diametro

opinionis auctores.

Donatarius tenetur probare veritatem meritorum.

Ex assertione meritorum cum cõiecturis præsumitur donatio ob merita.

diametro contrarius, in consil. 366. pro declaratione, col. 3. vers. venio ad tertium, cuius etiam Ripa non meminit, asserit tantũ abesse vt generalis mentio meritorum faciat cessare hanc l. vt ne specialis quidem id efficiat. Nam licet donans, inquit, nõ sit quantum ad se persona prohibita, tamen donatarius, qui dicit donationem non esse reuocatam ex huiusmodi l. quia sit remuneratoria, tenetur probare veritatem meritorum, vt dicit concludere Ang. in d. l. si donatione. C. de colla. post Guil. Cu. in d. l. vlt. ff. de exerci. Subditque hoc efficaci & concludenti ratione probari, quia sicuti in patre, qui non potest donare nisi propter benemerita, nõ creditur assertio illius speciali, quia de facili posset fieri fraus, vt tenet gl. in d. l. si donatione, quã omnes sequuntur, cum simi. ibi adductis per Alex. pari ratione dicendum est in nostro casu, quod cum donatio reuocata sit per legẽ, & talis reuocatio impediatur propter benemerita, debet probari de veritate benemeritorum, nec statim assertio etiam speciali, quia eadem ratio videtur, quã in personis, quæ donare prohibentur. Distinctum autem Bar. in d. l. si forte. ff. de castren. pecu. habet locum inter illos in quorum donationibus non requiruntur benemerita, vt perpetuò valeant, sed tantum ex abundantia exprimitur. Secus vbi necessaria sunt benemerita, propter qualitatem personæ, vel propter reuocationem donationis, quæ impeditur propter benemerita. Hæc Decius, vtrobique scẽnã seruens, ac theatro sese accommodans, adeo que non iuristæ, sed litigatoris negotium agens, & hoc idem videtur voluisse Pau. Castr. à nullo iutorum memoratus, consil. 434. respon. deo per ordinem, in 4. dubio, lib. 1.

100 Sed vtcunque sit, hæc tamen intellige, vt licet ista assertio meritorum non tantũ sit, vt propterea sit dicenda donatio ob merita: tamen nõ adeo exacta certaq; probatio meritorum requiritur, quàm si nulla prorsus assertio interuenisset, quin sufficiat cum huiusmodi assertione quædam verisimiles coniecturæ, ex eo quod in simili elegatèr voluit Saly. in l. mater. C. de contrah. empt. quod si maritus emit fundum pro vxore absente, ex pecunia quam ipse asserit esse vxoris, non est standum huic assertioni, tanquam suspectæ, & factæ inter personas prohibitas, per d. l. qui testamentũ. ff. de proba. cum simi. nisi, inquit, ex aliqua verisimili præsumptione appareat, quod vxor verisimiliter hanc pecuniam habuerit, & sequitur Alex. consil. 18. cõsideratis his, col. 1. lib. 3. & Phil. Dec. cõs. 463. in causã quæ nomine. Ex eo quoq; quod scribit Ang. consil. 341. pater emit domum, in l. dubio, quod licet cõfessio patris dicitur se habuisse pecuniam à filiis, sit suspecta, cum nõ valeat donatio inter patrem & filiumfam. tamen si eo tempore filij ita erant aliquod artificium edocti, vt satis verisimiliter potuissent sua industria illam pecuniam comparare, standum esset huic cõfessione, per not. per glo. Cy. & Bal. in l. cum oportet, in prin. C. de bon. quæ libe. Et hoc dictum Angeli sequitur Iason consil. 189. circa legitimationem, col. vlt. post prin. lib. 2. & Philip. Dec. in l. si donatione, col. 6. vers. vltimus addo duas. C. de collat. vtrumque autem & Ang. & Saly. sequitur ipse Dec. consil. 96. viso puncto, col. 2. vers. non obstat quod talis est. & Hipp. Marsil. sing. 610. non statim assertio. & ante eos Alex. consil. 18. cõsideratis his, lib. 3. vbi ex iis idem quoque consuluit in cõfessione de recepto facta à patre filio spurio, cuius dictum pro singulis sequitur Iason in l. si is qui, col. vlt. ff. de vulg. & pup. vbi & illud dictum Saly. dicit etiam sine. Et idem in assertione meritorum facta in donatione inter virum & vxorem consuluit Phil. Dec. consil. 202. vt præfens consultatio, col. 4. vers. non obstat quod talis donatio.

101 Quibus adde quod ante illos consuluit Bald. cuius tamen nullus illorum meminit, consil. 66. inter virum & vxorem, lib. 1. Quod si in instrumento vir vxori vendat fundum certo pretio, quod cõfiteretur se recepisse ab vxore, nõ stabitur huiusmodi cõfessione, per d. l. qui testamentũ, nisi cõfessio, inquit, iuuetur aliquibus adminiculis. tunc enim illi stabitur. Et quod similiter cõsuluit Raph. Cum. consil. 31. testator in testamento, in primo dubio, quod licet cõfessio de dote recepta facta à marito nõ probet, vt quæ videatur facta in fraudẽ per iura ibi allegata: si tamẽ maritus erat vir honestus, & dos verisimiliter attenda cõditione vtriusq; & consuetudine, & vxor iuraret, videretur sufficere. Cui concinit quod not. voluit Bal. in l. i. col. 3. vers. vnde quæritur. C. de priuil. dot. quod licet dos confessata, vt nostri appellant, non habeat priuilegia veræ dotis, de cuius scilicet numeratione verè constat ex sententia gl. in l. asiduis, in verbo, data. C. qui pot. in pigno. hab. tamen si ultra cõfessionem interuenirent coniecturæ quædam de numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquam dotatæ; certè huiusmodi dos potietur priuilegiis dotis receptæ, per l. cum vltra. C. de non num. pec. & hoc nuncupatim sequitur Panor. consil. 73. in questione quæ ad præfens, col. 3. lib. 2. & Phil. Dec. consil. 436. in causã quæ agitur Mantuæ, col. 3. vers. sed respõdetur, & Fran. Aret. in l. i. colum. 5. vers. secundus est. ff. sol. mat. vbi hoc fulcit ex eo, quod nõ vt ipse dicit, scriptum est à Io. And. in add. Spec. in rub. de deposi. vbi intelligit id, quod vulgò dicimus, cõfessionem nudam & sine causã non valere. l. cum de indebito. §. vlt. ff. de proba. & l. nuda. ff. de dona. nisi in quibusdam possit præsumi causã, per l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. & l. Titia. §. idem. ff. de verb. oblig. & §. certum, Instit. ad legẽ Aquil. Quamquam de illo Bald. dicto dubitauit Soci. in d. l. i. col. 12. vers. quindò limita. ff. sol. mat. qui tamen dicit vidisse se consultum secundum illam Bal. opinionem à doctissimis viris: nec negat tamen id probari posse ex coniecturis, sed id tantum asserit, illam non satis esse vigentem, vt etiam declarat postea col. 15. vers. septimò limita. & ipse alibi simpliciter Bald. sequitur, videlicet in consil. 122. circa primum, col. 4. vers. tertio etiam concludo, lib. 3.

Cõfessio de pretio recepta à marito an probet. Et de dote recepta.

102 Et facit quoq; quod tradit ipse Bal. & consil. 66. inter virum, lib. 1. quod si instrumentum factũ inter virum & vxorem contineat venditionem factam pro pretio quod maritus confiteretur recepisse ab vxore, aut è contrario, si huiusmodi cõfessio potest iuari aliquibus adminiculis, ei stabitur, alioquin cõtrã, sed præsumitur donatio propter legis interdictum per l. qui testamentum. ff. de proba. & alia iura. Et quod item voluit idem Bal. consil. 471. super eo quod quæritur an cõfessio, in fi. iunctis præcedentibus, lib. 5. q. licet cõfessio ab vxore facta constante matrimonio, per se nõ valeat ad fauorem mariti, tamẽ iuncta cũ aliis coniecturis probat. Et quod idẽ scribit in authen. hoc ius porrectũ, col. p. vers. quæro vtrum in dubio. C. de sac. eccl. q. cum ecclesia non obligetur ex mutuo, nisi probeatur numeratio & cõuersio pecuniarum in vtilitatẽ ecclesiæ, vt ibi cauetur. Certè de hac cõuersione creditur prelatò, si cõcurrant quædã cõiecturæ cũ cõfessione illius, puta quia monachi ante nihil habebãt frumenti, & erãt nudi, nunc autè cõstat q. vixerunt ex frumẽto, suntq; etiã vestiti, ar. l. vlt. C. de ali. pup. præst. Nã licet id aliudẽ processisse possit, tamẽ non præsumitur, vt l. si ventri. §. vlt. ff. de priui. cred. Quã Bal. decisionẽ ad hoc nostrum principale negotiũ citat & sequitur Ias. d. consil. 154. col. 5. vers. quindò pro ista parte, li. 2. sed eũ omnino solũ allegat: quãuis & ipse Bal. idem asseruerit in l. i. in fi. C. si aduer. credi. Quodq; in simili

Cõfessio de pretio recepto facta à marito. præsumitur donatio. Nisi sit iuncta aliis cõiecturis.

Donatione largitus.

dicit Guid. Pap. in l. si voluntate. C. de collat. quod non creditur patri donati filiosa. ob merita, nisi sint coniectura meritoria, quasi scilicet sufficiant coniectura. Et idem dicit in tracta. praesumptionum. col. 6. vers. si pater donet. Et licet illa assertiones de quibus loquuntur Bald. Saly. Ang. & Raph. in illis prioribus locis, sint speciales: tamen non plus habent roboris, quam generalis in prohibitis, in quibus etiam specialis assertio meritoria aut alterius causae nihil prodest, vt plenè supra diximus. Hic verò in casu non prohibito, in quo licet generalis assertio etiam non probaret propter specialem rationem, quam supra ex Soci. adduximus: tamen in aliis fortè probaret, per rationes Decij. Item coniectura, quas nuncupatim adferunt Bal. Saly. Ang. & Raph. sunt admodum leues & frigidæ, vt apertè videre licet. Nos autem arbitrio iudicis relinquimus, quæ, qualisque cū hac meritorum mentione, satis erunt efficaces coniectura ad credendum merita præcessisse. Quid enim si is qui donauit, adeo auarè tenacisque naturæ erat, vt nunquam solitus esset donare, nisi ingentia prius merita præcessissent? Nonne si meritorum vel generaliter tantum, meminerit, facile præsumemus ea præcessisse? & certè præsumemus, ar. d. l. cum de indebito. ff. de probat.

103 Nec tamen illud interim omittendum duximus, quod si huiusmodi assertio vel confessio meritorum fieret in instrumento gaurentigato, tunc probaret tanquam res iudicata, etiam inter personas prohibitas, vt egregiè dicit Bald. in dict. l. i. col. 3. vers. idem dico si statuti. C. de priuil. dot. ar. l. res iudicata. ff. de reg. iur. vbi res iudicata habetur per veritate, quasi scilicet huiusmodi instrumenta habeant vim sententiæ & rei iudicatæ. de quo latissimè omnium differuimus in nostris comment. consuetudinum Picauicorum, tit. 29. §. 1. Et illud dictum Bal. sequitur Panor. cons. 73. in quaestione quæ ad præsens, col. 4. lib. 2. & Soci. qui hoc dicit sing. cons. 122. incip. circa primum, col. 5. vers. quia confessiones, lib. 3. Et facit quod in simili tradit Bal. in l. vlt. col. 2. vers. sic. & ideo consuetudo, iunctis præcedentibus. C. de spons. & in l. pecuniæ, circa med. vers. item nota hic. C. de solut.

104 Sed ego de hoc admodum dubito, tum quia facile fieret fraus, & quidem tam facile, quam in alio simplici instrumento, nec tollit gaurentigia præsumptionem fraudis. Tum etiam quia iuramentum nihil operatur inter personas prohibitas, vt supra in eadè gl. diximus. vers. 91. incip. sed & quod in iisdem prohibitis. Licet & ipsum iuramentum, sicuti & gaurentigia, habeat etiam vim rei iudicatæ. l. 2. & l. qui iurasse. §. vlt. ff. de iureiur. Imò plus autoritatis quæ res iudicata. l. 2. & ibi glo. quæ hoc declarat. ff. de iureiur. Ideoq; habet etiam executionem paratam, sicut sententia. l. sed & si possessori. §. vlt. & ibi Bart. Saly. Ang. Fulg. Rom. & Alex. ff. de iureiur. & l. post rem. & ibi etiã Bar. & alij. ff. de re iud. & idem Bar. Fulg. Paul. Cast. Alex. & alij in d. l. 2. de iureiur. Bald. in l. i. C. col. 1. de exec. rei iud. & Mathes. no. 20. nota bonâ practiam. Barb. in l. i. §. si quis ita, col. 12. vers. & primo quia Bar. ff. de verb. oblig. cum aliis multis concor. adductis per Iasonem, in d. l. 2. & cons. 9. circa primum dudum, in prin. lib. 1. Ant. Corfe. in rep. rub. extra de iureiur. in 10. priuilegio. & Hippo. Marfil. sing. 356. iuramentum est maxime: vt tamen ei addas Benedic. in repe. c. Raynuius, in verbo, testamentum, lib. 3. nu. 33. de test. vbi ex hoc dicit qd iuramentum habet vim gaurentigia, vt etiam dicit in verbo, absq; filijs moreretur, l. 2. nu. 193. Tum denique quia gaurentigia habet vim rei iudicatæ in iis tantum quæ respiciunt executionem, non etiam probationem, de qua hic tractatur, vt ex eo patet, quod non ma-

gis probat numeratam pecuniam, nec magis ideo impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam aliud etiam publicum instrumentum, vt voluerunt Cyn. & Bal. in l. in contractibus, in prin. ille quidem col. 3. in q. 4. hic col. vlt. C. de non num. pec. & idem Bal. in l. qui pecuniam, vers. sed quid de instrumentis, & ibi etiam Iaso. col. 1. vers. tertio extende. ff. si cert. per. & in addi. Spec. tit. de appel. in 4. parte. §. restat videre, vers. sed nunquid contra, qui est in col. 6. Corn. cons. 32. quotidianus, colum. 1. vers. tamen hoc non obstante, & iterum col. 2. vers. licet enim dubitetur, ante fin. illius vers. lib. 1. licet fecus sit in iudicio controuerso, glo. iuncto text. in l. i. in glo. 2. post prin. & ibi Saly. in l. 1. & 3. opp. C. de confes. cum aliis multis similibus, quæ late congestimus in d. nostris comment. vbi supra proximè citauimus, in 15. declaratione.

105 Ex quibus nec ego accedo Soci. qui cons. 66. frustra plenitudini, col. 5. vers. nec obstat quod talis assertio lib. 1. tradit illud dictum Bal. in d. l. i. de priuil. dot. tantum procedere vbi statutum diceret quod instrumentum gaurentigatum haberet vim rei iudicatæ, non etiam si solum diceret, quod haberet executionem paratam. Nihil enim inter hæc quantum ad id de quo agimus, interesse video. Et ideo Maria ipsius Soci. pater cons. 3. circa præsentem tenet simpliciter, quod vbi requiritur vera remuneratio, ea non probatur ex assertione facta in instrumento gaurentigato, quia si contractus principalis, inquit, non valet, nec gaurentigia quoque. de quo & nos late diximus in nostro tract. constituti possessori, in 7. limit. nu. 25. & per illum. Ob idque reprobat ipse Maria. dictum Bal. in d. l. vlt. C. de spons.

106 Quarta declaratio donationis remuneratoriæ hæc est, vt ad hoc faciat cessare leg. nostrâ, merita siue seruitia sint talia, ad quæ donatarius aliàs non tenet, vt si gratia, vxor, filius, liberus debet marito, patri, patrono certas operas & obsequia: ea si præstita fuerint, non habetur pro meritis, quæ impediant reuocationem donationis ex nostrâ l. vt expressè voluit Fran. Ripa. hic in 13. q. & iterum lib. 3. respon. c. 13. duo sunt, col. 2. Cui & ego faciliè assentior. Nam cum debeantur ex necessitate vel officio, ita iubete lege, non debent censeri beneficia, quæ exigant præmium siue remunerationem. Nam donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de dona. & l. donari. ff. de reg. iur. & ibi cōcor. Et vt scribitur in l. rem legatâ. ff. de adi. leg. in necessitatibus nemo liberalis existit. & optimus tex. in l. si seruo. ff. de hære. instit. vbi non censetur præstare beneficium, qui debitum impedit. & in l. proxime. ff. de rit. nupt. cum dicitur, magis debitum libertatem præstitit, quam vllum beneficium in mulierem cōtulit. & in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de lega. 2. vbi dicitur. Non enim facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid est enim quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit, omni modo reddere debuit? & in l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. ibi, non est ista donatio, cum pro oneribus matrimonij petantur. & in l. si quis graui. §. vtrum. ff. de senatuscon. Syllani. vbi Bar. Bal. & Ang. qui eum §. si quis ex stipulatu, & ceteri asserunt officialem qui capit delinquentem aut banitum ex necessitate officij sui, non habere præmiū à statuto præscriptum illos capiētibus. Et idem voluit ipse Bal. in lab hostibus, la 2. C. de capt. & postlimin. reuerf. & in l. qui sine, in l. lect. in fi. & iterum in 2. in prin. per illum text. ff. de neg. gest. & in l. 2. post prin. per illum text. C. de ope. lib. & cons. 394. statuto ciuitatis Perusij, lib. 1. vbi hoc dicit procedere, nisi verba statuti aliud inducerent, vt in casu de quo ipse loquitur. & consil. 64. factum sic se habet, lib. 2. Saly. in l. ea quidem, in 16. quaest. C. de accus. Panor.

Autoris sententia.

Cum principalis contractus non valet, nec gaurentigia quoque valet.

Merita ex necessitate vel officio non impediunt reuocationem donationis ex hac lege.

Coniectura in meritorum assertione relinquitur arbitrio iudicis.

Confessio meritoria facta in instrumento gaurentigato. Instrumentum gaurentigatum habet vim rei iudicatæ.

Gaurentigia non tollit presumptionem fraudis.

in c. ecclesiis, per illum tex. extra de censib. Io. Ana. in c. de hoc, col. 3. vers. in ea glo. ibi, quod fit. & ibi etiam Fely. col. 2. vers. in ea gl. in fi. extra de simonia. Ange. Arct. in tracta. malefic. in verbo, necnon ad denuntiam Ioannis, col. antepe. vers. quæro secundum Saly. vbi ad hoc dicit sing. tex. in d. §. vtrum. & rursum in verbo, quod fama publica præcedente, nu. 74. sed nec officialis publicus, & ibi Aug. Arimi. in Addit. Barb. in l. si à fure, col. 2. ff. de verb. oblig. & consil. 45. Deum inuocent, col. 3. vers. & si subtiliter, lib. 3. Quibus adde quod per tex. in d. §. vtrum, tradit Bal. consil. 434. præmittendum est, lib. 5. quod non merentur præmium, nisi quæ spõte, & sine vlla necessitate fuerint, & quæ diximus supra in verbo, libertis, nu. 78. sed tu tamen aduerte. Et quod scribitur apud Senecam lib. 6. de beneficiis. Si quis, inquit, coactus aliquid boni fecit, quin nos non obliget, manifestus est, quàm vt vlla in hoc verba impendenda sint. Hæc ibi.

Merita ex iure debita non censentur merita.

Secus in aliis.

Merita. Officia obsequialia diuinitimè impensa diuina sunt remuneratio.

Donatio remuneratoria fieri debet.

Regulus, & ibi quoque Ro. col. 2. ff. de dona. quod huiusmodi donatio quæ fit pro futuris meritis, si excedit quingentos aureos, indiget insinuatione, per multa quæ ipse Imol. allegat, & sequitur Iason in l. ex hoc iure, in primo effectu antidotalis obligationis. ff. de iustit. & iure. & idem voluit Pau. Cast. cōf. 345. circa bona, col. 5. vers. secundò videtur. lib. 1. per text. apertum, vt ipse dicit in l. donatio. C. de dona. Cuius tamen cōtrarium tenet Bar. in d. l. Aquilius, per l. vlt. & auth. ibi positam. C. de dona. ante nupt. & l. vlt. in prin. C. de iure dot. quem sequitur Raph. Co. ibi, & Ant. Cana. in tractatu insinuationum, in 45. q. post prin. & Ias. loquens nuncupatim in casu l. nostræ, consil. 154. in causa mota, col. pe. vers. non obstat aliud in quantum dicitur quod ad hoc, lib. 2. & idè quoque voluit Fran. Arct. consil. 2. intellecta diligenter, col. 1. vers. ex secundo, iūctis seq. & iterum consil. 17. consideratis, col. 5. vers. secundæ autem obiectioni. Alex. consil. 12. viso instrumēto donationis, col. 2. vers. insuper dicta donatio. lib. 1. Quos ego seculi qui malo. Nā & si hæc fortè impropiè dicatur remuneratoria donatio, quia verbum remunerandi habet vim & significationem verbo munerandi, vt de verbo reddendi scribitur in l. verbum reddendi. ff. de verb. sign. De quo & aliis similibus verbis plenè diximus supra in verbo, libertis, vers. 112. inci. his autem Cor. negari tamen non potest quod huiusmodi donatio sit onerosa siue ob causam. Nam vt dicit Bal. consil. 18. notissimum est, col. 2. lib. 1. donatio ob causam de futuro est contractus, nec continet causam lucrativam, per l. non vsque adeo. ff. si quid in fraud. patron. In his autem donationibus ex crebriori doct. sententia non requiritur insinuatō, nec in ea habet locum l. nostra, vt plenè dicemus infra in 6. prin. q. Tamen si pro priori sententia aliquid facit quod scribit Bal. in c. i. col. 2. vers. sed Pet. de Cer. tit. de feud. gard. causam impletam foriūss agere in subiacentem materiam, quàm causam implendam, per d. l. Aquilius. & l. si pater, eod. tit. Ex hocque reprobat, & ceteri post eum, Pet. Cer. qui intellexit textum ibi dantem facultatem reuocandi feudum gardiæ. & quod pro mercede alicui rei datur post annum, procedere pro mercede siue remuneratione seruitij iam præstiti: secus si præstandi, per quædam iura ibi allegata.

110 Tertio principaliter, vt donationem remuneratoriã maritè relinquamus, & ad alias pergamus. Ex eo quod diximus in prin. huius glo. nostrâ hanc l. procedere in donatione simplici & pura tantum, consequens quoque fit, non obtineat in donatione mutua & vicissitudinaria, ita scilicet concepta, vt vterque capiat verbi gratia, si eodè contextu siue (vt loquar cum Cæsare) eodè vestigio tibi dono fundum, & tu mihi vice mutua domū. Nam ea censetur potius quædam permutatio, quàm donatio, vt dicit gl. in l. q. autem. §. si vir. & vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. & Alber. post Iac. Bur. in l. si donare, in fi. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ideoque valet huiusmodi donatio inter vir. & vxor. vt dicit text. ibi, quem ad hoc expendit Bal. inibi, in §. si marius, cum quo legit. d. §. si vir & vxor. & Rom. consil. 146. ista questio, col. 2. vbi eum ad hoc dicit sing. & iterum consil. 517. in casu proposito consultationis, col. pen. vbi & illum text. dicit not. & ad hoc præterea allegat l. si mulier. ff. de pact. dotal. qui nihil mihi facere viderur. & Barba. consil. 60. illud in medium adferam, col. 17. vers. præterea quotiescunque, lib. 6. vbi & ad hoc dicit not. illum priorem text. & Soci. si is est, in tract. fal. reg. 104. cui donatio inter vir. & vxor in l. fal. Phil. Dec. consil. 202. vt præsens consultatio, col. 4. vers. non omitto tamen, vbi & illud dicit huiusmodi donationem non requirere insinuationem. cum aliis multis concor. à me late congestis

Verbum remunerandi. Donatio ob causam de futuro non continet causam lucrativam. Nec in his opus est insinuatione.

Donatio reciprocè facta valet inter virum & vxorè.

Et non requiritur insinuatō.

in cōmentariis nostrarum consuetudinum tit.14. §. 28. in 3. & 4. fal. vbi etiam plenè probauit quod supra diximus, hanc nō esse veram & propriam donationem, sed vel permutacionem, vel compēsationem, & propterea eam inter virum & vxorem posse cōfistere, vt diximus: sicuti etiam inter patrem & filium. respondit Alex. cons. 217. ponderatis his que in themate, col. 1. lib. 6. & Hipp. Marfi. cons. 206. dirigere digneris, col. 4. vers. tacit ad prædicta.

Effectus mutua donationis, aut mutua alterius dispositionis.

111 Et alijs quoque videmus mutuas has donationes, & quasuis alias dispositiones plus habere virum & ponderis, latiusque ac fauorabilius interpretari. Nam primum licet qui conuenit ne reneatur de euictione, tamen re euicta tenetur ad restitutionem pretij. l. emptorem. §. vlt. ff. de actio. empt. tamē si est mutua traditio atque pactio, ne euictionis nomine aliquid debeatur, tunc nec pretij quidem reddi debet, vt voluit glo. no. in l. si familiae, in gl. 2. magna, circa medium. C. fam. hercif. quam sequuntur Guil. Suz. qui tamen eam limitat. Bart. qui dicit esse notandū. Bal. qui etiam limitat, in 2. oppo. Ang. qui eam dicit sing. & Pau. Cast. ibi, Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 11. q. & ibi etiā Ange. qui & eam dicit sing. col. antepe. vers. item nō venit, & latè Alex. col. 17. vers. in eadē gl. ibi, nisi fuerim sciens. ff. de verb. obli. Bal. Saly. & Ange. qui & eam quoque dicit sing. in l. si fratres. C. com. vtriusque iudi. lafon qui eam etiam dicit sing. in l. si pater, vers. secundò facit. C. de inof. testa. & cons. 211. præfens consultatio, col. 5. vers. item qui conuenit, lib. 2. & cons. 173. circa primum, col. 7. vers. item qui conuenit, lib. 4. Hip. Marfi. qui & illam dicit sing. d. cons. 106. col. 4. vers. facit etiam, nam qui conuenit. & Io. Lupus in d. repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. colum. 3. vers. secundò facit, vbi & eam dicit sing.

An in contractibus locum habeat ius accrescendi.

112 Ad hæc licet in contractibus nō habeat locum ius accrescendi. l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. hoc tamē intelligitur in cōtractibus ex altera parte tantum obligatorijs, cuiusmodi est stipulatio, de qua loquitur d. lex. Secus autem in contractibus vicissim ac mutuo contrahentes obligantibus, vt emptio, venditio, & similes; nam & in his locus est iuri accrescendi. l. fundus ille. ff. de contrah. empr. Et ita id intelligunt Jac. Raph. & Cy. in l. vlt. C. de inuti. stip. & post. eos Alex. in d. l. si mihi & Titio tum in 1. col. tum in 3. col. vers. & prædicta inducuntur, & ibi quoque Iaf. col. 4. vers. vltra Barro. s. fallit. Bald. cons. 301. proponitur quòd Petrus, col. 3. vers. item regula est, lib. 1. & Phil. Dec. cons. 108. ista videtur, col. vlt. Ex quibus tamen intelliges, ne decipiaris, quomodo id intelligatur.

Verba presentis vel prateriti temporis ad futura non porriguntur.

113 Item licet verba presentis vel prateriti temporis ad futura non porrigantur. l. si ita scripsisset. ff. de lega. 2. & l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. & l. si a colono. ff. de verb. oblig. & l. si ita. ff. de auro & argen. leg. cum simil. idcoque promissio ab vno principe alteri facta de non receptando bannitos vel rebelles illius, intelligatur de presentibus tantum, non etiam de futuris, vt dicit Ang. consil. 266. punctus est, in anno Domini, col. pen. tamen si talis promissio sit vtriusque communis & mutua, trahitur ad omnes, vt subdit ipse Ang. vbi supra, per tex. in l. 1. in fi. & l. 1. si quis societarē. ff. pro soc. quod & dicit esse de mente Barto. in d. l. si ita, in 6. opp. & sequitur Iaf. in d. l. si pater. & iterum in l. 1. col. 2. ff. de condict. ex leg. & in dict. §. cum stipulamur, col. 3. vers. quartò nō limita. & d. cons. 211. col. 5. lib. 2. & consil. 173. col. 7. vers. item mutua, lib. 4. vbi dicit sing. Hippo. Marfi. cōsi. 106. col. 4. vers. & facit etiam pro hac parte. & Io. Lup. in d. repet. rub. de dona. inter vir. vbi supra, vers. quartò facit. De quo tu vide Alciat. in l. verbum erit. ff. de verb. signif. vbi adfert historiam ex Litio huic speciei non admodum ab-

similem. Sed & vide Bald. consil. 112. quæritur, col. 1. vers. in contrarium videtur, lib. 1. vbi tenet, quòd immunitas per contractum concessa quibusdam, non extenditur ad bona postea quæ sita, quod videtur esse contra id quod supra diximus.

114 Præterea licet de iure ciuili ex nuda promissione sine causa etiam iuramento firmata nō oriatur efficax obligatio vel actio. lvt iuraturandi, in prin. & ibi Bar. ff. de ope. libe. & idem Bar. in l. si quis cum iuramento, in prin. ff. de fideiuss. Tamen cum partes sibi inuicem & mutuo quicquam promittunt, ac iuramento confirmant, etiam de iure ciuili oritur actio. præscriptis verbis, vt subdubius voluit Bal. in c. 1. §. Secus si iuramentum sacramenta, col. vlt. in prin. tit. de pace iura. fir. quod pro sing. refert & sequitur Fran. Cre. no. 119. ex iuramento & Iaf. in d. l. si pater, & iterum in auth. sacramenta puberum, col. 2. vers. & ratio diuersitatis. C. si aduer. vendi. & dict. consil. 211. col. 5. lib. 2. & cons. 5. strenui, col. 5. vers. quartò facit, lib. 3. & dicto consil. 173. col. 7. vers. item licet alijs, lib. 4. & Ioan. Lup. vbi supra, vers. tertio facit.

An mutua promissio, a minore facta cura vrori, valeat.

115 Denique & huc accedit quod pulchrè respondit Pau. Cast. consil. 379. primò videndum est vtrum remissio, in 2. dubio, lib. 1. valere mutuum remissionem, quam facit minor suo administratori, qui & ei etiam remittit ea quæ pro administratione impendit, arg. d. l. si pater puellæ. & l. de fideicommissio. C. de trasact. & no. in d. l. si familiae, in gl. & l. si ea. C. de vsur. Quod an verum sit, nunc non examino. Sed satis est, quod ad rem presentem pertinet, ostendere, quantum tribuunt nostri legi interpretes huiusmodi dispositionibus mutuis & reciprocis.

Donatio mutua diuersis temporibus facta cura vrori, valeat.

116 Igitur vt redeamus ad casum illum l. nostræ, non mirum videri debet, cum duo sibi vno eodemque contextu aliquid donant, non esse locum huic l. cum talis donatio non simplex sit, ac pura, sitque exuberantiùs ac fauorabiliùs interpretanda, per ea quæ diximus. Nec abs re dixi, vno eodemque contextu. Nam si diuersis temporibus id fieret, verbi gratia, hodie ego dono tibi, & post annū aut aliud tempus tu mihi donas, tunc certè non ceteretur donatio mutua & reciproca, sed vtraque simplex, proindeque neutra inter virum & vxorē valet, per tex. in l. qui iam nuptæ. ff. de dona. inter vir. & vxor. què ad hoc dicitur commendare Ro. in sing. inci. prohiberi inter se donare. quod tamen reperire non potui, sed post eum, illū quoque tex. ad hoc dicit sing. Cepola cautela 112. aut secundū aliorum computationem, 155. donatio inter vir. & vxor. post princ. & Soc. in d. regula 104. & Iaf. in l. si pater puellæ, col. pe. vers. limita prædictam conclusionem. C. de inoff. testa. & Chaffe. consil. 2. an si maritus, col. 2. Sed & est ad idē tex. in l. cum hic status. §. si ambo, ver. proinde rectissimè dicitur. ff. de dona. inter vir. & vxor. quem necesse est intelligi de donationibus mulieris ex interuallo factis, què ideo indigēt mortis confirmatione, ne si intelligamus simul factas, sit ille text. prorsus contrarius d. l. quod autem. §. si vir & vxor, supra in prin. allegato. Et ad id quoque optimè facit quod in simili tradit Bald. in l. si viua, col. 1. vers. quæstio consuetudo, & seq. C. de bon. mater. quòd si pater aliquid donat filio ob eundem emancipationem, & postea filius donat ipsi patri in præmium ipsius emancipationis; aut, inquit, incontinenti redonat, & non requiritur insinuatio: quia donatur ob libertatem. l. si pater. §. 1. ff. de donat. & l. vtrum. ff. de verbo. oblig. aut ex interuallo, & non requiritur. l. data. C. de donat.

De eadem re.

117 Sed & hoc tamē quadam moderatione temperandum esse censo. Primum, si ex longo quocumque interuallo id fieret. Nam si statim, puta eadem die, vt mox postea dicemus, donatarius donaret donanti, posterior donatio censeretur inesse priori. l. iurigen

iurigentū. §. quiniimo. ff. de pact. & l. lecta. ff. si cert. per. & ibi concord. in gl. quibus adde. tex. in c. officij, ibi, in contenti subsecuta sunt. extr. de elect. & alia multa à me congesta in tractatu Retractuum, tit. 2. §. 1. gl. 5. in verbo, in limine contractus. Ex quo no. Bal. quòd priùs actum videtur, quod incontinenti subsecutum est. Et ita quidē inesse, vt vnus idemque actus, non diuersus esse censeatur, per l. cum antiquitas. C. de testa. & l. hæredes palam. §. vno cōtextu, eo. tit. & l. si ita fuero. §. cum pecuniam. ff. de nouat. & voluit gl. in l. quætebarur, in prin. in verbo, simul, & ibi Bar. ff. de reita. milit. Cy. post Iac. Aret. in l. testium, col. pen. vers. fed pone quòd ad probationem. C. de testi. Ang. consil. 145. gener à focero, col. 2. vers. itè ratione. & Alex. consil. 53. viso themate, col. 2. lib. 2. Et quod vni inest, alteri inesse creditur. l. patris & filij, ff. de vulg. & pup. & l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obli. & l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum, ff. de eden. & voluit Ang. vbi supra, & Ro. consil. 445. consultatio præfens, col. 1. vers. tertio idem probatur. & Iaf. in l. si stipulatus. §. Chrysozonus, col. 16. vers. ego post alios. ff. de verb. obli. & consil. 230. factum sic se habet, col. 2. lib. 2. Et adeo item inesse videtur, vt si posteriora repugnent prioribus, ea tollant ipso iure, magis iure fictionis, tanquā scilicet facta aut dicta non fuisse fingatur, quam iure reuocationis, vt pulchrè dicit Paul. Cast. consil. 449. visa dicta facti narratione, col. vlt. lib. 2. Sed & adeo denique inesse videtur, vt si statim facta fuerint duo instrumenta inter eandem partes, & in altero corū locus sit inscriptus, in altero non sit; certè in hoc ceteretur inscriptus locus, qui in illo appositus est, ita vt non minores vires obineat, quam si certus locus fuisset in eo expressè inscriptus, vt sing. voluit Bal. consil. 208. præmissis tribus statutis, in 2. dubio lib. 1. Et in casu nostro quòd hæc donationes quæ fuerunt factæ in diuersis instrumentis, sed tamen incontinenti, ceteretur esse mutua, tenuit Guid. Pap. sing. 878. donatio mutua, vbi & ita dicit valere inter coniuges.

Vni quod inest, alteri inesse creditur.

Donatio mutua an valeat inter coniuges. De eadem re.

118 Quòd si quis refractarius ac pernicax sibi persuadere non possit esse vnicum actum, negare tamen non poterit alterum alterius respectu & contemplatione, id est, vnum propter aliud factum, per tex. optimum in l. quæ oneranda. ff. quar. rer. actio. non da. & voluit gl. in l. si ventri. §. vlt. per illum tex. & ibi etiam Bar. ff. de priuileg. credi. Cy. in l. si quis posthac, in 2. q. & ibi Badl. Ang. vterque col. 2. C. de bonis proscip. Bar. post Iac. Aret. in l. pe. §. si vir, & ibi quoque Bal. in §. mulier. ff. sol. mar. & idem Bart. in l. post contractum, col. 3. ver. quinto præsumitur, & ibi recentiores, ff. de dona. Bal. in l. legē, col. 1. ver. modò quæritur. C. de pact. & in l. perens, col. pe. in lect. Perus. & ibi Phil. Dec. in 2. no. eo. tit. & in l. per diuersas, in fin. C. mand. & in l. quoties, vers. iuxta istam partem. C. de rei vtd. Ang. in l. res vxoris, post medium. C. de dona. inter vir. & vxor. Io. Ana. in c. tua nos, in 2. not. extra de simo. Fulg. consil. 198. in quæstione, in prin. Alex. cōsi. 44. de celeberrima expeditione, circa medium, lib. 1. & latè consil. 25. viso instrumento, col. vlt. vers. nec habet obstare, & alijs seq. lib. 2. & consil. 15. viso processu, in fin. lib. 3. Corn. consil. 57. in causa vertente, col. 5. lib. 3. & alijs locis in seq. n. allegatis. & Frā. Cur. senior cōsi. 55. super duobus, col. 3. & Soc. qui & alios citat, consil. 373. in presentis consultatione, col. 3. vers. confirmatur hoc, quia ex quo lib. 2. & consil. 127. quoniam in presentis, col. 3. vers. secundò videndum est, lib. 3. vbi nuncupatum loquitur de duabus donationibus siue remissionibus vtrinque factis, qui est casus de quo loquimur & consil. 27. visis instrumentis, col. 5. vers. tertia est, lib. 4.

119 Sed posset dubitari quando hoc casu dicatur

incontinenti facti, vt idem actus reputari debeat, aut saltem alter alterius contemplatione factus. Et est frequentior sententia, id ita videri, si eadem die & loco factum fuerit. hæc est enim sententia Bal. in d. l. pen. §. mulier, paulò ante fi. ff. sol. mar. & in l. petens, col. pen. vers. nunc venio. C. de pact. & in l. si duas, col. 1. vers. extr. not. ff. de excus. tuto. & in l. 1. col. vlt. vers. secundò not. C. de ope. liber. Corne. consil. 192. licet videatur, col. 1. vers. item quia videtur, lib. 1. & consil. 10. quod dictum secundum laudum, col. pen. vers. & ideo pactum, lib. 2. & consil. 36. in hac consultatione, col. 2. vers. & quando sunt, & seq. eo. lib. 2. & consil. 57. in causa vertente, col. 5. lib. 2. & consil. 288. viso & diligenter inspecto, col. 4. lib. 3. & consil. 283. pars dicti Ioanis, col. 1. lib. 4. Fran. Aret. in l. lex Cornelia, col. vlt. ff. de vulg. & pup. Guid. Pap. sing. 878. donatio mutua, in prin. vbi ex hoc dicit, quòd cum donatio mutua valeat inter coniuges, quòd si ij sibi donent in diuersis instrumentis vna die confectis, censeatur mutua donatio. Steph. Bar. consil. 15. viso instrumento, nu. 2. lib. 2. & consil. 32. precij vilitas, nu. 3. eo. lib. 2. Fran. Curr. senior d. cōsi. 55. col. 3. Iaf. in l. 1. §. 1. col. vlt. ff. de verb. obli. vbi id dicit sæpe allegari in practica. Phil. Dec. in l. certi conditio. §. si nummus, col. 4. vers. secunda concludi. ff. si cer. per. & consil. 279. placet mihi, col. 3. Hippo. Marfi. in repe. rub. de probat. nu. 393. Et est bonus tex. à cōtrario sensu in l. si ex duobus, in princ. ibi, postera die, & ibi Bar. ff. de verb. obli. & in l. hac consultiissima, in princ. C. de testa. vbi non semel hæc simul iunguntur vno tempore, & vno die.

Donatio mutua inter coniuges facta, quomodo censeatur esse mutua.

Barroli sententia eadem.

120 Licet aliud subobscure videatur voluisse Bar. consil. 161. proponitur quòd syndicus, col. 1. & ipse Cor. consil. 349. eodemque vlt. lib. 1. vbi tenuit quòd si donatio fuerit alicui facta purè & simpliciter, & eadem die donatarius promissit donatū dare annuatim certam quantitatem vini & olei, non censeatur id fecisse contemplatione prioris donationis, vt ea debeat dici facta ob causam. Verum Bar. si bene inspicatur, non est alterius quàm prioris sententiæ, & cum pro ea etiam citat Corn. vbi supra. Ipse autem Corn. cum videret priorem illam sententiam esse verissimam, & quā alijs semper secutus est, vt diximus, non illis quidem audet palam adueritari, sed conatur tantum probare ex alijs coniecturis, non admodum quidem (nisi errem) efficacibus, aliam fuisse partium intentionem. Et ita quidem illum intelligit Ripa, qui & communem opin. secutus est, in repe. l. vlt. in 39. quæst. hoc cod. tit. de reuoc. donat. Verum in illam sententiam magis vrget quod scribit Ang. in l. vlt. §. simili, per illum tex. per locum à speciali. C. de iure doti. quòd si sunt duæ donationes vicissim inter duos, vtraque indiget insinuatione, nisi expressè dictum sit, quòd vna alterius causa facta est. & eum sequitur Guid. Pap. sing. 400. vers. angelus. Sed satis constat ex supradictis id falsum esse. Sed de hoc iam propè nimium. Verum si plura nosse cupis, vide quæ affatim scripsimus in cōmentarijs nostrarum consuetudinum, tit. 23. in gl. 3. in princ.

De eadem re.

121 Item alio modo temperabis quod diximus de donationibus diuersis temporibus à donante inuicè & donatario factis, vt scilicet in casu de quo locuti sumus, videlicet inter virū & vxorem, aut alijs inter personas prohibitas, neutra valeat, cum vtraque censeatur simplex ac pura. Nam de priore nihil est quod dubitandū sit. Posterior autem nō potest dici fuisse facta ob remunerationem prioris, quæ cum simplex esset, nullius erat iā ab initio momēti. l. 3. sciendū. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ita vt nec ex ea oriatur naturalis obligatio, secundum Bar. in l. cum tex. ff. de fideiuss. & Bal. in l. 1. col. 10. vers. viso de essentia. C. de sum. trinit. & plenè diximus in di-

ctis nostris commentariis in prin. §. 10. in glo. 1. post princ. Ideo que indigna, quæ remunerari debeat: vt & in simili respondit Iason consi. 116. mihi quoque admodum, in fi. lib. 3. Et ita haud dubie procedit text. in d. l. qui iam nuptæ, & in §. si ambo, supra alleg. Et inter extraneos & non prohibitos non video quin posterior donatio sit remuneratoria, per text. in l. si lege, §. consuluit, & ibi Ang. in fi. ff. de per. hæred. & prohibitos Bar. Bal. & alij. ff. manda. & expressim Ang. consil. 179. vili prædictis instrumentis, col. pen. vers. quando donatio. & Paul. Castr. consi. 171. in casu præsentis, col. 1. lib. 2. & Iason nuncupatim de hoc casu loquens consi. 149. circa primum, col. 2. vers. nec obstat si diceretur. lib. 4. & ea quæ supra diximus in r. declaratione donationis remuneratoriæ. Idcirco videtur hæc posterior tãquam remuneratoria non esse reuocanda, ex hac l. vt supra latè diximus. Nec item prior, cum eam sit remunerata, essetque iniquum eam reuocari, nisi & posterior quæ illius ergo facta sit, etiam reuocetur, arg. & eo quidè optimo, l. cum quis, ibi, cum enim affectio. C. de natur. liber. Quod si verum sit, non admodum interest, quantum ad legem nostram pertinet, vtrum mutue donationes factæ sint eodem tempore, an ex interuallo. Quinimo Pet. à bel. Per. in repe. l. donationes, col. 6. in paruis, vers. plus dico. C. de donat. inter vir. & vxor. in ea est sententia, vt si vir & vxor sibi ex interuallo donauerint, valeat vt mutua donatio, per l. vltim. ff. de dona. inter vir. & vxor. & alia quædam.

Donationes in quibus vterque capit, habent vim mutua & non simplicis donationis.

122 Sed quicquid sit in illo casu, certè illud verum est, has mutuas donationes in quibus vterque capit (nã de his loquimur) habere vim mutua & non simplicis donationis, in eo tantum quod vtrique æquale est. In eo autem quod altera alteram superaret, pro simplici habenda est, ideoque non valet inter virum & vxorem, quemadmodum nec alia simplex, secundum Pet. à bel. Per. in repe. d. l. donationes, col. 5. in paruis, vers. iuxta hoc quæro. C. de donat. inter vir. & vxor. & Saly. in l. r. C. de dona. ante nupt. Ro. d. consi. 57. col. pen. vers. in contrarium facit, vbi ad hoc dicit esse text. not. rectè intuenti in Lex annuo. ff. de donat. inter vir. & vxor. & Franc. Aret. in l. si ante, col. 3. ff. sol. matri. per d. l. ex annuo. & Socin. loquentem in casu l. nostræ, licet ad aliud propositum, consi. 215. visa prædicta facti cõtingentia, col. 1. in fi. lib. 2. Carol. Ruin. consi. 179. de tribus, col. 4. nu. 15. lib. 1. & non obscure Phil. Dec. consi. 202. vt præfens consultatio, col. 4. vers. non obstat quod talis donatio, & est optimus textus in lex mente, & in l. lege leonis, & in auth. æqualitas. C. de pact. conuen. & in auth. de æqua. dot. in prin. & penè per totum tit. & in cap. vlt. in fi. ibi, quod æquale sit, & ibi glo. & doct. ext. de don. inter vir. & vxor. Et optimè faciunt quæ supra diximus de venditione facta pro paruo pretio, & de excessu meritorum, in r. declaratione donationis remuneratoriæ. Et quod dici solet de permutantibus beneficia inæqualia, per Io. And. in c. 1. ad fi. de rer. permut. lib. 6. in nouel. & Feder. Senen. in tract. de permutacione benefic. in vlt. q. Petr. Anch. consi. 388. in casu præmissio, col. 2. vers. præterea & reitid. cum simill.

Modicus excessus in donationibus non attenditur.

123 Verum & hoc velim intelligas, vt nõ ad amulsim aut libellã vndique exigatur illa æqualitas. Nam si in modico quopiã altera pars excedat, non confestim censetur inæqualis ac simplex donatio, vt satis aperte declarat illic text. in d. l. ex annuo. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum dicitur, si satis immodicũ est. Nam & aliàs semper modicus excessus non attenditur. l. continuus, in prin. ff. de verb. oblig. quam ita not. gl. quæ & similia quædã colligit in c. re vera. in prin. in verbo, mortui sunt, de conse. dist. 2. quod &

facit gl. in d. c. si proponente, in gl. 1. post prin. vbi & illud assumit ex d. c. re vera, quod pro modico nec plus nec minus. id quod ita Galli nostri vice pro uerbij celebrant, *Pour vn petit ne plus ne moins.* Cuius etiam meminit glo. in proœmio decretalium, in fi. Nam qui de medio illo parum defectit, non illud reliquisse videtur, nec ob id carpendus est, ex Aristotelis sententia lib. Ethicorum 2. c. 9. eodẽmq; vlt. & iterum lib. 4. c. 5. Quam approbat è nostris Ioan. Cald. in c. cum ex iniuncto, col. vlt. extrã de hære. & Bal. in l. 2. in 12. q. C. de rescin. ved. & in l. quicumque, col. 2. de ser. fug. & in l. r. col. vlt. ff. de legi. & in c. c. adco, col. 2. & in c. si proponente, ad fi. ext. de rescin. & consi. 144. præsupposito communis Papiæ statuto, col. 2. lib. 1. quod repetitur cõsi. 436. lib. 5. & Rom. in repe. l. si verò, §. de viro, in 3. fal. ff. solut. matri. & Io. Ana. in cap. vlt. col. 9. vers. adde etiam prædictis, extrã de collu. detegen. & Barb. consi. 58. omnipotentem & immortalem Deum, col. 15. lib. 4. Ad quod allegant omnes l. quamuis. ff. de cond. & demon.

De eadem re.

124 Ideo & aliàs parum & nihil æquiparantur, vt paulò ante fi. C. vnde vir & vxor. & Cor. qui ad hoc etiam dicit allegari text. in c. de multa, & de præb. consi. 63. videbatur, col. vlt. lib. 1. & consi. 67. licet multum, col. vlt. lib. 2. consi. 29. in præfenti consultatione, col. 2. lib. 3. & Soci. consi. 108. in hac consultatione, col. 3. lib. 1. vbi & ad hoc allegat alia iura. Quibus adde text. in c. licet causam, de proba. & in c. in sinuante, extr. qui cler. vel mona. & glo. in c. super eo, ibi, aliàs vbi æqualitas est, vel modica etiam excellentia, admittuntur, extrã de testib. cum aliis multis ac propè infinitis concord. à me adductis in nostris commentariis consuetud. Piætaucarum. tit. 6. & §. 5. in gl. 5. vbi latissimè ostendi modica non esse consideranda. Quamquam huic refragari videtur illud Quidij in epist. Heronis ad Leandrum,

Exiguum, sed plus quam nihil, illud erit.

125 Verum ad eam nostram sententiam pertinet, quod cum inter nostros iuris interpretes magna sit contentio vtrum dispositio l. hac consultißima. §. ex imperfecto. C. de testa. qua permissum est testari inter liberos sine solennitate iuris ciuilib, procedat cum liberi sunt inæqualiter instituti: tamen illud propè conuenit, quod si sit modica quæpiam inæqualitas, perinde est ac si nulla esset, & habet locũ dict. §. vt per Fran. Curt. in suis collectis ibi, & latè Anto. Rube. consi. 6. viso & diligenter considerato. & iterum consi. seq. viso dubio quod sit. Cæterum quod ad casum l. nostræ priuatim ac peculiariter pertinet, huc optimè faciunt quæ supra diximus de venditione minori pretio facta, & de remuneracione excedente merita. Nam vt illic diximus, excessus in modico non facit locum huic l. Et vide etiam quæ dicam infra in quæst. seq. in fi.

Dispositio l. quæ permissum est testari inter liberos sine iuris ciuilib solennitate, an procedit cum liberis inæqualiter instituti.

126 Quartò & principaliter ex suprãdictis etiam infertur non habere locum l. nostram in alia donatione mutua quidem illa & reciproca, sed non vt in præcedenti, in qua vterque capit vt dictum est, sed ita quidem facta, vt ex incerto dubioque euentu alter tantum capiat, vt si conuentum sit, vt superstes ex duobus aliquid consequatur. Nam & quod huiusmodi conuentionibus consequimur, ex causa lucratiua non censetur consequi, vt expressè voluit Petr. Anch. consi. 101. ex prædicto themate, col. 2. & iterum consi. 291. super pluribus, col. 3. vers. non obstat quod Iac. & vtròque per l. si pater puellæ. C. de inoffic. testa. qua cautum est, non grauari filios ob reciprocum fideicommissum inter filios à patre iniunctum, neque illis ob id competere quærelam propter æqualem spem, dubiumque rei euentum. Quem text. Petr. Cy. Bal. Saly. Pan. Cast. & Ias. ibi, in id trahit, vt valeat donatio mutua siue reciproca

Hæc lex in qua donatione habeat locũ.

reciproca inter coniuges facta superstiti ipsorum. Et ita quidem valeat, vt etiam non indigeat traditione aut confirmatione mortis, secundum Paul. Cast. ibi, cuius dictum sequitur Ias. ibi, atque no. dicit Cepola. d. cautel. 112. aut ex aliorum computatione. 155. incip. donatio inter virum. & sing. reputat Hipp. Marfi. sing. 50. incip. donat. inter vir. & vxor. cum aliis multis concord. à me latè accumulatis in illis nostris cõmentariis vbi supra nuper citauimus. Sed nolimus hic prætermittere, idem quod Perr. Anch. in d. c. consil. videlicet huiusmodi donatione non esse lucratiuam siue gratuitam, sed onerosam, voluit gl. quem ille non allegat, in l. licet inter priuatos, in verbo, mortis causa, ibi, hic autem onus propter vicissitudinẽ. C. de pact. vbi & Alex. & alij recentiores eam annotarũt, & eam dicit Iason not.

Que donatio censetur mera & gratuita.

127 Et aded quidem huiusmodi reciproca donatio non censetur mera & gratuita donatio, vt si excedat summam quingentorum solidorum, non indigeat insinuatione, vt voluit Oldr. consi. 139. incip. ad habendum aliqualem notitiam, in fi. & Io. And. ipsius discipulus, ingratus tamen, qui nullam magistri mentionem eo in loco, sicuti nec ferè semper aliàs fecit in addi. Spec. tit. de instr. edi. §. porro, col. vlt. vers. fuit etiam alia quæst. per d. l. licet inter priuatos. C. de pact. & Ang. neutrius mentione facta, in l. hæreditarium. ff. de bon. auct. iud. pos. & in l. sanctimus, & ibi etiam Bal. in addi. in prin. vers. occurrit quid si duo. C. de don. & idem Ang. in l. vlt. §. similibus modo. C. de iure dot. & in l. cum multa, quæ est vlt. in prin. C. de donat. ante nupt. & consil. 179. visis prædictis instrumentis, col. 7. eadẽque pen. Alber. in l. vlt. col. 1. vers. sed quæ species cõtractus, & ibi etiam Saly. col. pen. vers. iuxta hoc quæro. C. de pact. ipse Saly. in l. si quis pro redemptione, in fi. C. de don. Galpar. Cald. consil. 1. tit. de donat. incip. an si duo. Imo. & Rom. in l. Aquilius, col. vlt. vers. ex prædictis resultat. ff. de donat. Alex. Ias. Philip. Dec. Rimi. & Claud. in d. l. licet inter priuatos. C. de pact. Alex. consi. 83. visa facti narratione, col. 5. vers. & omisio non necessariis, & seq. & iterũ col. pe. vers. non obstat etiam lib. 2. & consi. 20. ponderatis his, col. 2. vers. est etiam attendendum, lib. 3. & consi. 28. ponderatis verbis, col. 1. & iterum col. vlt. in fi. eo. lib. 3. & consi. 133. stantibus his, col. 1. vers. ex his habetur, lib. 7. & consi. 148. visis & pöderatis, col. 2. vers. hoc specificè, eo. lib. 7. Ant. Cana. in tract. insinuationum, part. 2. q. 52. Ias. in d. l. si pater puellæ. & consi. 3. itrenui, col. 7. vers. secundò respondetur, lib. 3. & consi. 173. circa primum, col. 7. vers. item reciproca, lib. 4. D. Benedit. in repe. c. Raynucius, in verbo, duas habes filias, nu. 204. Phil. Dec. consi. 202. vt præfens consultatio, col. 4. vers. non omitto tamen. & Fran. Curt. lun. consi. 15. circa præmissum, col. vlt. & Steph. Bertran. consi. 57. etiam si verum esset, nu. 6. lib. 2. & consi. 88. viso instrumento, col. 2. lib. 2. & cõf. 280. Christi, & c. viso casu de quo supra, col. 3. vers. sed forte, eo. lib. 2. & cõf. 385. ponitur in facto quod dudum, col. 2. vers. sed opponetur, eo. li. 2. & Hippo. Marfi. consi. 106. dirigere, col. 3. vers. patet etiam, lib. 2. Cui tamen sententiæ refragari videtur text. in d. l. cum multe, §. similibus modo. cum auth. eo decursum. C. de donat. ante nupt. Sed illi respõdent Ang. & Saly. ibi & idem Ang. d. consi. 179. & Rom. in d. l. Aquilius. Alex. d. consi. 83. lib. 2. & Ias. in d. l. licet. Nec me tamen latet Cigno. à nullo illorũ memoratum, ex facto consultum respondisse contrariũ, in consi. 181. factum sic se habet, nobilis vir. col. 4. vers. nec huic obstat. Sed vè soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se, vt scribit Salomon Ecclesiastæ 4. cap. & vt nostri quotidie clamant, Vox vnus, vox nullius.

128 Cæterum superiora confirmat text. not. in d. l.

de fideicom. C. de transf. vbi minor non restituitur aduersus mutua & vicissitudinariam fideicommissi remissionem, nec ex hoc dicitur esse circumuentu lucrum fideicommissi amiserit. Quam l. Bar. ibi dicit pulchram & notabilem, & Bal. notatu dignã, & alibi sing. idem Bal. videlicet in l. cum Archimedoram, col. 1. vers. vnum scias. C. vt in pos. leg. & etiã Ang. consi. 287. factum super quo, col. 4. Ex eãque dicunt Saly. Pau. Cast. Alex. Fran. Aret. Ias. & ceteri recentiores, quod quando quis ex cõuentione potest consequi damnum & lucrum, licet postea ex euentu damnum passus sit, non ex hoc læsus dicitur, etiam si sit minor: quia huiusmodi damnum debet compenari cum vtilitate, quam ipse consequi poterat, si euentus aliter cecidisset: quod & ipsum per illum text. atque etiam per d. l. si pater puellæ, voluit Bal. consi. 404. factum proponitur esse tale, Franciscus decessit, col. 1. vers. secundus casus, lib. 3. & Sal. in l. 1. in 4. not. & ibi quoque Alexan. col. 2. vers. nota quod pactum, & Soc. C. de pact. Per. Antcha. in repe. c. 1. col. 36. in paruis versic. circa tamen istam, extra de consil. & consi. 159. rationes, col. vlt. & Raph. Co. consi. 72. visis pactis, col. vlt. vers. nec porro intelligo. & Pau. Cast. consi. 379. primò videndum est, vtrum remissio, in 2. dubio, lib. 1. & consil. 191. visis & diligenter examinatis, col. vlt. vers. nec censetur, lib. 2. Ro. consi. 26. pro decisione, col. 1. vers. item & duplici ratione. & Franc. Aret. in l. cum proponas, la. C. de pact. & in d. l. si pater puellæ. & Socin. in l. si ante, col. 1. ff. sol. matri. Franc. Curt. senior consi. 80. eodẽque vlt. super quotidiano, col. 3. & Philip. Dec. consi. 287. in ciuitate Placentiæ, col. vlt. & Ias. consi. 233. præfens consultatio, col. 7. vers. item istæ conuentiones, lib. 2. & consi. 17. dominus Ioannes, col. vlt. vers. item istæ transactiones, quod inculcatur inter cons. Alber. Bruni. cõf. 9. & idem Ias. consi. 63. per reformationem, col. vlt. vers. quardò facit, eo. lib. 3. Et faciunt quoque scripta ab Ang. in l. qui cõ tutoribus, col. 2. ff. de transact. & in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

129 Ex quo & Georg. Nat. in tractatu statutorum excludentium foeminas dotatas à successione, in 22. q. 2. q. prin. tradit, quod & si dubiũ sit vtrum pater possit per fideicommissum substituere filia in ea dote, ob quam excluditur: aliis tenentibus non posse, & inter hos Marfi. Silapud Io. And. in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. vt autem: aliis contra affirmantibus, quos illic aduocat. tamen haud dubie asserit id fieri posse, respectu plurium filiarum, quas sibi inuicem pater substituit, quia huiusmodi substitutio nullã grauat, per d. l. si pater, & d. l. de fideicommissio. & quod supra diximus de insinuatione. 130 Sed & huc vergit quod pulchrè dicit Io. Fab. in l. 1. col. vlt. vers. quid si duo. C. de inoffic. don. quod donatio vicissitudinaria, quia scilicet præmoriens donat superstiti, videtur esse magis venditio, quam donatio, instar illius qui emit iactum retis, per text. in l. emptio. C. de contrah. empt. & in l. emptorem. §. vlt. ff. de actio. emp. & in d. l. de fideicommissio. Et illũ quidem ita allegat, & sequitur Guid. Pap. consi. 214. circa materiam, col. 5. vers. sed restat aliud. & consi. seq. vertitur quæstio, col. 1. & iterum consi. 218. indubitanter, col. antepe. vers. ad octauum. & sing. 878. vers. si duo donent.

131 Postremò huc quoq; spectant & alij tex. quos nondum citauimus, aperte quoque probantes multa permitti ratione incertitudinis, dubiique euentus lucri vel damni, quæ aliàs non valent. & inter cæteros tex. in l. si ea pactione, & ibi glo. vlt. Cyn. & alij. C. de vsur. & in l. si ea lege, & ibi etiã glo. & Bal. eo. tit. ex quibus intelliges hunc euentum dubium tollere suspicionem, imò crimen ipsum v. sura. de quo

Minor nõ restituitur, &c. Nec ex hoc dicitur circumuentu

An pater possit per fideicommissum substituere filia in eadote ob quam excluditur.

Donatio vicissitudinaria videtur magis esse venditio, quam donatio.

Confirmatio præcedentium.

quo & per Cyn. & Bald. in d.l. si pater puellae. C. de inoffi. testa. Host. in summa de vsur. §. an in aliquo, versu. quid de his. Io. And. in addi. Spec. in rub. eiusdem tit. Bal. consil. 138. & quod dicitur, in princ. lib. 3. vbi id ad multa allegat. Laur. Rodolph. in c. consulti, in 15. q. de vsur. Petr. Anch. in sua disputa. incip. antiquis & modernis temporibus Rom. consil. 423. pro pleniori discussione, col. 2. versu. quantum considerandum. Paul. Cast. & recentiores, in d.l. de fideicommissis, & plenè per Cano. in c. in ciuitate. & in c. nauiganti, quod est vlt. extr. de vsur. in quibus locis est & de hac re bonus text. Sicui etiam tollit crimen simoniae, vt per Card. Alexan. in c. quod aurem, col. 2. versu. si autem quod do. 8. quæst. & facit etiam text. in l. sancimus. §. si quis autem talem. C. de rescind. vendi. quod læso ob remissionem incerti euentus non habet locum ea l. 2. per d.l. si pater puellae, & alia quædam iura. & sequitur Panta. ibi etiam in repet. in 34. limit. illius leg. quæ est 30. col. & quod præterea tradit Bal. consil. 292. quia ex facto, col. 2. versu. & ex hoc, lib. 5. Pau. Cast. consil. 229. visis & ponderatis, col. 2. versu. tertio quia prima concessio, lib. 1. & consil. 250. quod ista fuit, col. 2. eo. lib. 1. & consil. 289. præsens dubium, col. 3. versu. tertio oblat, eo. lib. 1.

Pactum sine conuentio inter viuos de hereditate vniuersis an valeat.

132 Vt interim illud omittamus, quod licet non valeat pactum aut conuentio inter viuos de hereditate viuentis. l. hereditas. C. de pactis conuen. & lex eo. C. de inuti. stipula. cum simi. valet tamen si inter duos fratres ita fiat, vt altero decedente sine liberis, alter eius bona habeat, aut aliter vicissim, secundum Oldra. d. consil. 139. Angel. d. consil. 179. Guid. Pap. consil. 31. viso ad plura, col. 1. & alios multos ex iis quos citauimus supra versu. ab hinc 6. incip. & adeo quidam, & vltra eos latè Ioan. Camp. in tractat. dori. in vlt. parte quæst. 79. incip. quia dictum est supra, vbi constanter tenuit valere pactum appositum in diuisione bonorum inter fratres, vt extantibus filiis masculis ex eis, foemina non succedant, nec ex testamento, nec ab intestato. Nec enim id pro re iudicata accipimus, cum in contrarium esse videatur text. apertus in l. licet, & ibi Bar. Bal. & alij, qui hoc admodum commendant. C. de pactis, & idem Barr. consil. 212. promitto tibi, cum aliis multis concord. à me congelis in tractat. primigeniorum, quæst. 6.

Donatione improba potius debet dici onerosa quam gratuita.

133 Et hæc quidem omnia eò tendunt, vt ostendam huiusmodi donationem reciprocam, siue vicissitudinariam, ex qua etiam alter tantum, id est superstes capiet, non dici gratuitam, & merè lucrativam, sed potius onerosam, & ob causam: idcoque nec in ea locum esse huic l. nostræ, per ea quæ diximus in prin. huius glo. & dicemus in duabus seq. q. Et id nuncupatum, ne & in hoc autoritate careamus, asseruit seculi nostri decus Phil. Dec. in d.l. licet inter priuatos, col. vlt. versu. & ex prædictis, iunctis præcedentibus. C. de pact. & Steph. Bertr. consil. 1. Christi, &c. viso consultationis themate, nu. 110. lib. 1. & iterum consil. 312. difficultas, col. 2. versu. sed aliud est, lib. 3. Et de hoc videtur esse casus in d.l. C. de pactis, vbi quod datum est vt remittatur quippiam maius, quod incertum est, an futurum sit necne, nõ reuocatur per susceptionem liberorum, cum potuisset contingere vt id non euenisset, idque propter incertum ac dubium euentum. Licet subobscure aliter sensisse videatur Rom. consil. 26. pro decisione, in 3. dubio, iunctis præcedentibus, dum defendit huiusmodi mutuam donationem non esse obnoxiam huic l. quia ea esset, vt in ea dicebatur, remuneratoria, & renuntiatum huic l. fuerat, nec aliquod fundamentum in hoc ponit, quod esset mutua.

134 Sed hæc omnia velim intelligas procedere, nisi dispar admodum spes esset capiendi lucri illius,

verisimiliusque multò ac faciliùs lucrù ad vnum, damnum ad alterum esset peruerturum. Quid enim si alter esset adeo ægrotus, vt nulla propè spes sit aut vitæ, aut conualescentiæ: siue tam senex esset, quam Plautinus ille Capularis Acherontius, aut Terentianus ille Silicernius: alter contra ætate florenti, & prosperrima valetudine? Ego tunc dicerem, donationem siue remissionem vicissitudinariam ab iis factam ad commodum superstitis, celsendam esse simplicem, ac ab illo ægioto & morti vicino tantum factã. Id quod in non absimili casu respondit Raph. Co. consil. 114. Antonius Benedicto filio, col. 4. versu. ad tertium, ar. l. verum. §. si locupleti. ff. de minor. & not. in l. si mino. 25. ann. filiofam. ff. eo. Idemque & aliis similib. casib. tenuerunt Fran. Arc. Riminal. Phi. Dec. & Alcia. in d.l. de fideicom. C. de transita intelligentes eam l. & idem Alcia. in d.l. in si. prin. C. de pact. & Phil. Dec. consil. 11. quoniam iudicantium, col. 4. versu. postremò considerandum est, vbi loquitur de duobus, quorum alter habebat liberos, & alter non habebat, nec spes erat vt posset habere, & consil. 86. viso puncto, col. 3. versu. respondeo tamen, vbi nuncupatum loquitur de mutuo fideicommissio duorum, quorum alter senex erat, alter iuuenis: & ideo non est par & æqualis causa remittendi fideicommissum, per ea quæ allegat.

135 Et ante omnes Petr. à bella Perri. in repet. l. donationes, col. 5. in paruis, versu. iuxta hoc quæro. C. de don. inter vir. & vxor. vbi nuncupatum tradit quod vt valeat donatio mutua à viro & vxore facta superstiti de omnibus bonis, requiritur quod sint æqualis propè ætatis. secus si alter multum senex esset, alter multum iuuenis. Quauis contrariù voluit Bar. in l. de fideicommissio, loquens in casu dictæ l. sed pro priori opp. facit text. in c. 2. de renunt. lib. 6. & in l. filia meæ, & ibi Bal. Imol. & Alex. ff. solut. mat. & in l. cum hi. §. modus, ibi, pro ætate eius, qui transigit, & valetudine. ff. de transact. & in l. is qui ex causa. ff. de fideicom. cum dicitur, interest cum nonnunquam à sene potius manumitti, quam à iuvene, & Bald. consil. 397. casus talis est, quidam dominus Leo, in fi. lib. 1. cum dicit quod in reciprocis magnam coniecturam facit æqualitas, & debita proportio, per l. in testamento. C. de testa. milit. & quod scripserunt Do. à Rot. decisio. 361. præsumitur permutationem, in antiquis. Bald. in auth. nisi rogatus, col. vlt. C. ad Trebel. & in cap. in presentia, col. antepen. versu. quid si quis ingreditur, & ibi etiam Fely. col. 16. versu. & per istam glo. extr. de probat. Petr. Anch. consil. 430. fuisse expeditis. Ioan. Ana. in c. audiuius, col. 2. ex. de collu. deteg. & alia multa quæ scripsimus in nostris consuetudinib. tit. 14. §. 13. in glo. 3.

Donatio mutua à viro & vxore facta si perstitit de omnibus bonis ut valeat, requiritur vt sint propè æqualis ætatis.

De eadem re.

136 Nec abs re supra diximus, cum multum dispar res sit. Nam & si non omnino par est, sed tantum in modico dispar, vt quia fortè vnus alterum tribus aut quatuor annis præcedit, non propter hoc desinit talis dispositio esse fauorabilis, haberi que pro reciproca, vt probat text. in d.l. de fideicommissio, in qua vnus minor erat, alter maior, sicuti & scitissimè expendit Ang. in l. qui Romæ §. duo fratres, col. 6. versu. quintò hæc interpretatio. ff. de verb. oblig. & d. consil. 287. col. 4. vbi in id dicit sing. d.l. de fideicommissio. Et idem quoque voluit Alex. qui Ang. non memorat, consil. 83. visa facti narratione, col. pe. versu. nec illi responsioni, lib. 2. vbi alia quædam allegat, quæ videre poteris. & Iaf. qui solum Alexan. nuncupat, consil. 5. strenui, col. 8. ver. non ob. vltimò, lib. 3. Quibus addes quæ nos supra diximus de donatione mutua inæquali, nu. 123. incip. verum & hoc. Et facit etiam text. in l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substi. de reciproca substitutione facta duobus filiis, alteri quidem puberi, alteri impuberi. Et quod de le

Donatio inter duos æquales si mutuo facta quando nõ censetur esse mutua.

Fran. Cur. iunioris hæc de re opinio.

Hæc lex nõ habet locum in donatione onerosa.

Remedium inofficiosa donationis non habet locum in onerosis donationibus.

Hæc lex nõ habet locum in quavis donatione ob causam.

de leuiter ægrotato permutante beneficium respondit Petr. Anch. consil. 388. in casu præmissio, col. 1. & 2. 137 Sed & quod in superiori capite diximus de alia donatione mutua, in qua vterque capit, vt scilicet ex vtraque parte sit æqualis, aut non multum distet ab æqualitate: hæc quoque repetitum esse volumus. Quid enim si vir & vxor, aut etiam alij duo extranei, alter quidem multum diues, alter contra admodum pauper, sibi mutuo, scilicet superstiti eorum donant omnia bona sua: nunquid ea donatio censenda est mutua, præsertim in eo quod altera excedit? Et certè non, vt expressim tradit Pet. à bel. Petr. quo loco supra in præc. versu. citauimus. super quo vide quæ diximus in præced. illo cap. 138 Cæterum nõ prætermiserim, vt ad casum nostræ l. redeamus, Fran. Cur. iuniorum d. consil. 15. circa præmissam, col. pen. ver. præterea & secundò, satis inaduerter, ne erranter dicam, sensisse hanc nostram l. habere locum & in huiusmodi donationibus reciprocis. Nam illic asserit donationem, de qua inibi loquitur, esse reuocatam per natiuitatem liberorum donantis ex hac l. Loquitur autè in donatione reciproca, de qua hæc loquimur, vt scilicet ad superstitem bona quædam peruenirèt, vt clarè liquet ex processu illius consil. Sed Curtius ipse de ea re magis locutus est, vt ostederet renuntiationem huius l. non obesse quin locum habeat, de quo supra in prin. l. diximus, quàm vt cogitaret vtrum in tali donatione locum haberet, vt videre licet apud eum. Sed id si tamen præmeditatus & ex animo atque etiã conceptis verbis dixisset, non illi accederem.

139 QUINTO etiam sequitur hanc l. non habere locum in quacunque donatione onerosa, & quæ sit gratia vtriusque & dantis & recipientis, vt est text. optimus in l. i. C. de pactis. vbi hoc not. Bal. in 3. not. Fulg. in vlt. not. Fran. Aret. col. vlt. versu. dicit etiam hic, & Iaf. etiam in 3. not. & Phil. Dec. in 2. not. Et ita quoque illam l. intelligit Alex. consil. 40. cuius exordiu est, super primo dubio, col. 1. lib. 4. & consil. 162. visis his quæ copiosè, col. 2. versu. itè respondeo, li. 6. & ita etiam voluerunt Io. Fab. & Ang. hic. 140 Neque enim in huiusmodi donationibus (si donationes vocari debent) habet locum remedium inofficiosa donationis, vt per Bar. in l. non vsque. ff. si à paren. quis manu. fuer. Nec dispositio l. cum acutissimi. C. de fideicom. ex cuius ratione & anima veluti ex traduce hæc l. nostra prodiit, vt supra sæpius dictum est. ita enim voluit Bal. in ea l. in fin. per d.l. i. C. de pact. & Ioan. Bapt. in l. generaliter. §. cum autem, in 8. quæst. C. de instit. & substi. & Soc. in repet. l. cum auus, col. 55. in 8. q. in prin. ff. de condi. & demon. & consil. 93. incip. testamentum præmissum, col. 5. in prin. lib. 4. Quæ omnia velim intelligas, vt procedat secundum mensuram onerum. Nam quod excedit, pro donatione simpliciter habetur, & in eo locus est huic l. vt nuncupatum consultiuit Steph. Bertr. consil. 20. duo sunt, col. 1. lib. 4. & id quoque diximus in præcedentibus casibus, & dicemus in casu etiam seq. vt statim videbis.

141 SEXTO hinc generalius sequitur, hanc l. non obtinere in quavis donatione ob causam, vt voluit Bal. hic in quibusdam lecturis, & Ang. etiam hic. Rip. in 13. q. Alex. consil. 29. præclare subtiliter, in fi. lib. 3. & d. consil. 40. col. 5. versu. circa tertium, lib. 4. Co. consil. 4. incip. dubia satis, col. 4. in fi. lib. 3. & consil. 26. viso superscripto themate, col. 8. versu. concurrat etiam, eo. lib. 3. Franc. Aret. in d.l. in 1. not. & ibi quoque Alciar. in verbo, sustulerat, & Rip. col. 2. nume. 5. C. de pact. in id etiam trahentes præter Ripam, illum text. & ibi item Soc. col. 2. versu. secunda conclusio, vbi dicit ita se vidisse consulum per doctissimos viros. & idem Socin. consil. 147. visa facti contingentia, col. vlt. lib. 2. & consil. 295. in causa

contra filios, col. 3. versu. circa secundam difficultatem, lib. 2. & consil. 53. viso instrumento, col. 4. versu. secundo quòd l. lib. 4. Phil. Dec. consil. 181. satis nota est quæst. in fin. & Caro. Ruin. consil. 123. quia agitatur, col. 3. nume. 7. lib. 1. & consil. 124. viderur, col. 4. nume. 13. eod. lib. 1. & consil. 62. ex duobus, col. vlt. num. 12. lib. 2. & consil. 60. de re quidem, col. 5. num. 15. & 16. lib. 3. & consil. 140. circa casum, col. 3. nume. 60. lib. 4. & Paul. Parisi. consil. 26. ex tenore, col. 8. nu. 80. lib. 2.

142 Nam & aliàs donatio ob causam non reuocatur propter ingratitudinem, vt voluit glo. in l. vlt. in verbo, inueniatur, & ibi doct. C. de reuoc. donat. & doc. in cap. vlt. extr. de donat. & Alex. consil. 40. super primo dubio, col. vlt. versu. frustra etiam queritur, lib. 4. Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §. sunt præterea, versu. idem est si quis, post prin. Insti. de actio. Quippe cum huiusmodi donatio non sit propriè donatio, vt probatur in l. i. post prin. & in l. hoc iure. §. 1. & §. vlt. ff. de donat. nec etiam largitio, de qua l. nostra loquitur. nam largitio omnem causam etiam honoris excludit, vt apertè probat illud Plinianum lib. naturalis historia 33. cap. 10. Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id necessitatisque, non largitionis esse dixerim. Ideo Barr. in l. 2. C. de donat. ob cau. tradit, quòd licet donatio simplex sit contractus nominatus, tamen donatio ob causam est innominatus: nam non est propriè & simpliciter donatio, sed datio ob causam.

Donatio ob causam nõ reuocatur ob ingratitudinem.

143 Hincque negant iuris interpretes insinuationem requiri in ea donatione, vt per glo. Bar. & alios in l. Aquilius. ff. de donatio. Petr. Iacob. in tit. de condit. ex lege, col. 3. Bald. consil. 354. queritur vtrum in priuato, paulò ante fi. lib. 3. Angel. consil. 173. visis prædictis instrumentis, col. 6. versu. venio ad tertium, & seq. Imol. in c. vlt. col. 10. versu. in autem in donatione, extra de donat. cum aliis concord. adductis per Alex. consil. 12. viso instrumento, col. 2. lib. 1. & consil. 21. attentis his quæ in instrumento, col. 2. versu. sed videndum est, lib. 3. & consil. 113. perspectis his quæ narrantur, col. vlt. lib. 6. & consil. 217. ponderatis his quæ in themate, col. 2. versu. & non requiritur, eo. lib. 6. Ang. Aret. in §. aliæ, col. vlt. Insti. de donat. Iaf. consil. 171. viso instrumento dotis, col. 5. versu. quartò patet, lib. 4.

In donatione ob causam nõ requiritur insinuatio.

144 Nec etiam leges statuentes donantem non teneri, nisi in id quod facere possit, vt in l. inter eos. §. 1. ff. de re iud. cum si habent locum in donatione ob causam, vt voluit Ang. in l. sed hoc ita, in prin. & ibi etiam Alex. per gl. ibi, in verbo, matrimonio, iun. co. tex. ff. eo. idem Alexan. in l. sunt qui in id, col. 1. versu. item quod dicitur, eo. tit. & in l. non tantum, col. vlt. eo. quoque tit. Ro. consil. 26. pro decisione eorum, col. 2. versu. tertio quia licet donans, vbi loquitur tamen de donatione remuneratoria, quæ ipsa est ob causam. Io. Fab. & Io. Plat. & Ang. Aret. in d. §. sunt præterea, versu. idem est si quis, & ibi quoque Iaf. in versu. sed & si quis, Insti. de act. & Iaf. in d. l. inter eos, col. 1. versu. limita notabiliter. ff. de re iud. & consil. 118. contra donationem, col. 2. versu. item ista donatio, lib. 4. & Phil. Dec. in l. diuus Pius. col. 1. versu. & ista regula. ff. de reg. iur. Sed & alia quædam huc adfert Fran. Rip. hic in 13. q. quæ videre poteris. Et vide etiã quæ dixi supra nu. 58. incip. licet donas.

Leges statuentes donantem nõ teneri, nisi in id quod facere possit, non habent locum in donatione ob causam.

145 Sed hæc primùm intelliges procedere, cum causa donationi apposita, respicit fauorem donantis, & ita excludit liberalitatem. Secus si ea causa non impediret quòd minùs donatio dicitur libera, & ex liberalitate procedere, vt si dono tibi decem, vt ex iis tibi domum emas, & si miles: nam tunc donatio, non obstante tali causa, diceretur libera ac gratuita, in eaque obtinerent omnia statuta de donationi

Explicitatio præcedentium. Donatio facta sub conditione, dicitur donatio simplex.

nationibus loquentia, vt dicit Angel in d.l. sed hoc ita ff. de re iud. Ioan. Fab. & Ias in d. §. sunt præterea, vbi supra. Instit. de act. Paul. Cast. in d.l. ff. de don. vbi dicit quod donatio facta sub conditione, si manus venerit ex Asia, dicitur donatio simplex, quia à mera liberalitate procedit.

Pater emâ 146 Et hinc fit, quod cum emancipatio pater percipiendo faciat, & è diuerso filius lucretur, & accipiat beneficium, vt probat text. in l. i. C. de ingra. lib. lucretur, in qua, filius, & perdat pater rem vterque inastimabilem, scilicet patriam potestatem. l. filius. §. secundum vulgare. ff. de leg. i. quo in loco Bald. ex hoc dicit, quod ideo debet fieri emancipatio apud iudicem instar donationis immensæ, quæ respicit insinuationem apud acta. Et ita quidem lucretur filius, vt si contra emancipationem pronuntiatum fuerit, potest petere resti. in integ. l. 2. C. si aduer. rem iud. E diuerso autem non restituitur aduersus ipsam emancipationem, cum per eam consequatur libertatem. Cy. in l. ex causa. §. Pompo. ff. de cap. diminu. Bal. in l. non omnia, in vtraque lectu. ff. de minorib. Ideo pater ex emancipatione præmium consequi debeat. l. si viua. ibi, præmium delatæ emancipationis, & ibi Paul. Cast. C. de bon. mater. & ibi Bald. & Paul. Cast. qui ob id dicunt quod donatio in continenti facta patri à filio in præmium emancipationis, nõ requirit insinuationem, quod supra ad aliud diximus. Et est etiam bonus tex. in l. cum oportet. §. cum autem, ibi, quasi remunerationis gratia à filio accipere, & ibi Bar. & alij. C. de bon. quæ liber. & in hoc quoque, ibi, quasi pro pretio quodammodo emâcipationis, & ibi Ang. Aret. Instit. per quas perso. nob. acquiri. & quod voluit glo. in §. præterea, in verbo. patrono, & ibi Ang. Aret. col. pen. Insti. quib. mod. ius patr. potesta. fol. & Bal. in l. quamuis, circa medium. C. de fideicom. & in c. corporaliter, col. vlt. paulo ante fin. extra. de transla. episc. & conf. 452. de patria potestate. lib. 2. Alber. Ang. Imo. Alexan. Fran. Aret. & Ias. in l. vtrum turpem, vbi est bonus rex. ff. de verb. oblig. & D. à Rora. de c. 178. emancipatus, in 1. addit. in nouis, & Fabia. Gocchi. in repe. auth. nouissima, in 7. quest. princip. col. 2. vers. adde vltimus. C. de offic. prætor. vbi dicitur, cum sese intelligant plus debere, à quibus se meminerint vinculis sacris exutos. Nam & pater emancipando filium, pietatem exercere dicitur. l. quod & lex. §. si eum quis. ff. de libe. ho. exhib. Et liberalitatẽ, vt dicit expressè text. in l. vlt. ibi, liberalitatis. tit. C. de emancip. liber. vbi Bal. in si. dicit eum text. esse meliorem totius iuris. & alius tex. in l. iubemus, in illis verbis, in quos talis liberalitas collata fit. C. eo. tit. vbi & Ang. id not. & confirmat. Nam pater, inquit, emancipando facit filium sui iuris, tribuit ei potestatem testandi, faciendique ceteros actus similes, facitque vt illi acquirantur non solum aduentitia, sed etiam profectitia. Et subdit, quia ergo pater liberalitatem exercet, non ei expedit donare filio in emancipationis præmium, sed moris est addere liberalitatem liberalitati. Hæc Ang. Cui addit. rex. in l. i. in princ. ff. si à paren. quis manu. fuer. ibi, quia à parente beneficium habuit bonorum quæredorum, & in l. filio. ff. vt leg. no. eate. vbi etiam emancipatio patris beneficium dicitur. Id quod etiã dicit Bal. in l. 2. ad fi. C. si aduer. rem iud. & rex. in l. de emancipatis, in princ. cum dicitur, hoc à suis genitoribus meruerunt. C. de legi. hæred. & in l. vlt. in fi. C. de sen. pas. vbi scribitur, & filij emancipationem à patribus cum officijs perant, vt libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant, & quæ scribuntur à Bal. col. 2.

Donatio à filio patri facta in præmium emancipationis non requirit insinuationem.

Pater emâ cipando facit eum sui iuris, & tribuit ei potestatem testandi.

Donatio que fit filio in præmii emancipationis, vt fit plerumque, est veluti simplex & libera, & non ob causam, vt etiam

optimè probat tex. in l. vlt. in verbo. liberalitatis, C. de emancipa. liber. vbi id not. Bald. qui ad hoc dicit illum tex. esse meliorem, quàm qui sit in iure & voluit etiam Dy. in authen. ex testamento & ibi etiam Bald. colum. 3. versiculo secundum capitulum. & Barb. in addit. illius, & Phil. Dec. col. 3. vers. nec oblit. si dicatur. C. de collat. vbi ex hoc dicunt, huiusmodi donationem esse conferendam. Sign. conf. 20. factu sic se habet, dominus vicecomes, in 2. dubio. Cyn. qui hoc dicit tenere omnes & antiquiores & recentiores, ob idque asserit huiusmodi donationem requirere insinuationem, in l. vlt. liberis. C. eo. tit. & ibi etiam Iac. But. Bar. Io. Fab. Bal. Ang. Pau. Cast. Raph. qui limitat Ro. qui itidem limitat Cor. qui illorum limitationem reprobat. Alex. qui ita dicit communiter teneri, Franc. Aret. qui & hanc dicit esse communem sententiam, & omnes denique præter Iac. Aret. Oldra. Nico. Marth. & Alb. qui tenent contrarium. Et idem quoque voluit Guil. Cu. in l. si tibi, & ibi etiam Bal. col. 2. ver. quæritur vtrum in casu. ff. si cer. pe. Odof. in l. precibus. C. de inoff. do. & in auth. vnde si parens. C. de inoff. rest. Spec. tit. de dona. §. 1. vers. quid si pater emancipans, & ibi Bald. in add. Collec. in c. 2. col. 2. vers. quid si pater, extra eo. tit. Bar. in l. i. §. nec castrense, col. pe. ver. finaliter de iure dicõ. ff. de colla. bo. & in d. l. cum oportet. §. cum autem, & ibi etiam Raph. & Cor. C. de bon. quæ liber. Iac. But. & Bal. in si. in l. & si mortis causa, ad fi. C. ad leg. Fal. Bal. in l. data. C. de donat. & in l. illud, col. 3. vers. tertio quæritur. C. de sacro. eccle. & in l. si deportatus. in fi. C. de bo. profcrip. vbi & illud dicit de conferenda huiusmodi donatione. & conf. 451. nobilis marchio, col. 2. lib. 1. Pau. Cast. in d. l. si viua. C. de bon. mater. Panor. conf. 116. illud de iure quaritur, col. 1. lib. 2. Raph. Fulg. conf. 217. viso exemplo, col. 2. vers. ad secundum. Alex. conf. 142. circa primam dubitationem, col. 8. in 3. dubio, lib. 2. quod repetitur in conf. 103. lib. 3. & iterum conf. 50. lib. 6. & idem Alex. latissimè d. conf. 21. attentis his quæ in instrumento, col. 3. vers. nõ ob id, lib. 3. Vital. Camb. in tract. clausularum, in rub. an legibus insinuationem exigentibus possit renuntiare. char. pen. vers. item quæro si pater donat. Cor. conf. 45. licet in hoc iudicio, col. vlt. lib. 4. Barb. conf. 80. illum referam, col. 6. vers. nec est considerandum, lib. 3. & Guid. Pap. in suis sing. 375. vers. quæritur si pater. & clarculum in conf. 23. viso facto, col. 5. vers. sed vltimus, iuncto prin. conf. & seq. vers. & Ant. Canar. in tract. insinuationum, §. 50. Ioan. Corf. & D. Aufre. in add. ipsius in deci. Tholo. q. 460. item fuit quæsitum an donatio. Ioan. Montefer. in repet. l. frater à fratre, col. pen. in 41. q. ff. de condit. indebit. & Fabia. Gocchi. in repet. d. auth. nouissima, in 3. quæst. 9. q. prin. C. de inoff. testa. Quanquã vltra eos quos supra diximus, reclamant & Oldra. conf. 138. thema tale est, Durandus. in 4. eademque pen. q. & Bald. sem eum pugnans in l. cum quis, in fin. ff. de condi. cau. dat. & Rapha. Co. conf. 28. de fundo dato, post prin. & Barb. sibi contrarius conf. 35. lib. 3. à Ioue principium, col. 6. vers. restat nunc videre, & seq. lib. 3. Sed prior sententia vt numero & autoritate, ita & ratione est potior.

Hæc lex hanc l. non procedere in donatione ob causam, secundum & alias declarationes primi & secundi articuli, videlicet venditionis minori pretio factæ, & donationis remuneratorie, vt scilicet hoc procedat quod nunc diximus in donatione ob causam, vtque ad concursum siue concurrentiã, vt nostri loquuntur, oneris siue causæ ob quam fit donatio, id est, in eo quod concurrat cum onere aut causa in donatione inscripta, vt loquar cum iuriconsulto in l. quid ergo, in princ. ff. de leg. i. Nam in eo quod excedit

miu emancipationis, est veluti simplex & libera, & nõ ob causam.

In donatione ob causam quãdo requiritur insinuatio.

Hæc vtrũ habeat locum in donatione tacita & præsumpta, aut facta, sicut in expressa & vera. L. si quis argentum. C. de dona. cũ sit exorbitans, non habet locum in donatione præsumpta.

eam causam, seu onus, censetur pura & simplex & gratuita donatio, vt respondit Stepha. Bertran. conf. 46. viso casu, ante fi. lib. 2.

149 Ideoque in eo requiritur insinuatio, vt voluerunt Io. Fab. & Ang. Aret. in §. idem est si quis, vterque col. 1. Instit. de actio. & Barb. in rub. extr. de dona. paulo ante fi. & post longam disputationem tenuit Imo. in l. Aquilius. ff. de donat. & latè Corn. cõf. 45. licet in hoc iudicio, col. 2. vers. his tamen nõ obstantibus, & iterum col. vlt. lib. 4. & Franc. Aret. conf. 2. intellecta diligenter, col. 2. vers. item nec videtur, vbi & alios in id citat. & conf. 17. considerata, col. 5. vers. secunda aut obiectioni. & ante hos Guil. Cu. & Saly. in l. illud. C. de sacro. eccle. vt refert & sequitur Gui. Pap. in sing. 375. inci. Saly. in l. illud. Haberque locum in eo excessu priuilegium, ne conueniatur donans in id quod facere non potest, secundum Phil. Dec. in d. l. diuus. col. 2. vers. & si donatio. ff. de reg. iur.

150 Atque etiam, vt tandem ad speciem legis nostræ veniamus, dispositio huius locum habet, vt dicit expressè idem Corn. d. conf. 4. col. 4. in fi. lib. 3. Steph. Bertr. conf. 20. duo sunt, nu. 4. & seq. lib. 4. & Carol. Ruin. conf. 98. visa renuntiatione, col. 9. nu. 20. lib. 1. & conf. 169. de tribus, col. 4. numero 15. lib. 1. & conf. 60. de re quidem, col. 5. numero 16. lib. 3. & d. conf. 140. col. 3. nu. 6. lib. 4. vbi allegat Alex. vti à nonnullis citatur, in quodam conf. non impresso, incip. consideratis his quæ in themate narrantur, & Alci. in d. l. vbi supra. C. de pact. ita tamen, si id quod excedit, æquat dimidiam partem omnium bonorum, secundum vnam opi. Aut saltem tale sit, quod verisimiliter donans non donauisset, si cogitasset de liberis, secundum aliam opinio. iuxta ea quæ diximus in illis primis casibus, quæ illic, si opus sit, videbis, ne huic iterũ frustra repetã.

151 Septimo principaliter vltra ea quæ dicta sunt, dubitari potest. Vtrum hæc l. habeat locum in donatione tacita & præsumpta, aut etiam facta, sicut in expressa ac vera? Et videtur quod non, cum hæc l. sit exorbitans, vt plenè docuimus supra in verbo, libertis, statim post princ. ideoque etiam restringenda. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. cum aliis multis concord. illi à me adductis. Ac sicin vera tantum ac propria donatione intelligenda, non in facta aut alijs impropria, per iura etiam ibi allegata.

152 Sicut etiam videmus in simili, quod cum l. si quis argentum. C. de donat. sit exorbitans, vepote inducens actionem ex nudo pacto contra regulã iuris communis, ideo non habet locum in donatione præsumpta, & tacita vt voluerunt Ray. Bald. Ang. Pau. Cast. Alex. & Ias. in l. iurigentium. §. sed cũ nulla. ff. de pact. Barto. post Guil. in eadẽ l. §. quinimo, col. vlt. & ibi etiam Alex. col. pe. & latè Ias. col. 8. vers. tertio videndum est, idem Bar. Ang. & Pau. Cast. in l. si tibi decem, in prin. eo. tit. Bal. in l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. & in l. vlt. in 5. oppo. C. cod. tit. & in l. si pacto quo poenam, col. 2. vers. quæro exemplum. C. de pact. & in tractatu de pactis, col. 11. vers. nunc videamus. Saly. in l. legem, in 6. q. & iterum in l. si creditori. & ibi quoq; Fran. Aret. qui id sing. dicit. C. eo. & ipse Saly. in l. quod si maritus. §. 1. paulo ante fi. ff. de constit. pecu. Bal. in d. l. si quis argentum. §. sed & si quis vno, in additio. illius l. & ibi quoque Ang. C. de donat. & Ant. & Imo. in c. qualiter, ext. de pact. Idem Imo. & Rom. in l. in adibus. §. 1. col. vlt. vers. tu adde quartũ. ff. de donatio. Pau. Cast. in l. hæc tenus. §. 1. ff. de constit. pec. & in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Et in l. generaliter, col. 3. vers. sed cõtra oppo. C. de non nu. pecu. Corn. conf. 23. viso puncto, col. 7. vers. & per hanc rationem, l. i. & cõf. 254. videtur in hac consultatione, col. 3. eo. lib. 1. & conf. 300. placet mihi conclusio, col. 1. vers. quod

saltem videtur, eo. lib. 1. & conf. 229. ostenso, col. vlt. eo. lib. 1. & conf. 185. tria principaliter, col. 3. & iterũ 4. lib. 2. & conf. 135. de pluribus, col. 5. in li. era o. lib. 3. & conf. 129. visis verbis, col. 2. eod. lib. 3. & conf. 238. viso puncto, col. 2. eod. lib. 3. & conf. 288. quamquam consultationem, col. 4. lib. 4. Fran. Aret. in l. 2. col. 2. ff. de lega. 1. & in l. licet, in fin. C. de pact. Alex. in l. si aliquam rem. ad fin. Et ibi Claud. Serg. col. 5. vers. tamen sustinendo. ff. de acq. poss. & in l. 2. Titio. col. 2. ff. de verb. oblig. & conf. 129. super primo dubio, in fin. lib. 7. & Socin. in l. 1. §. si quis, col. 3. in 2. locis, eod. tit. & in l. 1. col. 3. vers. secunda conclusio. ff. de legat. 1. & Ias. in l. 1. §. si quis ita, col. pen. vers. confirmatur. ff. de verb. oblig. Phil. Dec. in l. semper qui nõ prohibet, col. 1. ff. de reg. iur. & in rub. C. de pact. ad fi. vbi dicit ita se consuluisse, sicuti verè consuluisset, conf. 247. in causa quæ iam diu, col. 2. & vlt. & Fran. Purp. in l. rogasti. §. si tibi, col. 8. vers. quinto ampliatur. ff. si cert. pet. Lancel. Gali. in Rub. ff. de verb. oblig. col. 16. vers. hoc tamen casu. & Hiero. Gratus conf. 25. in præfenti casu, col. 3. nu. 23. lib. 1. Tu tamen hic vide Ange. Aret. in §. in personam, col. 7. vers. tertio principaliter, Instit. de actio.

153 Nec similiter l. vltim. C. de sacro. eccle. quæ Nec l. vlt. transfert dominium ex solo titulo, sine traditione, C. de sacro contra traditionibus. Cod. de pact. obtinet in donatione tacita & præsumpta, vt voluit Spec. tit. de qua transloc. §. nunc aliqua, vers. 32. & Bald. in addit. ipsius, fert dominium ex solo titulo facta in iudicio. Barto. in dict. l. si aliquam rem, ne traditio col. 3. versiculo habui in hac ciuitate. ff. de acq. poss. Ant. in cap. ex parte, col. 7. de confessio. prout eos allegat, & sequitur Ias. in d. l. vlt. in 3. notab. de sacrosanct. eccle.

154 Nec denique statutum disponens donationẽ factam inter virum & vxorem, non confirmari morte, contra l. 1. & l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. habet locum in donatione tacita & præsumpta, vt pulchrè & eleganter consuluit Socin. Etiam inter virum & vxorem nõ confirmari morte. Conf. 122. cuius initium est, circa primum consultationis articulum, columna 5. vers. nec obstat statutum, libro tertio per not. per Bartolum & Imo. in dict. l. si aliquam rem. ff. de acquiren. poss. & in d. l. iurigentium. §. quinimo. ff. de pact. dicitur quæ de hoc esse casum in l. seruum filij, in fi. ff. de leg. 1. secundũ intellectum Bart. in l. i. eo. tit. Quibus adde quod dicit Bal. in l. ait prætor. §. vlt. ff. de neg. gest. q. donatio tacita fieri potest inter absentes, siue nõ uis, vt epi. stola, per text. ibi licet secus in donatione expressa, ex quo vides nõ rectè concludi ab vna ad alterã.

155 Verum his non obstantibus, ego asseueranter opinor hanc l. procedere in donatione præsumpta, de re opi. ac tacita, perinde ac in expressa & vera, sicuti etiã in nuncupatum voluit Bal. hic paulo ante fin. l. lectu. & iterum in 2. lect. col. 2. Nihil enim inter vtranque interesse video, quantum ad rationem l. nostræ pertinet. Imò eadem est vbique ratio, vt reuocari debeat per naturam liberorum ob præsumptam voluntatem donantis. Ideo & idem ius obtinere debet, l. illud. ff. ad l. Aquil. cũ simil. præsertim cũ etiam in exorbitantibus & correctorijs fiat extensio (si extensio dici debeat) ex eadem ratione, vt latè diximus supra in verbo, libertis, vers. 44. incip. nec verum est quod dictum est, idque maximè ad casum qui ex lata significatione potest comprehendi in lege vel statuto, vt probatur in l. filium habeo, in prin. ff. ad Maced. iuncta l. iuxta. ff. de verb. signifi. & iunctis etiam not. per Bart. in l. liberorum, in 2. q. prin. eo. tit. & expressè voluit Cy. in l. 1. C. quæ sit long. cõf. & expressiõs Imol. in l. si verò. §. de viro, in prima fallen. exorbitantium. ff. sol. matr. & dicemus latius in seq. q.

Donatio 136 Nec solum eadem est ratio, sed maior esse videtur reuocanda donationis praesumptae & tacitae, nempe de qua non verè, non patenter, non aperte liquet, sed tantum ex praesumptione: quae nonnumquam fallax est, & de re non vera, ideoque facile tollitur scilicet per aliam praesumptionem. I. diuus. ff. de in iure. restit. & licet imperator. ff. de lega. 1. & 1. n. solum. §. denud. ff. de ritu nup. & I. mater, & ibi Ang. & Saly. C. de calum. & c. cum inter R. seniore, & ibi gl. in verbo, episcopus, de elect. & c. quia verisimile, & c. illud, & c. literas, de praesump. & ca. in nostra, de testi. ca. ex transmissa. extra qui fil. sunt legit. Ex quo Bal. conf. 259. verba inquisitionis, col. 2. ver. irem in expurgatione, lib. 1. dicit facilius elidi praesumptiones & coniecturas, quam veras probationes. Vnde etiam facilius reuocari retractatq; potest ac debet, quam expressa vera donatio, quae scilicet nuncupatim & expressè sit verbis certum mentis conceptum exprimentibus. I. Labeo. ff. de supel. lega. & c. is autè. 2. qu. 2. Ideo tex. est not. in l. vlt. in prin. ff. de lega. 2. probans donationem tacitam facilius reuocari, quam expressam. quae ad hoc expedit Bal. ibi, atque etiam in l. filium. col. 8. ver. 2. op. C. fam. l. ercisc. Qui etiam ratione Inno. Ant. Imo. & Panor. in c. 1. ext. quod met. cau. asserunt professionem expressam difficilius retractari, quam tacitam & praesumptam: sicut & tacita seu facta offensa facilius aboletur quam expressa, vt scribit Bart. in l. athleta. §. dat remissionem. ff. de excus. tuto.

137 Si ergo vera & expressa donatio reuocatur ex praesumpta mente donantis, multo magis & tacita & praesumpta, tñ quia praesumptio praesumptio nem tollit, quod iam diximus. Tum quia aliàs plus haberet momenti & roboris praesumptio aut fictio, quam veritas, contra legem. filio quem pater. ff. de lib. & post. & l. liber homo. ff. de stipu. ser. & l. electio. §. si is. ff. de noxa. & latè no. Bar. & alij, in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. Bal. qui alia iura allegat, in l. & hæredi. §. nos autem. col. 1. ff. de pact. cū sim. Et etiam plus virium tacitum quam expressum, cū sint vel eiusdem ponderis, vt not. in l. cum quid. ff. si cert. per. & l. 3. ff. de leg. 3. vel etiam expressum tacito potentius. I. nunquam. ff. de condit. & demon. & l. expressa. ff. de regulis iuris. & latè dixi in nostris legibus connubial. in glo. 5. Et quod proximè huc accedit, habemus etiam textum probantem, donationem expressam plus habere virium & ponderis, quam tacitam in l. donationes, la. 1. C. de donat. inter vir. & vxor. quam ad hoc expedit Flor. in l. quae pater. col. vlt. ff. fam. l. ercisc. Et hinc videmus quod expressum facit cessare tacitum & praesumptum, vt de primo est text. in l. cum ex filio. §. vlt. & ibi latè Ias. ff. de vulg. & pupi. & de secundo in l. Clemens patronus. ff. de hære. instit. & l. si ita. ff. de lib. & posth. & voluit Bald. in l. in multis, paulo ante si. ff. de stat. homi. & in l. vlt. C. de donat. ante nupt.

138 Ad hæc si verum amamus, non rectè videntur loqui, qui donationem praesumptam & veram distinguunt, cum negari non potest, quin praesumpta sit etiam vera. Quid enim est praesumptio, nisi quaedam species probationis? & praesumpta donatio, nisi donatio quae ex praesumptione procedit? Quid autem praesumptio est, nisi liquidissima probatio? Nam & id voluit glo. in l. si tutor, in fi. & ibi Bal. C. de peric. tut. quam gl. dicit valde not. & meliorem de iure Imo. in l. quæsitum. ff. de re iud. & in l. in tempus. §. 1. & iterum in l. si ita quis hæres. ff. de hæred. instit. & sing. eam dicit Flor. in l. patronus, in prin. ff. de probat. & Barb. in l. sciendum, col. 10. ff. de verb. oblig. & aliis locis propè infinitis, & eam sæpe citant & commendant doct. vt Bal. in l. ita demum, ad fi. C. de procu. & in l. 1. in 3. oppo. C. si in frau-

dem patro. & conf. 193. statuto ciuitatis Alex. col. 2. lib. 2. & conf. 483. viso statuto, ante si. lib. 5. Pau. Cast. conf. 116. viso compromisso, col. 3. ver. sed hoc post ro. lib. 1. & conf. 283. super isto negotio, col. 3. co. lib. 1. & conf. 74. in causa mota per Dorotheam, col. 2. ver. si item est alia, l. 2. Alex. in l. manifestè, in 2. not. ff. de iure iur. & in l. absentem. ff. de poen. & idè propè voluit Ang. in l. si præter. §. Marcellus, col. 1. ff. de re iud. & doct. vbique & ad hoc optime faciunt multi tex. probantes praesumptionem esse euidentem, manifestam, liquidam probationem, videlicet in l. 1. ibi, liquidò probatur, cum gloss. & ibi Ang. & Alex. C. de testa. mil. & in l. licet imperator, in prin. & ibi Bart. Ang. & alij. ff. de leg. 1. quem ad hoc dicit meliorem de iure. Barb. in repe. cap. Raynaldus, col. 144. de testa. & in l. sed si non alias. ff. eo. tit. qui quidè tex. est optimus, licet à paucis annotatus. & in l. si quis locuplex, ff. de manu. testa. & in l. 1. C. de cõdi. instit. & in c. 1. & ibi Pan. de clerici. n. resi. & in c. cum dilecti & ibi quoq; Pan. in r. no. de don. & in c. decernimus, iuncta gl. in verbo, manifestu, 3. q. 3. cū aliis si. & concord. plenè adductis per Alex. in d. l. C. de testa. mil. & Barb. in c. super quaestione, §. intentionis, col. 2. de offi. deleg. Fel. & Dec. in rub. ext. de proba. illum quidem col. 2. in 2. cõclusionè, huc col. 17. etiam in 2. cõclusionè. & Hippo. qui & alio doc. citat in l. si forte, post prin. C. de fidei. & conf. 7. summi celi, col. 5. ver. sed in casu nostro, li. 1.

139 Quibus adde quod egregiè dicit Bald. in l. 1. col. 3. ver. quæro quid si statutu. C. de fidei. quod si statutum requirit probationem instrumentalem, sufficit praesumptio ex instrumento, quæ sit ex dispositione l. cum de in rem verso. ff. de vsur. per l. 3. C. de apo. pub. lib. 10. quod dicitu commendat Barb. in rep. l. cum acutissimi, col. 7. post prin. C. de fidei. & dicit multum sing. Ias. in l. sciendum, col. 8. ver. 3. vltra. Bar. ff. de verb. oblig. & conf. 25. quidam testator, col. 2. lib. 1. & not. Dec. in d. rub. de prob. vbi supra citauimus, quibus tamen locis vterq; disputat, vtrū praesumptio dicatur vera & propria probatio quæquæ illud dicitu Bal. reprobat Ias. sibi contrarius in l. certi conditio, in prin. col. 8. ad medium. ff. si cert. per. post Rom. in l. 1. C. de testi. mil. Sed & adde quæ scribit idè Ias. post alios in l. si pluribus, col. 3. ver. 6. pondera. ff. de leg. 1. & in d. l. licet imperator, in 3. not. eo. tit.

160 Ex quibus planè liquet, quod res quæ est probata praesumptio, atque vera est atque ea quæ aliis documentis & probationum generibus est probata. Quod & hinc quoque manifestè apparet, quod quis probatur filius alterius, iuris praesumptione, quia scilicet natus est ex vxore illius, iuxta l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alic. iur.

161 Neque enim vera ac certa probatione id ostèdi potest, vt attestatur Iurisconsultus in l. Lucius. ff. de condi. & demon. & Homerus natura & iuris vtriusque peritissimus, qui libro 1. Odyssæ ira facit Telemachum respondentem Mineruæ sciscitanti, an esset Vlysis filius.

Μητρὸς μὲν τὴν ἐπιφάνειαν ἔχει, ἀλλὰ τὸν ἐργασίαν οὐκ ἔχει, ὅθεν αὐτὸς ἀνίστημι. id est, Mater me genitum ex illo mea dicit, at ipse Nescio, nãque suum verè scit nemo parentem.

Et latissimè diximus in nostris commentariis consuetud. tit. 27. §. 3. in glo. 1. post prin. 162 Hic, inquam, filius, non ideo dicitur impropius filius, sed verus, alioqui nullus esset verus filius: in eoque habent locum statuta quantumlibet exorbitantia ac correctoria, & de hoc casu loquens tex. in l. imperatores. ff. de prob. hanc praesumptionem appellat veritatè, vt inibi annotat Accursius in glo. vlt.

163 Similiter iura quibus cauetur, quod in actionibus bonæ

Statutu si requirit probationem instrumentalem sufficit praesumptio ex instrumento, quæ sit ex dispositione.

Filius iuris praesumptione probatur.

Neque id certa probatione ostendit.

Est tamen verus filius.

bonæ fidei super dolo iuratur in litem, vt in actionibus. ff. de in lit. iu. cum simili. licet sint exorbitantia & odiosa, cum regulariter non credatur iuramento aduersarij: obtinent etiam in dolo praesumpto, tutor qui repertorium, in prin. ff. de adm. tuto. & Bal. in d. l. in actionibus, col. vlt. nam dolus (inquit) praesumptus idem debet operari quod verus: quia praesumptiones legum habentur pro liquidissimis probationibus. Et idem Bal. conf. 193. statuto ciuitatis Alexandrinae, lib. 2. asserit maleficium, quod probatur per tacitam confessionem vel praesumptionem, esse verum maleficium, per tex. in l. si tutor. C. de interdi. matr. & ea quæ supra numero procedenti, praesumptionem esse liquidissimam probationem. Et in simili quoque dicit Bal. post Azo. in l. si culpa. ff. de rei ven. titulum tacitum siue praesumptum esse verum titulum. Ex quibus conficitur, quod supra diximus, donationem veram esse, quæ ex praesumptione iuris procedit: sicut in simili possetisio vera, quæ ex actu ficto procedit, per not. per Bart. in l. si is qui pro emptore, in fi. ff. de vsuca. cū concordat à me collectis in nostro tracta. confli. post sessio. in 2. parte, in 1. amplia. nu. 2.

Praesumptus actus non tantu habet firmitatis ac roboris, quantum verus ac certus.

164 Postremò si verum esset, quod lex simpliciter loquens non traheretur ad actum praesumptu: tamen id tantum obtineret, quando lex dispoñeret in fauorem ipsius actus, ob id quod praesumptus non tantum haberet fauoris ac roboris, quantum verus ac certus, vt diximus, secus si contra ipsum actum dispoñeret. Nam lex annullans, infirmans, irritans actum, trahitur etiam ad actum praesumptum, per l. qui ad certum. ff. loca. Et hinc videmus, quod leges prohibentes donationes inter virum & vxorem, procedunt in donatione praesumpta, vt voluit gl. in l. si donationis. Cod. de cõtrahen. emp. & ibi Saly. qui eam ad hoc expendit. & Soci. conf. 66. frustra plenitudini, col. 1. libro 1. Et leges requirentes insinuationem in donationibus, eas alioqui irritantes, habent etiam locum in donatione praesumpta & tacita ex sententia Barto. in l. 1. in vlt. oppo. ff. de donatio. & in l. vltim. in prin. per illum text. C. de iure dot. vbi dicit id esse menti tenendum, & Bal. conf. 231. praesupposito statuto, lib. 1. & Ang. conf. 94. cum lis & quaestio, col. ante pen. vericulo hoc igitur articulo, licet ibi aliud dicat de ficta donatione. Raph. Fulg. conf. 72. supposita bulla, col. vlt. ver. nec nocet, iunctis praecedentibus. & Per. Ferr. tit. forma libel. quo agi. pro dona. in verbo, solenniter, col. 4. ver. deinde quia praedicta. & Anton. Cana. qui vnicum Bartol. locum citat in tract. insinuationum, quaestione 44. Et statutum prohibens donationem sine praesentia iudicis, locum habet in donatione praesumpta, vt latè consuluit Corne. consilio 185. tria principaliter, col. 4. ver. sic tamen non obstant. lib. 2.

Lex annullans & prohibens non tantu trahitur ad actum praesumptum, sed etiam ad fictum.

165 Nec ad praesumptum quidem tantum trahitur lex annullans siue etiam prohibens, sed ad fictu quoque, vt & de eo quoque hic loquamur: tã ne plus opereur fictio quam veritas, quod iã supra diximus, tum quoque, quia quod verum fieri non potest, nec fictè quidè etiam potest, siue ea impossibilitas sit ex natura. l. adoptio. ff. de adoptio. & l. confessionibus. ff. de interro. act. & Bartolus in l. si is qui pro emptore, col. 12. ver. sequitur eius quod est potabile. ff. de vsuca. vbi & alia iura allegat. & rursum in l. eadem. in prin. col. 1. ff. de duob. reis, vbi id declarat Ang. & Imo. in l. sub conditione. ff. de sol. & Petr. Anch. cõf. 22. subtiliter & copiose, col. 2. cū simi. Siue ex iuris dispositione. l. Gallus. §. si eius. & ibi Imo. ff. de li. & posth. & l. talis scriptura. ff. de leg. 1. Bal. conf. 243. quidam nobilis nomine Antonius, col. 2. lib. 1. & conf. 399. de principali instrumento, col. 2. lib. 5. & Bart. conf. 75. viso instrumento, post

medium, cum multis concord. adductis à Ias. in d. l. si is qui pro emptore, nu. 290. & seq. Licet contrarium asseruerit Alcia. lib. Paradoxorum 3. cap. 16. & in l. intelligendum. ff. de verb. signifi. de quo nos alibi latius differemus.

166 Porro d. l. si quis argentum. C. de dona. & d. l. Lex noua vlt. C. de sacr. eccle. de quibus locuti sumus in prior. op. disponunt ad actus confirmationem: ideoque cum actus verè probatus plerunquè sit magis efficax, quam qui est praesumptiuè tantum probatus, vt diximus, non est mirum si lex noua dans nouu robur actui claro, apparenti, & expresso, non habet locum in tacito & expresso, quæ ratio non procedit in lege è diuerso dispoñente ad actus infirmationem, quin potius tendit in contrarium.

Lex noua dans nouu robur actui claro & expresso, non habet locu in tacito.

167 Caterum qui dicunt d. l. si quis argentum, non habere locum in donatione praesumpta, inniuntur ratione, quæ hic nihil omnino facit, quoniam, inquit, concurreret circa idè duplex specialitas, videlicet quod praesumeretur donatio, cõtra regulam. l. cum de indebito. ff. de prob. cum si. Item quod ex nudo pacto oriretur actio, contra l. legem. C. de pact. cū sim. quod fieri nec debet, nec potest, per not. in l. 1. C. de dot. promiss. & per Bart. in d. l. si is qui pro emptore. col. pen. ff. de vsuca. Et idem quoque dicit de d. l. vlt. C. de sacrosan. eccl. quod scilicet praesumeretur donatio, & ex dicta donatione transferretur dominium sine traditione, contra regulam d. l. traditionibus. C. de pact.

Opinio eorum qui dicunt l. si quis argentum non habere locum in donatione praesumpta.

168 Ex quibus clarè patet, non obitare quod dictum est, dictas leges non procedere in donatione praesumpta si id tamen verum sit. Nam quantum ad d. l. si quis argentum, contrarium asserit glo. in d. l. si tibi, in prin. ff. de pact. & in dict. I. haec tenus. §. 1. ff. de const. pecu. quam simpliciter sequuntur Barto. sibi contrarius, & alij præter Pau. Cast. ibi, sequitur etiam Raph. Fulg. in d. l. iur. argentum. §. quiniimo, col. 4. & ibi etiam Fortu. Gartia. col. 34. ver. tertium dicitu. & Marr. Laud. in eadem l. in d. §. sed cum nulla. & Ang. Aret. in §. in personam, col. ante pen. ver. 4. principaliter. Inst. de action. vbi dicit illam posteriorem gl. esse ad hoc not. & menti tenendam. & clanculum voluerunt Iac. But. & Bar. in l. receptitias. C. de cõst. pec. vbi & hoc expressè voluit Guid. Pap. & Fran. Are. in l. 2. ver. ad tertium. iunctis praecedentibus. ff. de leg. 1.

Confirmatio procedentium.

169 Quantum verò ad l. vlt. C. de sacro. eccle. similiter contrarium tenuerunt omnes quos supra pro contraria parte adduximus ex Iasone, qui eos male citauit, præter Bald. qui verè fuit illius partis in loco ibi citato. Sed & hoc quoque vltra eos voluit Bart. in l. cum falsa, circa medium. C. de iur. & fact. igno. & Bald. sibi contrarius in l. ad probationem, col. vlt. ver. quæro quid si animo. C. locat. & in l. si constante. §. si vxor. ff. sol. mat. Ang. in l. qui rem, eo. tit. & §. emphiteusim, in fi. in authen. de non ali. aut permut. Pau. Cast. conf. 11. super primo quaesito in quantum, col. 1. lib. 2. Alex. in d. l. si aliqua rem, col. 10. ver. ex quo infert Bart. & ibi quoque Fran. Ripa col. 12. nu. 36. ff. de acq. poss.

Statutu ex quo maritus lucratur certam partem dotis, procedit etiam in dote praesumpta.

170 Et hæc quoque posterior pars ex eo confirmatur, quod statutum ex quo maritus lucratur certam partem dotis, procedit etiam in dote praesumpta, quauis sit non modò exorbitans, sed & correctorium iuris cõmunis. Ita enim non obscurè scribit Bart. in disput. incip. mulier habens magnum patrimonium, serè per totu. & expressius voluit Bal. in l. cū citra, per gl. ibi. C. de iure doti. & in l. nulla, col. 1. ver. sed pone. C. eo. & latè cõf. 102. mulierè maritus duxit, li. 4. & Pau. Cast. conf. 60. visis statutis cõmunis Vincentiæ, in 2. dubio, libro 2. Rapha. Com. consilio 109. domina Ioanna, in primo dubio, ea ratione motus, quod praesumptio innitur veritate,

per ea que habeatur in l.vlt. ff. quod met. cau.in l. siue possideris. C. de proba. & idem quoque voluit Pan. conf. 46. tria mihi ostensa dubia, in secundo dubio, lib. 1. & Alex. conf. 122. viso processu, col. 2. lib. 7. & Soci. conf. 80. presens consultatio, col. vlt. lib. 4. Fran. Cur. lun. conf. 4. super cotrouersia, col. 6. vers. hac verissima. Et id ego verius esse arbitror, licet contrarium teneat Bald. & hic sibi contrarius, cōsi. 333. quia ista dos non fuit vera, lib. 4. & non obscure Iaf. conf. 50. pro nobilibus. col. 2. lib. 1. Ex quibus potest videri male consuluisse Soci. in statuto prohibente donationem inter virum & uxorem morte confirmari: de quo diximus in priori sententia. Et facit etiam tex. in c. veniens ad nos. & iterum in ca. is qui, ext. de sponsa. & mar. ex quibus not. Pan. in priore loco, in pen. no. in 1. no. quod matrimonium presumptum tantam vim habet, quantam verum. Nam ibi si vtrunque concurrat, & verum, & presumptum, preferatur non quidem verum presumptum, sed quod ex iis est prius tempore. Hincque dicit inferri, quod dispositum in casu vero, habet locum & in presumpto: ad quod etiam alleg. no. in l. si possessor. C. de relig. & sumpt. fun. & l. cert. ff. de prec. & illum quoque tex. in d. c. is qui, ad id quod diximus expendit Phil. Dec. conf. 681. viso puncto, col. 1. Et hic etiam vide que late scripsimus in nostris legibus conubialibus, in gl. 5. in verbo, *conuenerit*, in 3. q. quæ est sub nu. 57.

Hæc lex an habeat locum in simplici renuntiatione siue remissione alicuius rei aut debiti.

171 Octauo quarto, An hæc l. habeat locum in simplici renuntiatione siue remissione alicuius rei aut debiti. Et primum videtur quod non. quia remittere non est proprie dare aut donare. per Iulianum ait. ff. de condit. & demon. vbi conditio dandi non impletur per remissionem. Quem tex. aureum ad hoc dicit Fel. in c. veniens, le 1. col. 2. vers. secundum intellige, ext. de testi. Et bene facit tex. in l. si pignus. ff. quæ in fraud. cred. vbi si pignus vir uxori remiserit, vel è dūterio, nulla fit donatio, & ideo, inquit glo. ibi, valet huiusmodi remissio. & adducit concord. Et licet constante matrimonio maritus non possit reddere dotem uxori, nisi in certis casibus, cum id sit instar donationis. l. 1. C. si dos cōstet. mat. potest tamen citra illos casus & indistincte remittere dotem promissam nondum datam; vt tradit glo. no. in l. si constante, in verbo, firma, & ibi Ray. & Bald. in vtraque lect. qui eam not. dicit in posteriore. C. de donat. ante nupt. & Roma. qui illam dicit sing. in l. quamuis. ff. sol. mat. & sing. 60. r. t. habuisti. Ex quibus conitatur, non omni cui negatur facultas donandi, negari quoque remittendi, sicuti è dūterio non omni cui donare conceditur, remittere quoque; concedi, vt per glo. in c. statutu. §. notarium, in verbo, remissionem, de recri. li. 6.

Et an remissio indigeat insinuatione.

172 Ex quo etiam fit, vt talis remissio non indigeat insinuatione, sicuti vera donatio indiget. ex sententia Placen. & Azonis, vtrique in summa tit. Insti. de don. Io. And. post Guil. Suz. in addit. Spec. tit. de instru. edi. §. porro, in vlt. addi. quæ est in col. pen. Bal. in l. 1. col. 2. vers. sed quia confessio indifcreta, C. de confes. & in l. illud, col. 3. vers. secundo queritur. C. de sacro. eccl. vbi dicit hæc liberationem nõ exigere insinuationem, nisi in ea exprimatut q. fiat causa donationis. Iaco. Bur. & Saly. in l. creditor. C. de pact. idem Saly. in l. sancimus, in prin. in antepe. q. C. de don. Per. Ferra. in tit. forma libel. pro dona. in verbo, solenniter, col. 3. vers. quid autem dices. Et videmus etiam quod donatio absenti fieri non potest, nisi per nuntium vel epistolam. l. absentis. ff. de don. & diximus late supra in verbo, libertis, nu. 68. nec vltimis. Liberatio autem fieri potest, glo. in l. non solum nostrum. §. si liberationis verba, & ibi Bar. & alij. ff. de lib. leg. & Bald. in d. l. illud, quo loco nuper citauimus, & in l. is qui hæres, in prin.

ff. de acq. hære. & in l. generaliter, col. vlt. in 12. q. C. de non nu. pecu. & conf. 341. maritus, col. 1. lib. 1. & conf. 14. Antonius fecit. vers. non nõ quia maritus. li. 2. & conf. 242. suadeo, col. 1. lib. 3. vbi id dicit procedere, etiam si fiat in nulla voluntate, per d. §. si liberationis, cum simi. Ideoq; cum hæc l. sit exorbitans, vt late probauimus supra in verbo, libertis, nume. 19. tum secundo, & multis seq. & loquatur nuncupatim de donatione: consequens est eam esse trahendam ad remissionem, quæ non est proprie donatio. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. cum simi.

Autoris opinio.

173 Tamen ergo contrarium in casu l. nostræ verius esse existimo, secutus Corn. hoc expressè volentem conf. 11. in presenti consultatione, col. pe. vers. nec obstant ea, lib. 3. & Socin. conf. 20. in factio presuppōnitur, col. vlt. lib. 3. & Carol. Rui. conf. 98. visa renuntiatione, col. 8. vers. non obigitur primò, lib. 1. & conf. 60. de re quidem. col. 5. nu. 14. lib. 3. & conf. 140. circa casum de quo queritur, col. 3. nu. 5. lib. 4. Nam remissio siue liberatio, siue etiam renuntiatione gratis facta, vim prorsus donationis obtinet. l. contra. §. si filius. ff. de pact. l. 1. ff. de transact. & l. si mulier, & ibi Bal. & Alex. ff. de condi. ob cau. & l. p. culium, la. 1. in prin. & ibi Bart. ff. de pecu. & l. si fundum sub conditione. §. Titio fundum, & ibi gloss. & doct. ff. de leg. 1. vbi illud probatur procedere in conditionibus, quæ aliàs tanquam ad Polycteti regulam implendæ sunt. Ea autem loquitur in casu d. Iulianus ait, quam pro priori parte adduximus, ex eaque & ex no. à doc. in vtroque loco facile intelliges eam non obitare huic nostræ sententiæ. Sed & id quod diximus, remissionem habere vim donationis, probat item tex. in l. sicut. §. an pacisci. ff. quibus mod. pig. vel hyp. sol. & in l. si mulier, & ibi Bal. ff. de leg. 3. & in l. si stipulatum, & l. Modestinus, & ibi doct. & l. quidam, in prin. & l. in ædibus, etiã in prin. ff. de dona. & l. si donationis, & ibi Bal. C. eod. & l. si quis delegauerit, ff. de nouat. l. 3. §. sciedum, & l. si sponsus. §. si maritus duos, & l. cū hic status. §. si inter, ver. planè. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. si maior, C. de transact. & l. si donationis, quæ est 2. C. de acceptil. & voluit glo. in l. si inter, in verbo, nec donationis, & ibi Bal. C. de sol. Io. And. & Pan. in c. ex insinuatione, ext. de iure patro. vbi ex hoc dicit, q. cū remittitur ius patronatus etiã cū patrone, requiritur cōsensu episcopi, cū id donare sit. Bart. in l. vlt. in prin. ff. de his que in frau. cre. vbi & ex hoc dicit procuratorẽ nõ posse renuntiare exceptionibus peremptoriis, quãuis possit dilatoris, & in l. si vnus. §. pactus, col. 5. vers. dicatis vos. ff. de pact. & in l. si decerta, col. 1. ver. vltimus. C. de transact. Bald. & Saly. in l. pactu curatoris. C. de pact. vbi ex hoc dicit, procuratores quoque; nõ posse renuntiare nõ solum exceptionibus peremptoriis, sed nec declinatoriis quoque; nisi tamè tacite procedendo ad vltiora. & idè Bal. in l. & hæredi. §. nos autè. ff. de pact. & in rub. ext. de proc. col. 4. vers. an possit cōstitui, vbi ex hoc dicit, q. procurator nõ potest facere pacè, cū remissio in iuratu sit donatio, & conf. 341. maritus prædiu dotale, col. 1. lib. 1. & conf. 293. factu sic proponitur, domina Bartholina, col. 2. vers. cōtra nãque, li. 3. Sign. conf. 26. quæstio talis est, col. 2. vers. itè habes, & cōf. 100. quæstio dubitabilis, col. 2. ver. quartò arguitur. Ang. cōf. 94. cū lis & quæstio, col. pe. ver. vidèdū igitur restat, vbi ex hoc dicit, q. si ex statuto debeatur gabella ex donatione, debetur & ex remissione siue liberatione debiti. Per. Anch. conf. 306. efficax, col. 2. Pan. conf. 82. conditoris, & c. quãquam in his. ad fi. lib. 1. & late Alex. conf. 22. viso instrumento, col. pen. lib. 1. & latissimè Cal. conf. 25. Titius nobilis, in multis locis illius confi.

Remissio habet vim donationis.

In remissione iuris patronatus requiritur consensus episcopi.

Donare qui non potest, nec potest gratis remittere.

174 Et ideo qui non potest donare, nõ potest gratis remittere, vt voluerunt Bald. & Saly. in l. 1. C. de pact

pact. Bal. in l. ad fi. C. de bon. mater. vbi loquitur de procuratore, & d. conf. 341. col. 1. lib. 1. Pau. Cast. conf. 342. considerandum est primò, col. 1. ad fi. lib. 1. & conf. 32. circa primum in prin. 3. dubij, lib. 2. Pand. in d. c. veniens, le 1. in 3. not. de testib. Socin. conf. 43. visa prouisione, paulò ante fin. lib. 1. Propterea nec potest administrator etiam liberam habens potestatem, remittere. d. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. & l. filiusfam. in prin. ff. de dona. & Bart. in d. l. vlt. in prin. ff. quæ in frau. cred. Bal. in l. præses, col. 2. vers. venio ad quæstionem. C. de trans. & in l. si procurator, col. 1. C. de procur. cum sim. Quod & de prælato scripserunt Ioan. And. Card. Flor. & Imo. in ca. 2. de don. Bald. in d. l. præses, vbi supra. Maria. conf. 18. prosequendo ordinem, col. pe. vers. item probatur. Ex quo etiam Bald. ipse in l. vlt. col. 2. vers. sed numquid procurator. C. de tem. app. negat procuratorẽ posse renuntiare appellationi, quia istud, inquit, donare est. Et subdit idem esse de prælatis ecclesiarum. Quæ etiam fuit sententia eiusdem Bald. in l. 1. §. si procurator, col. vltim. & in cap. ex parte. C. de rescript. & Ang. & Imol. in l. ab executor. §. vlt. ff. de appe. & late Alex. conf. 115. attentis narratis, col. 1. lib. 5. & Iaf. in dict. l. contra. §. si filius, col. 1. ff. de pact. licet quidam contradicant, Corne. consilio 274. insurgit, col. 2. vers. sic sed renuntiatio, libro 3. Ex quorum dictis intelliges etiam id procedere in procuratore qui per litis contestationem factus est dominus litis.

Nec liti. Nec exceptionibus domino cõparentibus. Prælati renuntiare non potest exceptionibus, ecclesie competentibus.

175 Sed nec aliàs potest procurator liti renuntiare, vt affirmat Ang. in l. bonorum. ff. rem. ratam habe. illa ratione quam diximus, quia donare non potest. Nec exceptionibus domino cõparentibus, secundum Inno. in c. cum olim, le 1. paulò ante fin. ext. de offi. deleg. per d. l. contra. §. si filius. & Bart. in d. l. vlti. ff. quæ in frau. cred. Bal. qui & illa eadem ratione mouetur, in d. l. pactu curatoris. C. de pact. & in l. nã & nocere, in 3. not. ff. de pact. in vtraque lect. & in d. c. cum olim, col. 2. vers. quæro nunquid. & Pau. Cast. conf. 196. super primo quæsito diendū est, col. 1. vers. nec obstat consensus, lib. 2. vbi & hæc eandem rationem adfert. Sicuti nec prælati renuntiare potest exceptionibus ecclesie competentibus secundum Io. And. in c. exposita, ext. de arbit. & in c. grauis, col. 2. super verbo, acceptum, in prin. extra de deposi. & in cap. vlt. col. pe. vers. quid si prælati, ext. de solut. Domi. conf. 129. primum an prædicti, col. 1. vbi postea declarat, & ex hoc illud quoque dicit quod supra diximus, ex Bald. non posse prælatu renuntiare appellationi. Et facit etiam ad hæc omnia tex. in l. non abstulit. Cod. de nouat. Nec minus puniatur qui remittit debitum ecclesie, quàm qui donat, secundum Ioan. And. in cap. si quorundam, & ibi Anto. col. 1. extra de solu. Et tam cõmittit simoniam qui remittit, quàm qui donat, vt probat tex. in d. c. veniens, & ibi glo. 1. Panor. in 3. not. & alij, ext. de testib. & eam glo. ad hoc dicit sing. Barb. cōf. 41. illud adferam in medium, col. 16. vers. item est etiam ponderandum, lib. 1. Sed & de hoc est text. in cap. talia, & ibi etiam glo. in verbo, impunitatem. §. q. 3. & voluit etiam glo. 1. in c. ordinationes. r. q. 1. & in c. ea quæ, in prin. r. q. 4. in c. pen. & ibi omnes propè doct. ext. de simo. Et nihil refert vtrum quis accipiat, an actione liberetur, vt quid calumnie causa faciat. l. quinetiam, & ibi glo. ff. de calum. quæ tex. dicit not. Bal. in c. pen. circa medium, ext. de elect. trahit; ad id quod diximus de simonia.

Remissio siue renuntiatio quæ excedit quingentos aureos, re-

176 Et quicquid supra diximus ex quorundam sententia, certè huiusmodi remissio, siue renuntiatio quæ excedit quingentos aureos, requirit insinuationem sicut donatio, vt probat tex. in l. in ædib. §. 1. ff. de don. & voluit glo. in l. 1. §. 1. & ibi Bal. tam in prin. l. quam in eo. §. vbi dicit nõ. & ita vidisse con-

sultum & iudicatum. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. & in l. si quis obligatione, & ibi Dyn. Ray. & Phil. Dec. ff. de reg. iur. Bar. in d. l. Modestinus, & ibi etiam Imo. Rom. qui distinguit. Pau. Cast. & alij recentiores. ff. de don. Bal. in l. contra. §. si filiusfam. in 3. not. ff. de pact. & in l. tale pactum, in prin. & ibi etiã Ang. eo. tit. & idem Bal. in l. si tibi dicit. §. 1. de pign. col. vlt. eod. tit. & in l. 1. in prin. & iterum in §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. sol. vbi ita dicit fuisse iudicatu & in l. 1. in 2. not. per illu tex. ff. de transact. & in l. pactum, in 18. q. C. de collat. & in l. si donationis, per illum tex. & ibi etiam Ang. C. de dona. & ipse Bald. in d. l. si inter. C. de sol. vbi ita dicit fuisse consultum per Bart. & Fran. Pis. & idem Bald. Guil. Cu. in dict. l. si mulier, & ibi quoque Alb. & Alex. qui adfert concord. & Iaf. ff. de cond. ob caus. idem Bald. in l. si sponsus. §. circa venditionem. ff. de don. inter vir. & vxor. & iterum in l. si quis pro vxore. §. si vxor, eod. tit. & in l. quinetiam. ff. de calum. & consilio 231. presuppōsito statuto, lib. 1. & iterum conf. 261. primò queritur, statuto cauetur, col. 2. in 2. dubio, & rursum in fin. consi. eod. lib. 1. & conf. 186. ad euidentiã præmittendum, col. 3. libr. 2. & consi. 375. certum est quod filia, col. 1. lib. 3. vbi etiam dicit Barto. ita sæpius consuluisse, & consilio 352. ita statuimus, col. 2. vers. an pactum, libr. 5. vbi & illud item dicit Bart. ita sæpius consuluisse: cuius tamen in id consilia non reperi, idem Bald. in tract. de pact. col. 12. vers. sic quæro pactum liberatoru, & in sua marg. in verbo, insinuatio, & Ang. in l. pacta quæ contra. C. de pact. vbi dicit ita fuisse iudicatum Perusij, & in l. si vnus. §. pactus ne peteret, col. pen. vers. secundum quæro. ff. eod. tit. vbi ad hoc dicit sing. gloss. in d. l. si quis obligatione. & idè Ang. in l. Nefennius. §. vltim. & ibi Alex. ff. ad leg. Falc. & idem Ang. in d. l. si constante. C. de don. ante nupt. vbi & ex hoc reprehendit glo. ibi, quam supra citauimus, sicuti etiam facit Cy. ibi. Sed & idè voluit ipse Ang. conf. 59. quidam paterfam. col. vltim. & conf. 77. plures creditores, in fin. & d. conf. 94. cū lis & quæstio, col. pen. vers. hoc igitur articulo. Imo. tum in l. 1. tum in l. Aquilius Regulus, col. 2. vers. extra gloss. ff. de don. & in l. si accepto. §. 1. ad fi. ff. de acceptil. & in rub. ext. de don. & in c. cum cõtingat, char. antep. ext. de iure iur. & in ca. vlt. col. 10. vers. an autem in donatione, extra de don. Ioã. Plat. in §. 1. Insti. de don. Pau. Cast. in l. 1. post mediū. ff. de don. & conf. 385. siue dicamus, col. 1. lib. 1. Io. Ana. in c. cum tu, in col. pen. vers. quartò queritur, ext. de vsur. Ang. Aret. in §. alia, col. vlt. Inli. de don. Alex. qui hanc dicit esse communem opi. & Soci. qui idè dicit. & Phil. Dec. in d. l. creditori. C. de pact. idem Alex. in l. si quis accepto. circa medium. ff. de cond. ob tur. caus. & cōf. 137. in causa & lite vertente inter Lancelorum, col. vlt. li. 2. Calc. d. conf. 25. Titius nobilis, col. 7. & multis seq. & conf. 56. in causa dominæ, col. 3. vers. septimo, quia si talis. Barb. conf. 41. illud adferam, col. 16. vers. item est etiam, lib. 1. & late conf. 16. præclare scripsit, col. 11. vers. quinimo plus videtur, & seq. lib. 2. Ant. Cana. in tract. insinuationum q. 47. Socin. conf. 92. viso instrumento, col. vlt. libro 3. Felyn. in dict. capit. veniens, le 1. in 3. not. de testibus Iaf. qui super hoc consuluit nuncupatim, conf. 199. queritur an liberatio, lib. 2. & conf. 149. circa primum, col. 3. vers. nec ob. si diceretur, lib. 4. Matth. Afflicti. in tract. protomixeos, in glo. 1. vers. sed quæro, quid si parentes. Phil. Dec. conf. 402. in causa illustrissimi, col. 3. vers. & hoc etiam confirmatur & Alciat. in d. l. de disse. ff. de verb. sign. & L. ace. Galio. in rub. ff. de verb. obi. col. 32. vers. itè donatio. Et hæc est, vt dixim, cõmunior ac verior. 177 Quinetiam ex multorum sententia liberatio non magis fieri potest absenti, quàm donatio con-

quirit insinuationem

Liberatio non magis

potest fieri
absenti
quam do-
natio.

traid quod supra diximus ex aliorum sententia. Ita enim voluit Accurs. sibi contrarius in lide in duobus, in fi. & ibi Bar. & Bal. sibi item contrarij, & Ang. qui id declarat. ff. de pact. idē Bald. in l. si tibi decem. §. si quis, ante fi. eo. tit. & in l. & hered. §. nos autē, col. 1. vers. reuoco in dubium, eo. quoque tit. quibus locis id videbis amplissimē tractatum. Sed tu hic omnino vide Alex. in d. l. in duobus, de pact. & ipsum Fran. Aret. in l. sed si de sua, col. 2. vers. & ad tex. responde. ff. de acquir. hære. & ante hos ipsum quoque Bal. in d. l. si qui hères, in prin. & ibi quoq; Fran. Aret. col. 2. vers. vtrum autē liberatio, eo. tit. & eundem Bal. in l. Labeo. ff. de iureiur. & in l. rescriptum §. plerunque, in 1. lect. ff. de pact.

Renuntia-
tio inoffi-
ciosa aq̄
renocatur
ne donatio.

178 Similiterq; renuntiatio si sit inofficiosa, æque renocatur vt donatio, vt consuluu Bal. consi. 183. re- futatio facta absque causa, in prin. lib. 4. Nā & aliās si in fraudem facta sit, æque renocatur ac donatio, l. 1. §. vlt. ff. quæ in frau. cre. & latē Pau. Cast. consi. 135. dubium facit, lib. 1. Est enim vtriusq; & donatio nis & remissionis siue renuntiationis eadem ratio, maximē quantum ad casum l. nostræ pertinet. Ergo & idem ius seruari debet. Lillud. ff. ad leg. Aquil. cum si. Præsertim quia licet l. nostra sit exorbitans, est tamen fauorabilis, vt abundē supra differuimus. Ideo extendenda est ex eadem ratione ad aliū casum secundū Fran. Aret. in l. Titius, in prin. ff. de li- be. & posthu. & Soci. consi. 93. testamentum præmissum, col. 4. litē 4. & latē dixim⁹ supra in ver- bo, libertis. Maximē verō ad eum casum qui potest comprehendī sub lata & impropria significatione casus expressi, quando & id procedat in odiosis, poenaliibus, & correctorijs, per l. filiū. ff. ad Maced. iuncta l. si iusta. ff. de verbo. sign. & in auth. vt hi qui obli. se per. hab. res. mino. in prin. & ibi glos. in ver- bo, ad curationem, & Ang. & etiam glo. in auth. mi- noris debitor, in verbo, curatorem. C. qui dar. tuto. post. & glo. in c. quia periculosum, in verbo, de epi- scopis, de sent. excom. lib. 6. & in ca. 1. de temp. ordi. eo. l. & in c. 1. in verbo, beneficia, & ibi Domi. super ea gl. de rer. permuta. eo. lib. & in cle. 1. in verbo, eli- gat. & ibi quoque Paul. Laz. Láp. Anto. & Imol. de elect. & in cle. 1. in verbo, gregibus, de deci. Bal. in l. q̄ verō. ff. de legi. Imol. Raph. Cū. & Pau. Cast. in l. si verō, §. de viro. ff. sol. mat. Idem Imo. in l. 2. §. si su- per. ff. de don. cau. mor. & in l. vlt. ff. de hered. instir. Anto. in c. vlt. col. 39. fallit primò quando verba, de consue. Anto. Rosel. in superferip. consi. 25. Calca. Titius nobilis, in fin. Barb. qui ad hoc multa adducit inter consi. eiusdem Calca. consi. 27. illud afferā in medium, col. 10. Alex. in l. 3. §. si procurator, in fi. ff. quod quisquis iur. & in l. cum ex causa, quam leg- git cum l. tempus, in duobus locis. ff. de re iud. in l. 2. col. 2. vers. itē quia lex. ff. de leg. 1. & consi. 216. nec arguendi, col. pen. vers. & potissimē, lib. 2. & consi. 113. perspectis his, col. 2. lib. 6. vbi adducit multos cō cor. & Soc. in rub. ff. sol. mat. col. 1. & in l. 1. col. 3. ver. confirmo hoc ratione. ff. de vulg. & pupil. substit. v- bi & ad hoc alia allegat. & Franc. Balb. in tract. præ- scrip. in 3. q. prin. 1. part. prin.

Confirma-
tio præce-
demum.

179 Cuius rei est optima ratio. Nam cum res ipsa continetur sub lata significatione verborum, & in ea est eadem ratio, quæ mens legis est, vt est text. melior de iure, in l. scire oportet. §. aliud autem, vt. sed & si maximē. ff. de excu. tut. prout dicit Bald. in l. 1. col. pen. ff. sol. mat. cum alijs multis concordan. a me citatis in nostris commentarijs consuetud. titulo 9. §. 27. Sequitur quod ea res venit ex mente legis, adeoque ex lege ipsa, non ex exten- sione, per l. nominis & rei. §. ex legibus. ff. de verbo. signifi. cum multis concord. etiā a me congestis su- præ in verbo, libertis, vers. 45. incip. quorum senten- tia, propterea hoc casu nō agimus de extēsiōe le-

gis exorbitantis, aut correctiæ (nā & de lege quo- que correctiua loquuntur ij, quos supra citauimus) sed potius de mente comprehensua.

180 Sed hoc tamen primo loco intelligas, vt vide licet hæc l. procedat in renuntiatione siue remissio- ne iuris iā quæsi, prout intelligit Corn. d. consi. 11. lib. 3. Secus autem in renuntiatione iuris futuri, & nondum quæsi, per id quod pulchrē voluit Bald. in d. l. illud, col. 3. in 3. q. C. de sacros. ecclies. Illud in- telligens quod supra diximus remissionem siue re- nuntiationem indigere insinuatione, procedere quando fit renuntiatio siue remissio iuris quæsi, non etiam si iuris quærendi: verbi gratia, si filia do- tata renuntiat patri, iuxta c. 2. de pact. li. 6. talis renu- tiatio non est iuris quæsi, sed quærendi, id est, vt ipse dicit, obuiat principio acquisitionis, & non est donatio. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. quia autē. & l. Iulianus. ff. si quis om- mis. cau. resta. Ideo non eget insinuatione.

Hæc lex
procedit in
renuntia-
tione iuris
iā quæsi,
& non in
renuntia-
tione iuris
futuri.

181 Et idem voluit ipse Bal. consi. 375. certū est, col. 1. lib. 3. & nulla ipsius Bal. mentione facta, Pau. Cast. consi. 419. viso p. uncto & alijs, col. 1. lib. 2. At Bal. in priorē loco nūcupatim refert & sequitur Alex. cōf. 29. præclare subtiliter, col. 3. vers. nec insinuatō, li. 3. & Calca. qui ipsum Bal. allegat, in quodam consi. d. consi. 25. col. 8. Anto. Cāna. in d. trac. insinuatōnū. q. 49. Barb. d. consi. 41. col. 16. vers. item est ponderā- di, quod iste, & seq. lib. 1. vbi & alia multa colligit, vt probet non tantam haberi rationem iuris quæ- rendi, quantam quæsi, sicut etiam facit Fely. in ca. quæ in ecclesiarum, col. 19. vers. & ista cōsideratio, extra de consi. & las. consi. 237. an rex Romanorū, col. 4. libro 2. Phil. Dec. in l. feruus, C. de pact. & cōf. 279. consultus, col. 4. vers. & hoc est præsertim. Sed ego multo plura congesti in nostris comment. consuetud. Pictaucarum tit. 2. §. vltim. in gloss. 4. quibus apertē probatur in nulla propē considera- tione esse ius quærendum.

De eadem
re.

182 Quibus etiam adde quæ diximus in nostris le- gibus connubialib. in gl. 3. in 1. q. n. 28. illud igitur pro constanti, & supra in verbo, bona, vers. 8. incip. sed antequam. Et quod dicit Bald. con. 375. certum est, lib. 1. quod renuntiare hæreditati, non est dona- re, per d. l. si sponsus. §. rogata. ff. de don. inter vir. & vxor. & quod scribit Paul. Cast. consi. 125. dubium facit, in prin. lib. 1. quod licet dicatur renuntiationē factam in fraudem creditorum renocari, id tamen intelligitur in renuntiatione iuris quæsi, non etiam quærendi, per d. l. si sponsus. §. in autem, ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. qui autem, in prin. ff. quæ in frau. cred. & l. 1. §. vtrum autem, ff. si quid in frau. patro. & l. non fraudantur. ff. de reg. iur.

Renuntia-
tio facta in
fraudē cre-
ditorū, re-
nucatur in
renuntia-
tione iuris
quæsi &
nō quæren-
di.

183 Sed & huc spectat quod ab eodem Bald. scri- ptū est in c. 1. post. prin. tit. quid iur. si post aliquod si dominus remittit vasallo poenam cōmissionis feu di, non requiritur insinuatō, quia magis dicitur in dulgeria, quam donatio, per l. Modestinus, & l. in ædibus. §. i. ff. de don. & idem voluit ipse Bald. in l. si mulier, in fin. ff. de condi. ob cau. & sequuntur Marti. Lau. & Card. Alex. qui id dicunt sing. in d. c. 1. etiam post prin. & lo. Ana. in ca. cum tu, col. pen. vers. quartò quæritur, ex. de vsur. & Alex. in addi. Bar. in d. l. Modestinus. ff. de donat. las. in l. 2. col. 26. vers. 35. quæro. C. de iur. emphy. Et facit quod tradit idem Bal. in addi. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 23. Nā est etiā feudū esse ipso iure cōmissū, tamen intelligitur, si dominus voluerit, vt latē dice- mus inferius, in verbo, reuertatur, nu. 10. fuerunt ra- men. Igitur donec dominus id declarauerit, & sibi incorporauerit, nondum est ius quæsitum.

184 Et idem in omni tali poenæ remissione, vt scilicet insinuatione non indigeat, dicit Bald. in l. 1. col. 1. vers. in tex. putent. C. si rector prouin. quia nō est,

est, inquit, donatio, sed omisio lucrandi, & iterum in l. si mulier, ad fi. ff. de cond. ob cau. vbi quærit, an si quis mihi teneatur actione iniuriarum ad mille fenoos, & ego illi remisi an requiratur insinua- tio? & dicit non requiri, quia non erat in bonis meis. arg. l. cum mancipia. §. cum emancipatus filius. ff. de colla. bono. & l. Papinianus. ff. de inoff. testa. & quia istud est potius ad animum non reuocare, quam donare, per not. in §. vlt. Instir. de iniur. Et idem (ait) dico in alijs poenis malefactorum, quia remittere in eis non est donare, sed nolle vti lege poenali, arg. no. in l. peculium. §. eos. ff. de pecul. & l. diuus. ff. de senatuf. Silla. & l. metum. §. ex hoc, vbi glos. ff. quod met. cau. & sequitur Alex. ibi, & iterū quoque ipse Bald. consi. 261. primò quæritur statuto cauetur, ante fi. lib. 1. Imo. in d. l. Aquilius. ff. de don. & Rom. in d. l. Modestinus, col. 3. vers. tertium du- bium. ff. de dona. & Alex. in l. mulier. ff. de condi. ob cau. de quo tamen videt ipsum Bal. in l. si dona- tionis. C. de donat.

L. cū auus,
§. de cond.
& demōst.
non habet
locū in in-
re quæren-
do.

185 Sed vt redeamus, huc proximē accedit quod eleganter consuluit Pet. Anch. consi. 225. cuius exor- diū est, videtur prima facie, col. 3. quod l. cum auus. ff. de condi. & demon. quam iam sæpius diximus esse huic nostræ l. magna quadam cognatione con- nexam, non habet locum in iure quærendo, quem ita allegat & sequitur Barb. consi. 53. incip. præclare scripsit, col. 12. vers. modo in proposito lib. 2. Quan- quam in hoc vltimo contrarium tenuit Soc. consi. 93. hoc capite, testamentum præmissum, col. 7. vers. nec ob. responso, lib. 4. per not. per Bart. in l. hære- des mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & per doc. in l. pe. C. de impub. & alijs subit.

Im nondū
quæsi nō
est in bonis
nostris.

186 Porro quod ad casum nostræ l. priuatim ac domesticè pertinet, ne frustra in alijs laboremus, in hanc nostrā sententiā faciunt verba huius legis quæ nō cōueniunt bonis quærendis. Primum cum dicit bona omnia. Nā ius nondum quæsitū nondū etiam est in bonis nostris, l. substitutio. ff. de acquir. rer. dom. vbi substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est, & etiam arg. l. rem in bonis, eo. tit. & l. scribit, in Prin. ff. de aur. & arg. lega. & l. nemo. §. illud quæritur. ff. pro socio, & l. preta rerum. ff. ad leg. Falc. & est text. omnium meo iudicio opti- mus, in l. profectoria. §. si pater. ff. de iur. dot. & in l. 1. §. vtrum autem. ff. si quid in fraud. patro. & expres- sè voluit Bal. in l. 1. col. 13. vers. sexto arguo. C. qui admi. per d. l. preta, & in l. pupillorum, col. 1. C. de repud. hære. & non nihil in c. 1. §. iniuria, col. 2. vers. quæro vtrum, tit. de pact. iura. fir. & Pau. Cast. consi. 178. donatio, col. 1. lib. 1. Phil. Dec. consi. 24. cuius su- per scriptio incipit, mulier cui propter inopiā, col. 2. vers. ad hoc responderi. Item verbum, reuertatur quod non nisi de bonis & iuribus antea donanti acquisitis intelligi potest, vt diximus plenē & probauimus supra in verbo, libertis, vers. 12. incip. his autem Corn. & Alex. rationibus. Et ideo cum verba l. nostræ non conueniant istis bonis quærendis, ergo nec in iis habet locum dispositio ipsius l. 4. §. rous, & ibi Bar. ff. de dam. inse. cum similibus su- præ adductis in d. gl. libertis, in prin. Propterea & Soc. ipse consi. 53. viso instrumento donationis, col. pen. vers. quo fundamento, lib. 4. consuluit expres- sū l. hanc ipsam non habere locum in renuntia- tione donationis nondū acceptata, & ex qua ideo nullam adhuc ius fuit quæsitū, iuxta no. in l. ego. ff. de neg. gest. & in c. si tibi absenti in prin. lib. 6. Et idem in omni iure quærendo voluit ipse Soc. in l. 1. ad fi. & ibi quoque Phil. Dec. col. 3. vers. tertio in d. l. C. de pactis, & las. consi. 154. in causa motā, col. antepe, vers. nono principaliter, lib. 2. & Anto. Ru- beus consi. 12. visis & diligenter consideratis, col. 4. vers. secundo principaliter.

187 Similiter & in casu Bald. in d. l. illud. C. de sa- crof. eccl. videlicet cum filia dotata futuræ succes- sioni renuntiat, multi expressè tenuerunt huiusmo- di renuntiationem non reuocari ex hac l. susceptis postea filiis, propter rationem, quam iam ex ipso Bal. diximus, quoniā scilicet ius nondum erat quæ- situm & ita nūcupatim consuluit Corn. consi. 11. in præfenti consultatione, col. 3. vers. nec etiam vide- tur, iunctis iis quæ dicit col. pe. vers. nec obstant ea quæ adduxi, lib. 3. & consi. 206. viso superscripto the- mate, col. 8. vers. coadiuantur, iunctis iis quæ ante dixerat, eo. lib. 3. & ipse Soc. in l. 1. col. 1. vers. secunda conclusio. C. de pact. & consi. 39. in quæstione quæ vertitur, col. vlt. lib. 3. vbi ita dicit vidisse consultum à Io. Bap. Cac. & illius cons. subscripsisse doc. Peru- sinos, afferentes & hoc quoque Bal. consuluisse. Et idem quoque tenuit idem Soc. d. consi. 53. col. 3. vers. secundo respondetur, lib. 4. vbi dicit & hoc tenuit- se plerofque doct. modernos in l. 2. ff. sol. mat. qui & ipsi dicunt, vt idem refert, ita quoque consuluisse Ang. Perig. & Leonem à Carpellis. Sed & postea idem Soc. col. 5. vers. & per prædicta, dicit ita se Se- nis consuluisse, & suo cons. subscripsisse Bal. à Bart. Phil. Corn. & alios plures solennes doct. & idem Soc. in d. l. 1. ad fi. C. de pact. vbi etiam dicit hoc Se- nis consuluisse, & esse nouam limitationem ad l. nostram & ibi quoq; Dec. vbi supra & Fran. Curt. Iun. col. 3. nu. 9. & Alcia. in verbo, sustulerat, vbi & in hoc expendant eum tex. Idem præterea consu- luit Alex. dicto consi. 29. præclare subtiliter. col. vlt. lib. 4. vbi de hoc dicit esse casum in d. c. 2. de pact. lib. 6. iuncto eo quod voluit gl. vlt. ibi. Nam illic di- citur, q̄ si filia, cum datur nuptui, renuntiat succē- sioni paternæ, non poterit nec ipsa nec filij ipsius postea suscepti venire contra huiusmodi renuntia- tionem, vt voluit d. gl. Et id quoque dicit Alex. esse de mente omnium tenentium filios non posse ve- nire contra renuntiationem matris factam in con- tractu dotali, si veniat ex persona ipsius, vt per Bal. & alios in l. vlt. C. de pact. Imo. in l. qui superstitis, col. 2. ff. de acquir. hæred. cum alijs prope infinitis concord. quos videbis in nostris consuetudinibus, tit. 17. §. item 17. Idem quoque expressè voluit Phil. Fran. in d. c. 2. in fi. per gl. ibi, quam dicit menti tenendam, de pact. lib. 6. las. consi. 154. in causa mota, col. antepe, vers. nono principaliter, lib. 2. vbi & id dicit generale in omni iure quærendo. Phil. Dec. in l. pactum, col. 5. vers. vltimò notandum est. C. de col- lat. & consi. 181. satis nota est quæstio, in fi. Herculi. in d. l. 2. & ibi quoque Tho. Pappal. in repet. col. 8. vers. & ista ampliatio. ff. sol. mat. Carol. Ruin. consi. 169. de tribus, col. 1. nu. 2. & Rufus col. seq. nu. 11. lib. 1. & consi. 60. de re quidem, col. 1. nu. 14. lib. 3. Anton. Ru- beus consi. 99. viso casu mihi proposito.

Filia dota-
ta renun-
tians succe-
sioni, hu-
iusmodi re-
nuntiatio
renocari
non potest.

Filia an
possint ve-
nire contra
renuntia-
tionem ma-
tris factam
in contractu
dotali.

188 Et hoc proculdubio verum est, non ea rātm ratione, quam de iure quærendo diximus, sed & alijs duabus minimē cōtemnendis. Primum enim quia cum filia renuntiat in contractu dotali, præsumitur cogitasse de liberis, vt plenissimē diximus supra in præfatione vers. 69. incip. sed hæc intellige, vt videlicet quis in dubio. Et ideo non habet locū hæc l. ex communi nostrorum sententia, vt etiam latē diximus in eadem præfatione, vers. 63. incip. ex quo fit q̄ si donans. Quam rationē vltra eam quā diximus, expendant Corn. d. consi. 206. col. 7. vers. ita est aduertendum, lib. 3. & Soc. d. cōf. 53. col. 3. lib. 4. & Phil. Fran. in d. c. 2. de pact. lib. 6. Item quia hæc donatio fit ob causam dotis. In istis autem dona- tionibus ob causam non habet locum hæc l. vt su- præ diximus in hac eadem glo. Er hæc quoque in hoc casu rationem etiam adferunt Alex. d. consi. 29. lib. 3. & Corn. d. consi. 206. vbi nuper citauimus, & Dec. in l. 1. C. de pact. & d. consi. 181. in fi.

De eadem
re.

Renuntiatio 189 **I**nellige secundò ea quæ diximus in renuntiatione siue remissione libera ac gratuita, de qua & ipsi locuti sumus. quòd si non gratuita fuerit, ea certe non obtinet vim donationis, vt plenè tradit Bal. & Ang. & alij in l. contra. §. si filius, per tex. ibi, qui ad hoc est optimus. ff. de pact. & Bar. in l. i. ff. de transact. & etiam intelligunt ceteri omnes quos supra citauimus, & omnibus id palà est. Nam nec donatio non gratuita est proprie donatio. l. i. ff. de donatio. & late suprà diximus, nec huiusmodi remissio non gratuita requirit insinuationem, vt per Ant. Cana. in tract. insinuationum. q. 46. & laf. in d. l. contra. §. si filius familias, col. 2. nu. 8. ff. de pact. & ante eos Bal. quem non citant in d. l. quin etiam. ff. de calumpnia. & in l. si donationis. C. de donat. & in l. si inter. C. de solu. & cons. 261. primò quæritur, in si lib. r. Quòd si partim gratuita sit remissio, partim non gratuita, ea etiam partim est donatio, partim non est, vt expressè voluit Bal. d. cons. 375. cõgruè est quòd filia, lib. 3. & Paul. Cast. cons. 385. siue dicamus, col. 1. in 2. locis, lib. 1. & Alciat. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verb. sig. atque etiam ita intelligunt omnes quos supra post prin. huius quæst. citauimus. Et ad hoc quoque optime faciunt quæ suprà diximus in donatione facta viliori pretio, iterumque in donatione remuneratoria, in 2. declaratione, rursùmque in donatione ob causam, in 2. etiam limitatione.

190 **S**ed hoc in loco in dubium vocatur vtrum si renuntiatio simpliciter facta fuerit, præsumatur in dubio esse gratuita, an contra non gratuita. Et allegatur Ioan. And. quo loco supra citauimus, videlicet in addit. Specu. tit. de instr. edi. §. poitò, in addit. vlt. quæ est in pe. col. voluisse onus probandi ei incumbere, qui dicit gratuita. cum quo conuenire videtur Bart. in l. i. ff. de transact. per d. l. contra. §. i. ff. de pact. & l. 4. §. nunc de effectu. ff. de lib. legat. & quia etiam quis in dubio donare non præsumitur, per l. cum de indebito. ff. de prob. & optimè facit l. si donationis. C. de don.

191 **E**go verò si de simplici renuntiatione constat, crederem ei onus probandi incumbere, qui diceret non fuisse gratuita, sicuti cum de donatione etiam simplici apparet, ea simplex & libera præsumeretur, nisi probaretur ob causam facta fuisse. Statut enim ei, quòd simpliciter & prima statim fronte apparet. l. cum precibus. C. de fide instr. quæ loquitur nuncupatim de instrumento donationis. Et alleganti qualitatem aut causam, de qua non constat, incumbit onus probationis. l. 2. ff. de probat. cum simi. Sed tur de hoc omnino vide Anto. Cana. in d. tract. insinuationum, in d. 46. q.

192 **I**nellige tertio non procedere in renuntiatione (nisi potius donatio dici debeat) iuris etiam quæstio, quæ fieret ad eius commodum, à quo ante ad donantem gratis prouenerat, verbi gratia, tu mihi donaueras fundum, eamque donationem acceptaueram. Ideoque mihi erat ius quæsitum, atque vt nostri per quandam metaphoram dicunt, radicatum, id est, quòd iam radices egerit. Nam & Plin. lib. 18. c. 7. scribit frumenta multis radicari fibris: vt inde obiter scias, id verbum esse latinum. Sed vt ex femita in viam redeam, Posteaquam tu mihi quiddam acceptanti fundum donasti, eidem fundo renuncio ad tuum ipsius commodum: Certè non est locus huic l. quantus ac qualiscumque is fundus sit. Nam & si aliàs qui perdit lucrum iam quæsitum & incorporatum, vt hoc quoque verbum cũ nostris vsurpè, & eo quidem libentius, quòd & Plin. ipse lib. 22. c. 24. verbo cõcorporandi eodem sensu vsus est, vnde & incorporatio in rub. & in l. 3. C. de bonis vac. & incorp. lib. 1. quo etiam vocabulo vtitur Columella, sed in alio sensu, in li. 6. c. 2. Corporare

autem, vt id obiter dicam, aliud significat, nempe interficere & veluti corpus solum sine animo relinquere, vt tradit Nonius Marcellus auctoritate Ennij & Actij. Qui igitur perdit lucrum incorporatum, id est, in cætera bona nostra veluti in vnum corpus redactum, dicitur pati damnum. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico, & l. non amplius. §. vlt. & ibi gl. Dyn. Bar. Ang. Imo. Alex. & recetiores. ff. de leg. 1. & l. liberto o. §. o. §. de bonis liber. & l. si is cui, in fi. eo. tit. gl. in l. i. §. si quis propter inuentionem, in verbo, per in integrum restitutionem. ff. de ini. act. que priua. Bald. in l. cum te sponsa, in prin. post Cyn. ibi C. de donatio. ante nupt. & in l. iubemus, la. 1. in fi. C. de sacros. eccl. & cons. 386. proponitur quòd frater, lib. 1. cum infinitis propè concord. à me congestis in commentariis nostrarum consuetudinum tit. 2. §. vlt. in gl. 4. Hoc tamen non procedit, cum id lucrum ad eum redit à quo ante processerat. Neque enim videtur pati damnum, in commodum, aut pœnam, ex sententia gl. not. in l. si ita stipulatio facta fuerit. & ibi quoque Bar. & alij, præsertim laf. in fi. qui hoc multum commendat. ff. de verb. oblig.

193 **E**t hoc admodum confirmat, quòd egregie & eleganter voluit And. Pisanus doct. non minus illustri quam antiquus in l. si tibi pecuniâ. ff. si cert. pet. quòd si tu mihi donans rem quampiam, quam tibi ante donaueram, hæc posterior donatio, quam tu scilicet mihi fecisti de ea te prius tibi à me donata, non reuocabitur propter ingratitudinem, sicut aliæ donationes: quoniam tu ob illam priorem donationem eras obligatus naturaliter ad remunerandum, vt est tex. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hære. ideo postea eandem rem mihi redonando, videris fecisse causam remunerandi. l. si verò non remunerandi. §. idem Pap. ff. mandat. Ex quo consequens est non reuocari ob ingratitudinem, per tex. & gl. in l. si pater. ff. de donatio. de quo late diximus suprà in donatione remuneratoria. Et hæc sententiam effequitur Iason omnium recentiorum doct. arripes, ibi in fin. etiam reclamantibus Guil. Cum. & Alber. in eandem l. Et facit quòd suprà diximus de donatione mutua, in qua vterque capit, nu. 105. incip. item alio modo.

194 **I**lius quoque opin. & hanc nostram in casu huius l. non mediocriter fulcit, quòd sing. consuluit Paul. Cast. licet non omnino constanter, cons. 171. cuius caput est, in casu præfenti visis omnibus col. 1. lib. 2. quòd in huiusmodi donationibus, eis scilicet factis, qui ante eandem rem donauerant, non requiritur consensus sanguineorum aliàs requisitus à statuto, tanquam hæc donationes plus fauoris & priuilegij habeant, quam cætera de alijs rebus facta, arg. d. l. si verò non remunerandi. §. idè Papinianus, & not. in l. fundum per fidei commissum. in prin. ff. de leg. 1. Quanquam hoc nuncupatim reprobat laf. in l. cum filiosa. col. 12. vers. item adde. ff. eo. de leg. 1. per tex. in l. 2. C. si aduers. donat. vbi minor non potest sine solemnitate iuris, & ita sine decreto iudicis consentire patri volenti alienare rem immobilem, quam ante à patre habuerat, de quo & nos aliquid diximus in nostris legibus conubialib. in gl. 5. nu. 54. sed hoc singulariter & seq.

195 **S**ed & hanc partem non modicum fulcit licet obligatio antidotalis non impedit repetitionem indebiti soluti, vt voluit gl. in l. ex hoc iure, in verbo, obligationes, ad fin. ff. de iustit. & iure, & diximus suprà in hac eadem gl. nu. 68. incip. sed tamen ne quis erret. Id tamen intelligitur, cum aliud soluitur. Secus autem si illum idem quod prius datum fuerat, & ex quo nata erat ea obligatio, per tex. sing. in l. si testamento. §. i. vers. propterea quòd creditor, & ibi Dyn. Bar. qui id declarant, & qui eum text. dicunt

Confirmatio præcedentium.

De eadem re.

Obligatio antidotalis non impedit repetitionem indebiti soluti.

Renuntiatio siue remissio non obtinet vim donationis.

Renuntiatio simpliciter facta an præsumatur gratuita.

An hæc l. habeat locum in donatione ei facta qui prius donauerat.

dicunt sing. ff. de fideiuss. Ang. in l. ex hoc iure ad fi. & laf. in l. si procuratori falso, col. 3. vers. aduerte tamen. ff. de condi. causa dat. Ego autem quantum ad casum l. nostræ pertinet arbitror ei non esse locum in huiusmodi specie, de qua tractamus, per ea quæ suprà diximus tum de donatione remuneratoria, tum de donatione mutua, in qua vterque capit.

196 **I**nellige quartò vt lex nostra procedat in renuntiatione siue remissione iuris aut debiti, siue rei certæ & indubitata, vt loquitur l. i. ff. de transact. de qua scilicet liquet testibus, instrumentis, aut aliis documentis: secus si de ea nulla aut non idonea, siue dubia sit probatio, quia tuac non est donatio. & cam potest facere tutor aut quiuvis alius administrator, vt dicit g. o. in d. l. contra. §. si filius, in glo. vlt. ff. de pact. & l. imperatores, in gl. i. in fi. eo. tit. & aperte innuit alia glo. in l. pactum curatoris, & ibi Bar. Ang. & Salyc. C. eo. tit. & Bald. in l. col. 1. C. de bon. mater. & in c. cum contingit, circa medium, extra de transact. conf. 47. nunquid tutor, ante fin. Ang. in l. pe. col. 2. vers. quinta fuit. ff. de duob. reis. Rom. cons. 50. idem in præfata & Pet. Anch. cons. 136. ex consilijs, post prin. & late Alciat. in l. dedisse. ff. de verb. sig. & late Phil. Dec. cons. 297. nõ patitur, col. vlt. & apertissimè probat tex. in l. præf. C. de transact.

197 **N**am nec talis remissio indiget insinuatione, secundum Bal. Ang. Sal. subdubium tamen, & Paul. Cast. in d. §. si filius. Ex quibus Ang. dicit glo. ibi esse sing. & Bal. Ang. & Pau. Cast. in l. tale pactum, in pri. ff. eo. tit. & Bal. in l. in personam, in addit. eodem quoque tit. cons. 231. præsupposito, lib. 1. & Rapha. Co. cons. 24. testator filio, col. 3. Rom. in l. Modestinus. ff. de don. Paul. Cast. in l. i. ff. eo. tit. Alexan. qui dicit signanter notandum & Anto. ab Alex. & laf. in d. l. pactum curatoris. & idem Alex. in l. Neffennius. §. si debitori, in fi. ff. ad leg. Falc. & in d. l. si mulier. ff. de condit. ob. caus. & Barb. cons. 41. illud afferam in medium, col. 16. vers. item est ponderandum, lib. 1. & Ant. Cana. in tract. insinuationum, in 46. quæst. & Alciat. in d. l. dedisse. ff. de verb. sign. Et bene facit tex. in l. si tutor in princ. ff. de iureiur. Et quòd voluit Bal. cons. 105. factum tale est, domina Anerana, col. vlt. vers. respondeo quatenus, lib. 3. nec talis item remissio simoniam inducit secundum Panor. in c. veniens, l. 1. & ibi Philip. Dec. col. 2. vers. secundo limitatur, extra de testibus. Ang. Claua. in summa, in verb. simonia, le 3. vers. 40.

198 **V**erum contrarium, vt videlicet remissio debiti non liquidi habeat vim donationis, nec tutor aut curator aut alius administrator, qui non potest donare, non etiam possit tale ius aut debitum remittere tenet Bal. Sal. sibi cõtrarij, & Raph. Fulg. in l. i. C. de pact. & idem Ful. & laf. in d. §. si filius. Imo. in l. ex duabus, la. 2. col. 8. & ibi etiam Fran. Aret. col. 10. vers. amplius credit. ff. de duob. reis. & Alex. sibi etiam contrarius cons. 22. viso instrumento syndicat, col. 3. vers. & dato etiam, & seq. lib. 1. & Alciat. sibi contrarius, in d. l. pactum curatoris. C. de pact. 199 **N**am licet, inquit propè omnes, nullæ diuinitus appareant probationes, tamen in futurum inopinatæ quædam poterunt emergere. l. admonendi. ff. de iureiur. & l. Lucius. §. vlt. ff. ad fenar. Treb. & l. hui. in princ. ff. de pœn. & l. sub prætextu instrumentorum. C. de transact. & l. sub specie. C. de re iudic. & omnium optimè in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & in l. quidam. §. j. ff. de furt. cum simi. Ideo fatuus est rē suspensam relinquere, quam ius ipsum gratis remittere, quia prosperior fortuna poterit succedere, quæ probationes prima quaque occasione suggeret. Et videmus quòd dubius euentus iuris, de quo non liquet, est alicuius æstimationis, licet non tantæ. l. Lucius. §. vlt. cum gloss. ff. ad

Nec talis remissio simoniam inducit.
Donare qui nõ potest, nec ius aut debitum remittere potest.

Remissio debiti non procedit in renuntiatione debiti vsurarij.

Satius rem suspensam relinquere, quam ius ipsum gratis remittere.

Treb. & l. in lege Falcidia, in prin. & l. Titio. & l. in quantitate. §. i. ff. ad leg. Falcid. & l. propter. ff. famil. hercisc. & l. si seruus, in princ. ff. de cond. furt. & auth. nunc & si hæres. C. de litig. & not. in l. 2. C. de resc. vend. cum tractatur an in transfectione habeat locum ea l. & videtur facere text. à speciali in d. l. tutor, in princ. ff. de iureiur. & voluit etiam Sig. cõf. 71. factum sic se habet: dominus episcopus, col. 2. vers. præterea non est dubium. Et faciunt not. per Imo. Paul. Castren. Alexand. Franc. Aret. & laf. in l. seruum filij. §. si statuliberum. ff. de leg. 1. Cor. cons. 206. viso superscripto, col. 3. vers. & alia spes, lib. 3. & facit etiam tex. in l. si quis vxori. §. vlt. ff. de furt. 200 **I**deoque sing. scribit Bald. in tractatu de pactis, col. 12. vers. item quæro pactum liberatorium, quòd huiusmodi remissio debiti non liquidi, non minus innuit insinuationem, quam ea quæ fit de liquido, habita ratione pretij, quò vendi potuit. Sed & Signor. in cons. 71. factum sic se habet: dictus episcopus, col. 2. vers. sed tu dic, contra tendit, quòd licet prælati vel tutor possit remittere debitum nõ liquidum, tamen in hoc requiritur decretum, per gl. quam dicit ad hoc nõ in l. non solum, in verbo, dedisti. C. de prædi. min. & in l. vlt. gl. vlt. ante fin. C. de transact. & Ioan. And. in cap. 2. de transact. & alia quæ ibi allegat. Nam & tantum censetur esse in patrimonio nostro, quam æstimatur dubius ille euentus iuris non liquidi, per d. l. in lege, & d. l. Titio, & d. l. si seruus. Et hanc opinionem in casu l. nostræ sequitur Ripa hic in 18. quæst. Nam verisimile est remittentem, si cogitasset de liberis futuris, non tam facillè remississe, sed expectasse prosperiorem probationis fortunam.

201 **E**go verò huic sententiæ neque omnino accedo, neque planè dissentio, sed id totum arbitrio iudicis relinquo, qui æstimabit quantitatem debiti, qualisque is sit qui dicitur debitor litigiosus, an alius, qui facillè possit aut non possit interuicere futuras probationes, faciliteremque aut contra difficultatem futuræ probationis, ex sententia Bal. in l. in minoribus, in fin. ff. de mino. cum loquitur de minore transigente super dubio facillè transigendo. & in c. 1. in prin. col. 4. vers. quæro an vasallus. tir. de prohib. feud. alien. per Feder. cum dicit, nam si res possit facillè liquidari, &c. Atque etiam plurius an minus fuisset donans impenurus ad comperendas probationes, & exigendum debitum, quam commodi ex exactione relaturus, perpenno scilicet laborum, impensarum, iudicialisque rædij calculo, iuxta l. mediterraneæ, & ibi not. per Bar. & Ang. qui eam l. legit cum l. nemo. & lo. Plat. & Alex. in addi. ipsius Bart. C. de anno. & trib. lib. 10. & quòd voluit Ang. in l. i. ff. de duob. reis. Rom. qui loquitur in remissione debiti à tutore facti. d. cons. 50. vers. item dicendum. & Alex. d. cons. 22. col. 3. vers. & idem videtur, lib. 1. laf. Philip. Dec. & Alciat. in d. l. pactum curatoris. Hæc, inquam, omnia & similia iudex pendet, statuèturque, vtrum donans verisimiliter remississet, an non remississet, si de liberis cogitasset, vt suprà late diximus in verbo, omnia vel partem aliquam, vers. 28. incip. in huius autem rei consideratione, & tribus vers. seq.

202 **I**nelligit item & quintò Ripa in d. q. 18. non procedere in remissione debiti vsurarij, per gl. not. quæ ius facit tutoribus, & curatoribus, & alijs administratoribus remittendi debiti vsurarij, in l. præf. C. de transact. quem ibi sequuntur & comprobant Bal. col. 2. in 2. quæst. Salic. Franc. Aret. laf. & Alciat. in l. pactum curatoris. C. de pact. & Bal. qui illam gl. dicit sing. in l. etiam, ad medium. C. de fideicom. & lo. Ana. in c. cum tu, col. vlt. in 5. q. extra de vsur. Et ego id quoque haud grauam approbo, tum quia huiusmodi remissio fit ex necessitate bonæ

Remissio debiti non liquidi non minus innuit insinuationem, quàm ea quæ fit de liquido.

Autoris ea de re sententia.

Remissio debiti non procedit in renuntiatione debiti vsurarij.

bonæ fidei, quam quisque tenetur agnoscere, quod Græci *εὐνοίας* dicunt, etiam administrator rei alienæ. l. quoties. §. sicut. ff. de admin. tut. & quod not. gl. inc. bonæ, le 2. in verbo, diffidere, ext. de postu. prælat. cum sim. l. Tum quia fit ad exonerationem animæ, quam verisimiliter remittens præfert suis ipsius liberis, ac cunctis rebus. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. & c. Matthæus extra de sponsa. & c. præcipimus. l. 2. q. 1. Et ita quod si id debitum vsurarium iam exegisset, posteaque debitori relinqueret, non haberet locum l. nostra: quia id magis esset restitutio rei malè exactæ, quam donatio aut liberalitas, vt plenè diximus, ex multo rem sententia supra in verbo, libertis, vers. 88. incip. sed tu tamè hinc aduerte. cum præcedenti. Igitur id multo magis præcedit in remissione nondum exacti sue soluti, quæ & non exigit insinuationem, etiam si excedat summam quingentorum solidorum, secundum l. mo. in c. cum contingat, col. antepen. extra de iurjur. ita limitans quod supra diximus, remissionem debiti vel iuris requirere insinuationem. Sed & de iure ciuili, quod vsuras permittit, remissio futuram vsurarium non requirit insinuationem. l. Modestinus. ff. de donat. nec præteritarum quoque, secundum gl. Bar. & alios ibi.

Remissio vsurarum non requirit insinuationem.

Liti qui remittit simpliciter, non presumitur id facere animo donandi.

203 Intellige sextò, ex eodem Ripa hinc in 12. q. non procedere in renuntiatione litis, contra Soc. aliud expresse tenentem conf. 20. in facto præsupponitur, col. vlt. vers. sed etiam alio, lib. 3. Nam aut, inquit Ripa, quis liti simpliciter renuntiat, & præsumitur id facere non animo quidem donandi, sed quia inter agendum animaduertit sibi ius non esse in re controuersa, secundum gl. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adult. quam ad hoc reputat no. & sequitur Bal. in l. postquam liti, in 4. q. C. de pact. & idem Bal. qui dicit menti tenendum in l. transigere, in 11. oppo. eademque vlt. C. de transa. & in c. cum in vestri, paulò ante fi. extra de elect. Cui adde etiam tex. in l. si aduersarius. & ibi Bal. Sal. & alios. C. de fide instr. quem & ipse Bal. ad id dicit sing. in c. cum venerabilis, col. vlt. vers. sed quid si quis, extra de except. & cum quoque in id expendit ipse Bal. in c. i. §. iudices, ad fin. tit. de pac. iur. firm. vbi ex ea dicit quod renuntians appellationi, fatetur se habere malam causam & tex. in l. rem non nouam. §. vlt. Cod. de iudic. & in cap. per tuas, le 1. in fin. cum dicitur, non expectata sententia quasi malè conscius cecidit, & ibi Ioan. Ana. & Fel. vtrunque in vlt. not. de simo. & in c. dudum ecclesia, in fin. iunctis præcedentibus, & gl. vlt. extra de elect. & idè etiam voluit Bal. si solter legatur, in d. c. bonæ, le 2. col. 2. vers. ibi diffidere, per illum tex. extra de postul. præla. Raph. Co. in l. naturaliter. §. nihil. commune. ff. de acq. poss. & Raph. Fulg. & Alex. in d. l. postquam. & idem Alex. in d. l. si pro fundo, ad fi. C. de transf. Fel. in c. olim, ad fi. de rescrip. & ipse Soc. d. conf. 20. col. 2. vers. ex quo ergo renunciaui, lib. 3. Adde item & hanc rationem, quoniam non est verisimile quempiam ei donare, cum quo litigat, per not. in l. sius. C. de repud. hæred. Aut, vt redeamus ad Ripam, renuntiat aliquo dato, & tunc licet vim habeat donationis, non tamen simplicis, sed ob causam, in qua l. nostra non habet locum, vt & supra diximus.

Renuntiatio cum re est gratuita; non obtinere vim donationis.

204 Et ego quidè in posteriore membro Ripæ assentior. quoniam cum renuntiatio non est gratuita & libera, ea quidem donationis vim non obtinet, vt diximus supra in hac eadem quæst. vers. 189. incip. intellige secundò. At in priore casu, cum scilicet quis simpliciter renuntiat liti, res est dubia. Neque enim qui renuntiat liti, continuò fatetur videri ius aduersario esse in re litigiosa, vt probat tex. in l. si te, vbi hoc not. Bal. qui illum tex. dicit sing. C. de

ingenu. manu. & voluit etiam Ro. qui illum tex. dicit sing. in sing. 786. incip. dicit l. postquam. Lancel. Dec. las. & Phil. Dec. in d. l. postquam, vbi & Bar. ante cæteros videtur esse in eadem sententia, cum dicit, quod si reus renuntiat liti, actor propterea nullam consequitur ex eo actionem, si nullam antè habebat, per l. iuriscientium. §. quinimo, & l. si vnus. §. pactus, ff. de pactis. & ita quoque tenent ipse Bar. & Bald. in dicta lege si pro fundo, per illum tex. C. de transf. Bar. Imo. Raph. Com. Alex. Fran. Aret. & recentiores in d. §. nihil. commune. Bal. in l. i. col. 4. C. commu. de legat. & in c. pastoralis, in fi. extra de cau. poss. & proprie. Sal. in l. transigere, in 9. oppo. C. de transf. Ant. in c. cum dilectus. col. 4. de caus. poss. & propr. & in c. in literis, col. 5. de rescrip. spol. Raph. Com. conf. 118. domina Caterina, col. 2. vers. nec obstat quod vxor. Pan. in c. sollicite, col. 3. vers. contra hunc intellectum, extra de rescrip. spol. Card. Alex. in summa 3. quæ. col. 15. vers. quid autè si post renuntiationem. & las. in l. si sic maior, col. 2. vers. tertio not. post Bald. ibi in princ. C. de repu. hære. Quamquam non id probat tex. in d. l. si te, quo omnes innituntur, sed id tantum dicit, cum qui seruitutis quæstionem mouerat, renuntians ad causam, nec nocere quicquã nec prodesse ad ingenuitatis probationem. Nam id verum est, etiam si id agens videretur confiteri illi esse ingenuum. neque enim illa confessio eum faceret ingenuum, qui non est, vt probat ille tex. & alius similis, quem allegat gl. ibi in l. diui fratres. ff. de lib. cap. Vt omittam quod si renuntians liti videatur fateri eum non esse seruum, non propterea fatetur esse ingenuum, quia potest esse libertinus. Verum illa sententia confirmatur ex tex. in l. alia. C. de his quib. vt indig. vbi non videtur succumbere qui liti renuntiat, sed tantum desistere: quod diuersum est, & ibi hoc not. Bar. Bal. qui dicit not. & Sal. & hoc quoque voluit gl. in l. is qui cõtra, in gl. 1. & 2. ff. de vulg. & pup. & Bar. in l. post legatũ, in prin. col. 3. ff. de his quib. vt indig. 205 Sed hinc aduerte, quia videtur esse res diuersa, fateri sibi ius non esse, de qua re loquuntur priores: fateri ius esse vel non esse aduersario, de quo magna ex parte loquuntur posteriores. Potest enim res esse neutrius, l. si inter, in fi. ff. de except. rei iudi. Sed & super hac à nostris discussit, vtrum videatur rem habere pro derelicta, qui liti renuntiat, an non habere, vt per Inno. in c. veniens, de renuntiat. & Bar. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. leg. Imo. Raph. Com. Rom. Alex. Franc. Aret. Soc. & recentiores in d. §. nihil. commune. Sed quantum ad casum l. nostræ pertinet, an videlicet ea habeat locum in huiusmodi litis renuntiatione. Et id quoque opinor ad notionem eius qui de ea re cognosceret, pertinere: qui æstimabit, an qui renuntiauit, id fecit terrore, odio, & execratione litium, & molestiarum forensium: quia scilicet maualt re carere, quam litigare, iuxta tex. not. in l. item si res, quæ est 4. §. non tamen. & ibi not. per Bart. ff. de alien. iud. mut. caus. fac. & in l. apud Celsum. §. si quis ex vnica. ff. de dol. mal. except. & c. constitutionem. §. statutum, & quod ibi dicit gl. in verbo, laudabile verum, de verb. sign. lib. 6. & quod scribit idem Bart. in sua quæst. siue disput. incip. iudex per imperitiã, col. pe. & Domi. conf. 129. circa istud dubium. col. 2. vers. præterea vbi pactum, cum sim. adductis per Alex. in l. 4. §. vlt. ff. de dam. infect. Quod vix crediderim in eo qui iam litigare cœperit, arg. d. l. rem non nouam. §. vlt. C. de iud. An verò quia sibi credit nullum ius esse in re, de qua lis est. An etiam id fecerit fatigatus expensis & laboribus, iuxta c. nonnulli, in prin. & rursum in cap. quia nonnulli, circa medium, extra de rescrip. An denique quia cum sciret sibi ius esse, tamè illi in fauorè colligatoris forsitan

Liti qui renuntiat, vtrum videatur habere re derelicta.

forsitan amici renuntiauit: sed & vtrum verisimiliter omnibus perpensis renuntiauerit, si de liberis cogitasset. nam si verisimile esset id fecisse fauore colligatoris, id vtiq. haberetur pro donatione, arg. eius quod de liberto renuntiante liti dicitur in l. 1. §. vtrum, vers. quod si in lite. ff. si quid in fraud. patro.

Nemo suas fortunas sponte elicit.

206 In dubio autem, si nihil aliud appareat, præsumerem renuntiationem potius factam ob desperationem iuris, & bonæ fidei agnitionem, quam ob liberalitatè, secundum ea quæ primo loco adducta sunt: quia cum nemo ita reipinus sit, vt facile rem suam iacter & effundat, vt dicit l. cum de indebito. ff. de proba. Cui concinens Aristoteles lib. 3. Ethicorum, c. 1. Simpliciter, inquit, nemo suas fortunas sponte elicit. & facit c. super eo, de renunt. & c. quia verisimile, de præsump. Ideoque in dubio non præsumatur donatio & liberalitas, secundum gl. & Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. mar. & in l. cum quid. ff. si cer. pet. Ita, vt potius rem à lege prohibitam quam donationem præsumamus, vt declarat Bald. in l. vlt. C. de dot. pro. & latè Soc. conf. 73. circa primum, col. pe. lib. 1. vbi id dicit probari in l. si tibi. in prin. cum ibi no. ff. de pact. Rursusque, vt potius præsumatur error iuris & facti in proprio facto, quam donatio, per l. sed si me purem, in prin. cum glo. ff. de condit. indeb. iuncta l. r. eo. tit. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & voluit gl. in generaliter, in verbo, causa, & ibi Ang. col. 2. qui ita dicit se consuluisset. C. de non nu. pec. Raph. Co. conf. 37. quidam legauit, in fi. Imo. in l. à Titio, col. 2. ff. de verb. obl. cum simi. traditis ab Alex. conf. 13. ex his quæ in themate. col. 2. lib. 1. & conf. 19. in his quæ in themate. col. 3. lib. 4. & las. in l. iuriscientium. §. si cõ nulla. col. 5. vers. circa primum. ff. de pact. & in nostris commentariis consuetudinum, tit. 14. §. 3. Et vt etiam potius præsumatur stultitia, secundum Bal. in d. l. generaliter, col. 2. in 4. oppo. C. de non num. pecu. & las. in l. si à substituto. §. 1. in fi. ff. de leg. 1. & vide Bal. conf. 189. creditor, in fi. lib. 2. Ac denique, vt non præsumatur etiam ex possessione decennali, iuxta l. cum de in rem vers. ff. de vsur. vt no. voluit Bal. in l. vlt. C. ne de statu. defun.

De eadem re.

207 Vnde si possit capi præsumptio aut occasio siue coniectura alterius rei quam donationis, aut rei habitæ pro derelicta, ea capi debet, per l. si cum aurũ, & ibi Bar. ff. de solu. & l. campanus. ff. de oper. liber. & l. eleanor. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. & voluit Cyn. in l. 2. C. de rei vendic. & in l. vlt. in fi. C. de petit. hære. & in l. si à parte, in 2. quæst. de condit. indeb. & Signor. conf. 49. in quæstione, col. 1. Bal. in l. nam & nocere, in 2. lect. ad fi. ff. de pactis, & in l. si tibi decem, in prin. eo. tit. & in l. 1. in fi. nouæ lect. ff. de condit. indeb. Ang. conf. 94. cum lis & quæstio, col. antep. ver. quoniam dubitatur. Petr. Anch. conf. 7. in quæstione agitata col. pe. & conf. 32. subtiliter & copiose super prædicto dubio, col. 2. vers. tertio probo. & conf. 106. dubitatur, col. 1. & conf. 180. visa diligenter, col. 2. in fin. & conf. seq. in prædicto, post prin. & Pau. Cast. conf. 377. ad primũ videretur dicendum dispositionem, col. 2. lib. 2. & Fran. Aret. expresse loquens de re habita pro derelicta (nam cæteri de donatione simpliciter loquuntur) in d. §. nihil. commune, col. 5. vers. vnde in hoc est instandum. & Soc. qui loquitur de remissione debiti in l. si creditores, col. 2. vers. secundò quia vbi. C. de pact. & doct. vbi que tam in lect. quam in cõf. 208 Etiam si leuis sit illa alia occasio aut coniectura, secundum Bal. in l. vlt. col. 3. vers. ibi fortunam. C. de dot. promi. & in l. 1. C. ad Trebel. per l. dispensatorem. ff. de solut. & las. in l. si fundum per fideicommissum. col. 5. vers. item pro ista solu. ff. de leg. 1. & in l. domos. §. sumptus, post princ. ff. eod. tit. &

conf. 193. concurro, col. 2. vers. primum quia non solum, lib. 2. & conf. 149. circa primum, col. 2. vers. nec obstat. si diceretur, lib. 4. & conf. 60. visis & diligenter consideratis, col. 2. vers. & cum hic, eo. lib. 4. Sed & etiam si capiendo aliam coniecturam actus reddatur inualidus & inefficax, per l. si non fortem. §. si quis falso, iunctis not. per Bar. ibi. ff. de cõdi. indeb. quam ad hoc expendit Franc. Aret. in d. l. à Titio, col. pen. in fi. ff. de verb. obl. & las. in l. vlt. col. vlt. ff. ad senatusc. Treb. & in l. si procuratori falso, col. 3. vers. ego dico plus. ff. de condi. caus. da. Quibus adde quæ diximus supra in præfatione, nu. 128. adde & quod, & seq. Consequens est, vt etiam qui liti renuntiat, non videatur in dubio fecisse animo donandi, & rei habendæ pro derelicta. Ideo nec habebit locum lex nostra, nisi aliud appareat. Quamquam non me latet Suetonium Tranquillum virũ proprietatis verborum obseruatissimum, in Caio Caligula fuisse vsu verbo donandi, cum quis liti gratis renuntiat: & componendi, cum non gratis, sed aliquo accepto: hæc enim sunt verba illius, Pro litibus atque iudiciis vbiunque conceptis, quadragesima summa de qua litigaretur: nec sine poena, si quis composuisset, vel donasset negotium conuinceretur.

Liti qui renuntiat, non videtur id facere animo donandi & habendæ pro derelicta.

209 Intellige septimò procedere in renuntiatione siue remissione hypothecæ, neque enim ea pro donatione est. l. si pignus. ff. quæ in fraud. cred. & l. 1. §. 1. & l. Lucius. ff. quib. mod. pign. vel. hypot. solui. & l. quamuis, in prin. ff. ad senatusc. Vell. & l. etiam. & l. iubemus, in princ. C. eo. tit. Quibus intelliges eum qui donare prohibetur, non prohiberi remittere pignus vel hypothecam, & vbi que gl. & doct. verum si res ita habet, vt huiusmodi remissio idem præiudicium afferret vt principalis debiti, verbi gratia, si quis totas suas facultates habeat in magno quopiam nomine siue debito, cuius debitor est minimè soluendo, vt qui sua bona omnia in alios alienauit, sed ea tamen huic debito hypothecata: Et hic huiusmodi hypothecam remittens his tertiis, quos vocant, rerum scilicet dominis & possessoribus: peræquè est, ac si debitum ipsum remitteret, cum inefficax sit actio personalis, quam habet in principalem debitorem. At si debitum remitteret, locus esset huic legi vt diximus supra in prin. huius 8. quæstio. cur igitur non erit locus in hac remissione pignoris, cum eadem omnino sit ratio?

Qui donare prohibetur non prohibetur remittere pignus vel hypothecam.

210 Intellige octauò, vt non procedat in remissione quarta: hæc enim non tam donatio est, quam plenior atque integrior fides & restitutio, atque plenius officium. l. patrem. ff. quæ in fraud. credi. & l. si sponsus. §. si quis rogatus. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ideoque in huiusmodi remissione non requiritur insinuatio, vt in donatione requiritur, vt ex facto consultus respondit Bal. conf. 113. quædam domina Biolia, in fi. lib. 1. vbi & id dicit etiam forrè procedere in quarta debita iure natura, per tex. not. in l. si quando. §. vlt. C. de inof. testa. quem negat alibi reperiri.

In remissione quarta non requiritur insinuatio.

211 Intelligere potes & nonò vt etiã non procedat in remissione vsusfructus, argumento eius quod scribit Azo in summa. C. de bo. quæ lib. col. 1. vers. aduentitium, quod pater potest filiis donare inter viuos & irruocabiliter vsusfructum quem ipse habet in bonis eius aduētitiis, per tex. in l. cum oportet. §. non autem, vers. sin autem res. C. eo. tit. quo in loco Bal. col. 1. vers. in textu ibi apud filium, eum quoque tex. in id dicit esse optimum, & non esse alibi: reddiditque huius rei rationem, quia hæc remissio magis valet vt refutatio quã vt donatio. Et simile dicit haberi in c. de alien. feud. pater. Sed & ibi id voluerunt Bar. Saly. Pau. Castr. qui id dicit perpetuò menti tenendũ, & ante hos Gui. Cu. qui illam

Remissio vsus fructus magis valet vt refutatio quã vt donatio.

illam Bal.ratione prius adduxerat. Et idem quoque illi Bal.in d.l.2.col.2.in 3.oppo.C.de inof.donat. 212 Scio tamen nonnullos contrarium ex diame tro tenuisse, vt scilicet hæc remissio vsusfructus facta à patre filio non valeat, sed tantum morte confirmati, vt cæteras donationes, & in his gl.in d. §. sin autem res. in verbo, lucratur, & ibi quoque Alber.& aliam gl.in d.l.2.in glo.1.C.de inof.testa. quæ in hanc opin. trahit Azo. licet sit alterius. Alios quoque eam rem in medio reliquisse tanquam dubius, vt Cy.in d. §. sin autem res. Alios denique distinxisse, an pater statim ab initio vsusfructum repudiet, antequam scilicet eum agnouerit, & tunc procedat prior illa opin. an pater agnouit vsusfructum, & tunc locus sit posteriori op. vt per Corn. in d. §. sin autem. Hanc autem rem latissimè omnium differit Ang. ibi quem tu omnino videas.

Hæc lex vtrum locum habeat in re pro derelicto habita & postea ab alio occupata.

213 Nonno quero, quia nuper locuti sumus de re habita pro derelicto, Vtrum in ea re postea ab alio occupata, ac tacita illius effecta, per l.1. & ferme per totum. ff. pro derelicto. locum habeat l. nostra, vt scilicet ea re possimus, susceptis postea liberis ab eo qui occupauit, condicere? quod videtur ex eo quod diximus in præcedenti vers. Et ego quidem in ea sum sententia, vt si ea res talis sit, quam dominus verisimiliter non habiturus fuisset pro derelicto, si liberis habuisset, aut de futuris cogitasset, est locus huic l. cum istud sit species quædam donationis, vt dicit gl.in l. vlt. ff. de euictio. & Pet. Jac. in tit. de cau. ex quib. feud. amit. col. 9. vers. sed quid si dominus. & est optimus tex. quem ea gl. allegat, in l. quod seruus, & ibi Bar. ff. de stipu. seruo. & idem Bar. in l. r. post prin. ff. si ex noxa. cau. aga. & vtrouique dicit Bar. & post Ro. in posteriori loco, q. gabella æquè debetur ex ea re, ac si aliter esset donata. & sequitur Bertr. in tract. gellarum in 7. parte. in 12. q. De cuius rei veritate vide Ang. Imo. & Raph. Cum in priore loco. Alex. Soc. & Ias. in posteriori. & eundem Bertr. in d. tracta. gabel. parte 3. octauæ partis principalis in 9. quæst.

De eadem re.

214 Et ita quidem res hæc tenet vicem donationis, vt prohibitus aliquid donare, aut aliter alienare, non possit habere pro derelicto: vt asserit Iaco. Butr. in l. 1. §. 1. ff. si ex noxa. cau. agat. & Bar. in d. l. quod seruus, & Cepol. in tit. de vsucap. pro derelicto. col. 5. in prin. vers. ego verò dico, & iterum col. pen. vers. quintò principaliter. & Iason qui id dicit not. in l. filiusfa. §. diui. col. 10. vers. 3. no. amplia. ff. de legat. in 2. lect. & in l. si ita quis. §. ea lege, col. vlt. vers. item ad materiam. ff. de verb. obl. & facit text. in l. fed & si rem. ff. quæ in fraud. cred. & quod scribit Bal. in rub. C. eo. tit. col. 2. vers. secundò quero, & Rom. conf. 113. pro decisione casus, in prin.

Quædore occupatur pro derelicto non est opus insinuacione.

215 Verum contra supradicta facit quod scribit Guil. Cu. in l. r. post prin. & ibi quoque Alberic. ff. de rerum diuisione. q. quando occupatur res habita pro derelicto, non est opus insinuacione, quæ aliàs requiritur in donatione, quia iura indistinctè & sine aliqua solennitate permittunt quemlibet occupare rem derelictam, vt ff. pro derelicto. per totum. & idè voluit Bal. in l. mater. col. vlt. vers. item queritur. C. de rei vend. & in l. si mihi. C. de solu. & col. 300. tex. in c. 1. col. 1. lib. 2. Nam non est, inquit, propriè donatio, cum in donatione requiratur consensus vtriusque, donantis, & donatarij, non item cum quid habetur pro derelicto. Et idem Bal. in l. si inter. C. de sol. & in l. 1. col. 2. vers. quero circa hæc. C. de confess. vbi etiam dicit q. non est propriè donatio. & Ang. in l. si id quod. §. id quod. ff. pro derelicto. & idè Ang. & Im. in d. l. quod seruus. ff. de stip. ser. & Alex. & Soc. in d. l. 1. in prin. ff. si ex nox. cau. ag. vbi ita in hoc distinguunt post Guil. Cum. vbi supra, vt si quis in fraudem habeat pro derelicto, vt alius rem

occupet, id quod præsumitur ex connexitate habendi pro derelicto, & confestim occupandi, arg. l. si ventri. §. vlt. ff. de priuileg. credit. & c. officij, extra de elect. vel si coniunctus occupasset, arg. l. dara. C. de donat. & tunc habetur pro donatione, aliàs fecus. Quæ & ipsa prope fuit sententia Ang. & Imo. in d. l. quod seruus. & Ro. in l. Modestinus. ff. de donat. & Cepol. in d. tit. de vsucap. pro derelicto. col. 5. in paruis, vers. sed nunquid tales. & Franc. Aret. in l. possessionem, col. 2. ff. de acquir. posses.

216 Decimo quero, an hæc l. habeat locum in pactis dotalibus, videlicet quæ fiunt in contractu dotali vel matrimoniali, vt si vxor moriatur superstiti marito, ipse maritus lucratur dotem aut partem illius, vt sæpe fit apud Italos? Et certè Alex. conf. 162. visis his quæ copiose, colum. 2. vers. nec obstat quod non debet reuocari, lib. 6. consuluit huiusmodi pactum non reuocari ex hac l. per liberos postea susceptos, duabus rationibus alibi supra à nobis tactis. Prior est, quia per huiusmodi pactum verisimiliter non inferitur magnum præiudicium ipsis liberis. Nam aut pater nõ transit ad secundas nuptias, & iuris præsumptione huiusmodi dos filijs obueniet, successuris pariti, quem lex præsumit filijs relicto. l. scripto. ff. vnde liber. Aut transit, & cogitur reservare eam dotem liberis primi matrimonij, §. præterea, in auth. neque vir.

Hæc lex an habeat locum in pactis dotalibus.

217 Posterior ratio hæc est, quoniam hæc l. non habet locum in donatione onerosa, vt supra satis dictum est. sed hoc pactum non est gratuitum, sed potius onerosum, videlicet in compensationem onerum matrimonij, per tex. in l. 1. §. si verò iuncta gl. in verbo ad lucrum, & ibi Bal. qui hoc nõ. & Io. Plat. col. 3. vers. in quarto dicto. C. de impto. lucra. descript. lib. 10. & voluit gl. nuncupatim de hoc pacto loquens in l. si donaturus, in verbo, duntaxat, & ibi Bal. Ro. ipse Alex. & alij recentiores. ff. de conditio. ob causam. Dyn. in l. si cum dotem. §. r. transgre diamur, & ibi recentiores, ff. sol. mar. C. yn. & bal. in l. 2. C. famil. heretic. Bald. post Fed. Scal. in l. Titia cū testamento. §. qui inuita, ante fi. ff. de lega. 2. Idem Bal. in l. cum multa, vers. inter donationes ob causam. C. de dona. ante nupt. & in l. nõ sine, post prin. C. de bon. quæ libe. & in l. hac edictali, in prin. col. 3. vers. pone q. appositum pactum. C. de secun. nup. & in auth. præterea, col. pe. vers. restat videre, & ibi etiam Fran. Aret. col. vlt. C. vnde vir & vxor. & idè Bal. in l. quod nomine, col. 1. vers. sed quid si repetens. ff. de condit. indeb. & in repet. l. 2. col. 25. vers. si verò queritur. ff. de iureiur. dum eam gl. allegat. & conf. 79. casus talis est. Zeno ante fi. lib. 1. nam & ibi col. 2. dicit id lucrum dotis esse accessorium ad dotem ipsam & conf. 110. consuetudo vallata, ad fi. lib. 2. & conf. 239. Laurentius fuit confessus, in 2. dubio, in fi. co. lib. 2. & conf. 64. duo sunt, in fi. lib. 3. Ang. in §. quia verò hadenus, ante mediū, in auth. de nupt. & Petr. Anch. conf. 101. ex prædicto themate, col. 2. vbi dicit sing. gl. in d. l. si donaturus. Alex. in l. vlt. §. si à focero. ff. quæ in fraud. credi. & in l. iuris ignorantia. Cod. qui admi. vbi dicit quod de tali lucro idem debet iudicari, quod de damno vitando, & consilio 162. visis his quæ copiose, columna secunda. vers. item respondeo, lib. 6. Mathesil. no. 73. nota vnam doctrinam, in fin. Franc. Aret. in l. 1. per tex. ibi iuncta gl. Cod. de inoffic. dotib. Soc. in lege de diuisione. ff. soluto matrimonio. Ias. in §. item si quis in fraudem. columna quarta, vers. an autem dos, Instit. de actionib. & in l. Nefennius, in 3. not. ff. de re iudic. vbi dicit ad hoc valde singu. & bene signandam d. gl. & in lab. hostibus. §. 1. in fi. ff. soluto matrimonio. vbi & illam quoque gl. dicit singu. & consilio 171. viso instrumento dotis, columna 4. vers. quod autem ista, & iterum col. 6. vers.

vers. ex istis omnibus, lib. 4. Philip. Dec. confi. 353. in casu proposito, col. 2. & iterum confi. 402. in causa illustrissimi, col. 4. vers. his tamen & similibus.

Lucrum quando trahit originem à damno de eodem iudicatur quod de damno, & econtrario.

218 Et hæc ratio confirmatur ex eo quod voluit gl. sing. in l. si duo, in verbo, scire potuit. ff. de acqui. hæred. quod quando lucrum trahit originem à damno, de eo idem iudicamus, quod de dano, licet nunc sit lucrum, & econtrario iudicamus de damno, quod à lucro trahit originem, vt de lucro: & ad hoc illam gl. not. & sequuntur Imo. qui eam dicit sing. Roma. & alij recentiores ibi, & Franc. Aret. in l. Titia, col. 3. ff. de verb. obl. vbi illam gl. dicit not. & in confi. 107. elegantissimè, col. 1. vers. præterea quado damnum, vbi eam gl. dicit sing. & Alex. in d. l. iuris ignorantia. & ibi quoq. Ias. qui eandem dicit not. C. qui admit. & Socin. confi. 5. supradictus insignis doctor, col. 3. vers. pro his adduco, lib. 4. & Ias. in l. inter stipulantem. §. si rem quam, circa medium. ff. de verb. oblig. & in l. vlt. col. 4. vers. item nota ex eo. C. de codicil. vbi eam dicit solennem. Sed sic est, quod dos à qua hoc pactum sumpsit originem, est titulus onerosus quatum ad virum. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. & l. pro oneribus, & ibi Bar. C. de iure dot. & l. apud Celsum. §. fed & si mulier. ff. de excep. dot. cum sim. Ergo & tale pactum debet etiam dici onerosum, & ita etiam colligit Iaso. in l. licet inter priuatos. C. de pactis, & in d. l. si donaturus. §. 1. col. 3. ff. de condit. ob cau. vbi illam glo. dicit sing. Et bene facit tex. in l. si quis. §. si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi sicut dos est titulus onerosus quantum ad virum, ita & vsuræ dotis.

219 Ex quo etiam ortum videri potest, quod plerique existimant, statuta hoc lucrum dotis deferentia, cuiusmodi sunt multa in Italia, id facere propter onera matrimonij: quod inter cæteros voluit Bart. in tracta. de duob. fratrib. in §. quæstio. & Bald. in l. non sine, & ibi etiam Fulg. in fi. C. de bon. quæ liber. & ipse Bald. in l. 2. C. famil. heretic. & in l. si cum dotem. §. si pater, ante fi. ff. sol. mar. & in c. super literis, col. 5. vers. sed quid dices, extra de recrip. & col. 79. casus est talis, Zeno, col. vlt. lib. 1. & confi. 327. factum sic proponitur, lib. 4. & confi. 53. quædam domina Richabella, lib. 5. & in sua margarita, in verbo, dos, col. 2. vers. dos data filiz. & Ang. confi. 180. præmitto ad euidentiã, col. 2. Saly. in l. cum te. C. de dona. ante nupt. & Pan. confi. 79. itante statuto quo cauetur, col. 2. lib. 2. Rom. confi. 471. lucrum autem ex dote. & Raph. Com. confi. 47. statutum Florentiæ, col. 2. vers. præterea cum per rationem. Pau. Cast. confi. 59. pro plerorum responsione, col. 1. vers. secundò videndum, lib. 1. Cepola causarum ciuiliu confi. 7. punctus quæstionis, col. 2. vers. tertio præmitto. & Franc. Aret. qui hanc dicit esse communem opin. in l. si ante nuptias, col. vlt. ff. sol. matri. Franc. Cre. singu. 154. statuto cauetur. Card. Alex. in c. significat, in fi. extra qui fil. sunt legit. Socin. in l. de diuisione, col. 1. vers. circa primum. ff. solu. matr. & confi. 114. viso testamento dominæ, col. 2. vers. his tamen non obstantibus, lib. 1. & Corn. confi. 1. circa primum, col. antepen. vers. nec multum confert, lib. 4. Philip. Dec. qui adducit concord. confi. 67. circa profutum. & d. confi. 402. col. 4. vbi supra. Ideo consuluit Bald. confi. 184. hoc exordio, si qua inquit mulier, lib. 3. quod si vir non sustinuerit onera matrimonij, non debet lucrari dotem ex dict. statuto. quod & idem tenuit idem Bald. confi. 53. quædam domina Richabella, ante medium lib. 5. & rursum confi. 274. proponitur in facto, eod. lib. 5. Id quod etiam tenuit in authen. data, paulò ante medium. C. de dona. ante nupt. quem sequitur Iason, qui postremum tantum locum allegat, confi. 135. statuto ciuitatis, col. vlt. lib. 1.

Confirmatio 220 Aduerre tamen quod contra hanc secundam

Alex. rationem, & quæ pro confirmatione illius diximus, facit tex. in l. si ab hostibus. §. vlt. in verbo, lucrificacere. ff. solu. matr. & in l. quoniam. §. ad hæc, in verbo, lucra. C. de secun. nupt. & in l. sed si alia lege, in princ. ibi, dotem mariti lucro cedere. ff. de bon. damn. & in l. cum vir, ibi, si tota dos dos lucro mariti cessit. ff. de vsucap. & in l. in eum, ibi, dotem lucratur, & iterum in l. Nerarius. §. si maritus, cum dicitur, si maritus lucratur dotè, rursumq. in l. si pro rata. §. vlt. ibi, id enim lucrari videtur, iterumq. in l. si mulier, in illis verbis, licet luci dotem faciat. ff. de relig. & sumpt. funer. & l. Titia, ibi, contentus in retentionem luci dotis cæteris rebus. ff. de iure dor. & in l. fundū, ibi, & dos lucro mariti cessit. ff. de fund. dota. & in l. cum quis vxori, ibi, dotem fuerit lucratus. ff. de dote prælegata. & l. ex morte, in prin. ibi, lucrari, iunctis præcedentibus. C. de pactis conuen. & in l. 1. §. illo proculdubio. C. de rei vxor. act. & in l. vlt. §. simili, in tribus locis. C. de iure dor. & in l. pe. §. vlt. in fi. ff. quod fal. turo. aut. & in l. 1. vers. si verò. C. de impto. lucra. descript. lib. 10. & in §. 1. vers. prospeximus, in auth. de nõ elig. secun. nub. & in §. 1. vers. duo igitur. & §. sed etiam, vers. si verò incertū. & §. mitiores, vers. si igitur, in fin. & §. si itaque. & §. deinceps. & §. soluto. & §. si verò sit soboles. & alibi sæpe in eo. tit. in auth. de nupt. & in §. quia verò plurimas, in auth. vt lic. matr. & auia. & in §. quia verò quædam, eo. tit. & in §. 1. in auth. de æqual. dot. & in c. vlt. extra de donatio. inter virum & vxor. qui quidem tex. id lucrū appellant. & quod scribit Ang. in §. a scripto, in fi. in auth. de nupt. quod illud quod lucratur maritus ex dote, dicitur habere titulo lucratiuo, quia fructus habet propter onera matrimonij, quod & voluit Io. à monte Sperello in auth. ex testamento. C. de collat. & Soci. confi. 223. circa præsentem, in fi. lib. 2. & Ias. confi. 58. ad idem pro Ioanne, vers. nec prædictis, lib. 1. & confi. 215. in quæstione quæ vertitur, col. 2. vers. nõ obstat aliud fundamentum, eo. lib. 1. & Io. Mõrefer. in repe. l. frater à fratre, col. 24. in fin. 18. quæst. ff. de cond. indeb. & ante hos omnes Bal. sibi contrarius confi. 276. verba statutorum, col. 1. lib. 3. Ideoque plerique voluerunt huiusmodi pactum de lucranda dote requirere insinuationem: sicuti aliam meram ac simplicem donationem, in quibus sunt Azo fons iuris dictus, Cyn. & Bal. in l. vlt. C. de iure dot. & Ant. Cana. in tract. insinuationum. q. 39. & seq.

Maritus percipit lucrum dotis ex statuto, etiam si nulla onera matrimonij sustinuerit.

221 Quæ sententia & ex eo confirmatur, quod maritus hoc lucrum percipit ex statuto, etiam si nulla onera sustinuerit, videlicet cum matrimonij momento tantum durauit, secundum Bal. in l. non tantum, & ibi etiam Angel. in lect. Flor. & Corn. C. de lega. & eundem Ange. d. confi. 180. præmitto ad euidentiã, col. vlt. Paul. Castr. in d. l. si donaturus. §. 1. & ibi Ias. in fi. qui hoc reputat sing. ff. de condit. ob cau. Fran. Aret. in l. 2. col. 1. ff. solu. matr. & iterum in d. l. si ante nuptias, col. vlt. eo. tit. vbi hoc pro eleganti allegat. Soci. confi. 223. circa præsentem, col. 2. vers. quibus præsuppositis, & alibi sæpe in eo. confi. 1. 2. Lauren. Calca. confi. 31. Ant. Patolarius, col. vlt. vers. sed his non obstantibus. Ias. in d. l. si donaturus. §. 1. col. vlt. ff. de condit. ob cau. vbi hoc dicit sing. & in l. inter stipulantem. §. sacram, col. 8. vers. tertio matrimonium. ff. de verb. oblig. vbi hoc reputat valde not. & d. confi. 135. statuto ciuitatis, in fin. lib. 1. vbi & hoc dicit sing. Phil. Dec. in c. de causis, col. 3. vers. & prædicta conclusio, extra de offic. deleg. & confi. 523. in casu, colum. 1. Catel. qui hoc reputat singu. in memor. incip. momentum, & iterum in memor. incip. statuto Mediola. cauetur.

222 Idque etiam obtinet, si necdum vxor fuit tractata ad domum viri, per glo. in §. nuptias. in auth. de nupt. & voluit etiam Bart. & Raph. in l. nihil, pe

Et etiam si necdum vxor tractata

multa fuerit ad dotem viri.

glo. ibi. ff. rerum amot. Cyn. Bal. & Fulg. Pau. Cast. & Corn. in d. l. non sine. C. de bonis quæ liber. Bald. & Ang. in l. solet. §. quæ virum. ff. de iis qui not. infam. Bal. in l. Deo nobis. col. 2. versic. sed iuxta hoc pone, & ibi Raph. Fulg. qui ita se dicit cum multis alijs ex facto consuluisset, & ibi item Pau. Castr. in fin. C. de episc. & cleri. & idem Bal. in l. sancimus. C. de nupt. & d. conf. no. consuetudo vallata, lib. 2. & conf. 290. quod vir non lucretur, lib. 1. & conf. 228. ad euidenciam est præmittendum, paulò ante si. lib. 3. dum al- legat Bart. in d. l. nihil, & seipsum in d. l. Deo nobis, & expressius conf. 467. factum dignoscitur esse tale, quædam domina. lib. 4. Raph. Co. in l. si cum do- rem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. Anto. in cap. 1. de sponfal. Pau. Cast. in l. si donaturus. §. 1. & ibi las. col. vlt. ff. de condit. ob. caus. vbi dicit ita vidisse se con- sultum per omnes, & idem Paul. in l. sed hoc ita. §. 1. ff. de re iudic. & in d. l. si ante. quam legit cum l. de diuisione, col. vlt. ff. solut. matr. & in l. si marito. §. 1. ff. eo. tit. & in l. cum fuerit. ff. de condit. & demon. & ibi quoque Soci. & idem Pau. Cast. conf. 154. super primo quæsitio licet dominus, col. 1. lib. 1. & confil. 433. visis omnibus scripturis, in 2. dubio, eod. lib. 1. Rom. in l. C. vnde vir & vxor. Mathefil. not. 75. nota quod disponens. Bal. Nouellus in tractatu dotium, in 6. parte principali, in 37. speciali, in fi. Corne. conf. 149. licet meo iudicio per totum, lib. 1. Ang. Aret. in §. nuptiæ autem, Instit. de patr. potest. & latissime omnium in §. fuerat, col. 17. vers. quæro de quæstio- ne quotidiana. Instit. de actio. Soci. d. conf. 223. lib. 2. & confil. 3. visio eleganti consilio, col. 1. lib. 3. Carol. Ruin. conf. 58. visis, colum. 2. nu. 4. lib. 3. Philip. Dec. conf. 260. quæritur breuiter, col. 3. & Ioan. Campez. in tract. dot. in 5. parte, col. 7. vers. statutum de dote lucranda, & Franc. Purpu. in l. 1. col. 19. nu. 123. C. de summa trinit. & latè Anto. Rubens conf. 19. stante statuto quod vxore. & Franc. Ripa in rubr. sol. mat. nu. 67. & multis seq.

147 Tu autem ad Pau. & Corn. potes addere text. optimum in l. alienatum. §. donationis. ff. de verbo. signi. vbi ita ad verbum scribitur, donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit, quem tex. dicit no. Signo. conf. 162. cuius exordium est, Ser Antoninus quondam, col. 3. versic. item quod fortius. Idque est quod voluit Bald. post Iaco. Ardi. in c. i. in prin. col. 4. versic. quero si vasallo, tit. de prohi. feud. ali. per Fed. quod statutum prohibens mulieres donare, comprehendit etiam donationē causa mortis. Nam licet concessa simpliciter donatione, non censetur concessa donatio causa mortis, per d. l. filiusfa. ideoq; vasallus qui permissum est donare, non id possit facere causa mortis, tamen prohibita e contrario donatione, includitur causa mortis donatio: quia à quo remouitur genus, & quaeliber eius species remota esse intelligitur, per d. c. filiusfa. §. pari autē ratione. quod dicit esse notandum, & sequitur Car. Alex. ibi, & Fran.

Aret. in l. qui in potestate, post princ. ff. de testa. & Barb. conf. 23. clementissimū, col. 1. lib. 4. vbi id dicit singu. & Bertha. qui id dicit sin. in tract. Gabe. in 3. parte 8. partis prin. in 12. q. & Franc. Ripa in l. 2. col. 4. nu. 10. in fi. ff. de leg. 1. Ex quo etiam sequitur, quod l. nostra loquens simpliciter de donatione, habeat locum in donatione causa mortis, cum tendat ad ipsius donationis non permissionem, sed potius destructionem.

Confirmatio praecedentium.

248 Confirmatur item ex eo, quod licet l. si quis argentum. C. de donatio. disponens, vt ex nudo pacto donationis oriatur actio, & ita exorbitas à iure communi, vt aserunt Ray. Bal. & Ang. in l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. ff. de pact. & Bar. in l. si tibi decem millia, in princ. ff. eo. tit. & supra alibi diximus vers. 152. incip. sicut etiā videmus. Et ea tantum loquatur de donatione simpliciter, sicuti hec l. nostra. Tamen trahitur ad donationē causa mortis, vt voluit gl. in l. cum pater. §. Mauio, tum in verbo donabat, tum quoq; in verbo, reuocaretur, & ibi etiam Bar. Bal. & alij. ff. de leg. 2. quam Bal. ipse & multi ex iis quos statim citabimus, dixere vnicā & sing. Sed est alia in l. 2. in fi. magna gl. in illis verbis, & sit inualida iure veteri. & ibi Bal. Cod. de iur. dot. Et alia quoque, si solerter expendatur, in §. 1. in gl. 1. Insti. de dona. prout etiam annot. ibi Io. Plat. in 2. no. qui id sequitur & Ang. Aret. col. 1. Et alia item in l. vt haeredibus, & ibi etiam Bald. ff. de lega. 2. & voluerunt etiam Dy. qui illam primam dicit sing. & Ang. in l. qui in potestate. ff. de testa. & Cy. in l. 1. col. 1. & ibi quoque Bald. post prin. & iterum vers. itē hac l. C. de dona. cau. mort. & idem Cy. in l. vlt. ante fin. C. eo. Bart. & alij in l. 1. ff. eo. Bal. in l. cum hi, in princ. in vtraque lect. col. 2. ff. de trāfact. & in l. 2. & ibi etiam Ang. qui illā dicit sing. Imo. Alex. col. 2. Franc. Aret. col. 1. las. col. 2. ff. de leg. 1. & idem Bal. in l. 1. in 2. lect. col. 3. ff. de leg. 2. & idem Bal. in l. si quidem, in fin. C. de actio. oblig. & in l. si donatione. C. de contrah. empr. & in authen. ex testamento, col. 3. C. de colla. & in l. senium, circa medium. C. qui test. face. post. & in l. 1. §. sin. autem aliquid sub cōditione, & ibi quoque Sal. vterque, in fi. C. de cadu. tol. vbi & illam primam gl. ipse Bal. dicit sing. & in l. executorem, col. 2. vers. modō vidi dubitari. C. de execu. rei iudi. & in l. cum virum, col. 1. vers. ex hoc. C. de fideicom. vbi etiam dicit illam glo. sing. & in l. si mortis. C. ad leg. Falc. & in §. alia, & ibi etiam Ioan. Fab. Insti. de don. & in cap. 1. ad fi. extra de confirma. vti. vel inuti. vbi negat illam priorē glo. esse alibi, & in c. ex parte decani, col. 2. vers. & not. quod mandatum, extr. de rescript. vbi & eam dicit vnicā cum suo tex. & in c. cū venisset. col. 1. de testi. vbi item illā dicit sing. & in c. cū cōtingat, col. 6. vers. nunc sequitur, de iureiur. & in tracta. de pact. col. 12. versic. item quaro cum gl. dicat, & in sua margari. in verbo, donatio, col. 1. & iterum vlt. & conf. 294. quaeritur vtrum vsurarius, post prin. lib. 2. & Aluisius Peru. inter confil. ipsius Bal. conf. 248. an caecus possit, col. 1. lib. 3. Collect. in c. pastoralis, col. 2. vers. & pro euidencia, ext. de dona. Io. Fab. Ang. & Saly. in d. l. si quis argētum. §. vlt. & idē Ang. in l. licet inter priuatos, col. 2. & ibi quoque Fulg. Alexan. Fran. Aret. & Alciat. in prin. C. de pact. & idem Ang. in repe. l. si certis annis, col. 2. eo. tit. & in l. cum ex causa, & ibi etiam Alex. qui eam legit cum l. tempus. ff. de re iudic. vbi Angel. dicit eam glo. sing. & idem Ang. in l. in ædibus. §. 1. & ibi quoque Imo. ff. de dona. & ipse Angel. in disput. incip. Atenis miles. & confil. 183. ex themate praedicto, colum. 3. versic. item non valet. quod quidem consil. iterum ingestum est in conf. Pet. Anch. conf. 203. quo etiam dicit d. glo. singu. & ipse item Ang. conf. 383. non oportet, col. 1. vbi etiam asserit illam glo. esse vnicā, Pet. Anch. conf. 76. per modum

dum, col. 2. vers. sed ad hoc dubium. Fulg. conf. 151. viso exemplo. col. vlt. vers. tertiam autem, & conf. 217. viso exemplo, col. vlt. Panor. confil. 40. factum in effectu sic proponitur, col. 2. lib. 2. Pau. Cast. conf. 75. notandum est quod praefatum statutum, ad fin. lib. 2. Ro. sing. 325. sed quaro tu scis. Aegid. Belmer. conf. 39. factū est tale, dominus Humbertus, col. 4. vers. nec mirū, Pet. Ferra. in tit. for. libel. quo agi. pro dona. in glo. 1. col. 3. vers. amplius quaeritur. Alex. in l. iurisdictionum. §. quinimo, colum. penult. & ibi late & doctē Fortu. Garria. char. vlt. ff. de pact. & ipse Alex. in l. qui Romae. §. Flauius. col. vlti. ff. de verbo. oblig. & conf. 113. Perpectis. colum. 2. lib. 6. Angel. Aret. in §. in personam, colum. 4. versic. & praedicta procedunt, & ibi etiam las. col. 10. versic. an autem, Insti. de actio. & idem las. in l. si quis cum debitorē, in fi. ff. de iureiur. Cor. in l. 2. col. 2. versic. item in donatione. ff. de leg. 1. vbi hanc dicit communio-rem opi. Corn. conf. 92. in hac causa, ad fin. lib. 1. & conf. 129. videtur prima facie, col. 1. lib. 2. & confil. 107. videtur in hac consultatione, post princ. & iterum col. 3. vers. nec etiam ibi dicit, lib. 4. vbi & illam glo. dicit sing. & conf. 237. viso themate, col. 1. eod. lib. 4. Barb. qui hoc late disputat in rub. extr. de dona. col. 2. vers. secundō quaero. Socin. confil. 112. multum abunde, col. 4. versic. succedit nunc tertia, lib. 1. quod repetitur est confil. 172. lib. 2. & idem Socin. conf. 235. visa contingentia, col. 3. versic. nec primo obstat, lib. 2. & confil. 125. non insistendo, colum. 2. lib. 3. Phil. Dec. in rub. C. de pact. ad fi. & in l. semper qui non prohibet, col. 1. ff. de reg. iur. & ibi Steph. Bertran. conf. 156. ex themate, nu. 11. lib. 4. & lib. 1. & Anton. Rubens conf. 93. viso themate, paulo ante fin.

De eadem re.

249 Quibus accedo, etiam si diuersum censuerit Signo. conf. 171. Ser Anton. col. 6. & Imo. sibi contrarius, qui tamen Signo. nullam mentionem facit in d. l. cum ex causa, & Ro. sibi item contrarius, in l. 1. & in l. si mortis. ff. de don. cau. mor. & subobscure Io. Ana. in c. quia in omnibus, col. 13. ver. tertio quaerit, extr. de vsur. & Ang. Are. sibi quoque cōtrarius in d. §. 1. Insti. de don. & Soc. sibi etiam contrarius, in d. l. 2. vers. ex qua conclusionē. col. 2. ff. de leg. 1. & clanculum ante hos gl. in l. 1. in verbo, actio, ad fi. C. de dona. cau. mor.

L. cū auus. ff. de cond. & demon. habet locū in donatione causa mortis, quamuis sit exorbitans.

250 Denique huc spectat, quod l. cū auus. ff. de cond. & demon. & similes, ex quarum intimis praecordiis eruta est haec l. nostra, supra in praefatione, vt diximus, habent locum in donatione causa mortis, ex sententia glo. Cy. Bal. & aliorum in l. 1. C. de don. inter vir. & vxo. Imo. qui illam glo. dicit sing. in l. si cui. ff. de don. cau. mor. & recentiorum in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substit. & Soc. in repe. d. l. cū auus, col. 57. in fin. 8. quaest. vbi hoc probat & lege, & ratione, vt ibi videre poteris. Et tamen satis constat eas leges esse exorbitantes, vt hāc nostram l. ex sententia Imo. & ipsius Soc. in c. cum auus, & late diximus in verbo, libertis, nu. 26. incip. ex his planē.

251 Ex quibus satis, vt opinor, euidenter apparet non ob stare quod in princ. huius quaest. pro contraria parte adductum est, hanc l. esse exorbitantem, quia hoc non impedit, quin trahatur ad donationem causa mortis, sicut & d. l. si quis argentum, praesertim cum sit eadem vtriusque ratio, vt dicit Corn. Imo maior est in donatione causa mortis, quod asseruit Pau. Sicut haec l. fauorabilis, vt sepius supra diximus, veniatque donatio causa mortis appellatione donationis simpliciter, saltem sublata & impropria significatione, quod nemo negat. Ideo haec l. ad eam trahenda est, per tex. in auth. vt hi qui obli. se hab. perh. res mino. in prin. & ibi gl. & Ang.

cum multis concor. à me adductis supra in eadem gl. vers. 178. incip. similiterque renuntiatio. 252 Sed vt vides, in hoc vertitur cardo huius quaest. an sit eadem in vtroque ratio, si non maior sit in donatione causa mortis. Nam mihi prima statim fronte non eadem esse videtur, sed multo maior in donatione simplici: nec item verba huius l. videtur posse aptari & conuenire donatiōni causa mortis. Nam quātum ad verba pertinet (nihil enim refert vtrum istorum prius examinemus) non est incertae opinionis, donationem causam mortis nō habere effectum viuo testatore, sed eo rātum mortuo. fit enim cum donans habere se mauult, quam eum cui donat: magis eum cui donat, quam heredem suum. d. l. i. ff. de donat. cau. mort. Igitur cum donatio ista non sortiatur effectum, nisi post mortem donantis, quomodo potest res donata ad eum reuerti, quam nō dum habere desit: vt supra in alio casu diximus in gl. in verbo, libertis, in vlt. q. versic. 112. incip. his autem Corn. & Alex. & iterum in hac eadem gl. vers. 186. incip. porrō quod ad casum.

Donatio causa mortis non habet effectū viuo testatore.

253 Ratio autem in casu nostrae l. multum est diuersa. Nam donatio simplex stape natura est irrevocabilis. l. perspecta. C. de dona. cum simi. à me supra adductis. Ideoque magnum inferitur praedictum donanti, & ipsius liberis, nisi hoc l. nostrae remedio subueniatur, natis ipsius liberis. At donatio causa mortis liberè potest reuocari, & quidem sola donantis poenitentia. l. non omnis, in princ. ff. si cer. pet. & l. mortis causa donatio etiā, & l. qui mortis, & l. senatus. §. mortis causa. ff. de don. cau. mor. & l. Seia. ff. de dot. praeg. Ex quo fit, quod licet adultus habens curatorem nō possit donare aut cōtrahere sine autoritate curatoris. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mino. cum simi. potest tamen liberè donare causa mortis inconsulto, infcioque ipso curatore, vt voluit Bal. & post eum Alex. in d. l. si curatorem, & idem Bal. in l. 1. in prin. circa med. ff. de tutel. & ratio. distrah. & confil. 108. domina Ioanna, col. pe. vers. sexto est videndum, lib. 3. & Ioan. Ana. in c. quia in omnibus, col. 13. in 4. q. extr. de vsur. las. in l. 2. col. 3. vers. licet omnis. ff. de leg. 2. & And. Alcia. in l. 2. in prin. nu. 11. ff. de verb. oblig. & in lib. 3. de verbo. signific. in 5. principali axiomate. Anto. Rub. conf. 27. difficultas casus, in fi. Et facit text. in l. 1. in princ. ff. de tutel. & ratio. distrah. vbi dicit, quod sicut testamenti factio non est pupillis concessa, ita nec mortis quidem donatio, quasi dicat haec à pari procedere, & iis permitti donare causa mortis, quibus & testari, & ediuerso.

Minor adultus potest donare causa mortis sine curatore, vnde tamen infra num. 258.

254 Nam & idem liberè testati potest. Lab Aurelio. §. Caius, & ibi glo. in verbo, intra legitimum. & ibi Bar. in princ. ff. de libe. leg. & l. si frater. C. qui testam. face. pos. & volunt etiam glo. Bart. Ang. Imo. Raph. Co. Alex. & alij in l. 1. §. fuit quaesitum. ff. ad Treb. & Bal. in l. ea lege, col. 4. in 2. q. C. de condit. ob caus. & conf. 83. an prohibita alienatione, ad fin. lib. 2. & Barb. conf. 23. clementissimum, col. 3. lib. 4. vbi in hoc dicit singul. rex. in d. §. Caius. Idque siue habeat curatorem, siue non habeat, secundum glo. & Bar. in d. §. Caius, & Bal. in c. in praesentia, col. 5. vers. nota quod adultus extr. de proba. per d. glo. in d. §. Caius quam ad hoc dicit sing. & eundem Bald. confil. 233. verba statuti, circa med. lib. 2. vbi dicit illam glo. ad hoc no. Sed & id etiam sine autoritate ipsius curatoris, vt illi satis innumū, & aperte asserunt Dy. & Albe. in l. cum pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. & idem Bal. in l. 1. tam in lectu. col. 4. versic. deinde quaero quid de prodigo, quam in repe. col. 8. vers. duodecimō quaero. C. de sacrosan. eccle. & in l. 2. C. quando. decre. opus non est, vbi ex hoc dicit quod adultus in testamentis habet iura maioris, in d. l. 1. ff. de tutel. & rati. distrah. & in c. ecclesia sanctae

Minor liberè testari potest.

Mariæ, de consi. & vtrouque per tex. in d. §. Caius, quem dicit sing. & Pau. Cast. consi. 342. considerandum est, col. 3. vers. nec obft. lib. 1. Et Iaf. in d. l. 2. col. 3. ff. de leg. 1. Imò verò etiam si curator ipse contradicat. d. l. cum pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. & voluerunt Bal. & alij in d. l. si frater. Iaf. in l. quæ de legato, col. vlt. ff. de leg. 1. Atque etiam circa alienationem rerum immobilium citra decretum iudicis, secundum Bal. in l. 1. in princ. ff. de reb. eor. & in d. l. 2. C. quand. decre. op. non est, & in l. ea lege, col. 4. vers. secundò quæro, & ibi Saly. col. pe. vers. quæro quidam donauit. C. de condi. ob cau. & idem Bal. in c. 1. col. 1. ver. quid vbi, per quos fiat inuestit. & cõsi. 351. in bonis feudalibus, col. 2. vers. ad euidentiam, lib. 1. & d. consi. 108. domina Ioanna, vbi supra, lib. 3. & consi. 310. ad euidentiam, in prin. eo. lib. 3. & Alex. consi. 215. ponderatis narratis in themate, col. 1. lib. 6. & in d. §. fuit quæsitum, col. 4. ve. si. sed iuxta prædicta, & ibi quoque Iaf. in fin. qui hoc multum cõmendat, & dicit mirabile, sicut etiã dicit in d. l. si frater, in fi. & Phi. Dec. in l. vlt. col. 2. ver. & ista cõclusio. C. de pact. & in c. in presentia, col. 2. in 14. no. extra de probatio. & Hipp. Marfi. sing. 463. aliqua sunt, & ex recent. Alcia. in l. verba contraxerunt. ff. de verb. signifi. & D. Benedi. in repe. c. Raynutius. in verbo, Adiectæ impuberi, nu. 90. ext. de testa. Nec solum alienare potest in testamto res immobiles, sed etiam iubere, vt alienentur, Bald. in l. prædium, quam legit cum l. illud. C. quando decre. op. non est, & Iaf. in d. l. quæ de legato, vbi supra.

Ad idem.

255 Ad quæ omnia facit & tex. in l. fundum, quæ est §. 3. minor. 25. annor. ff. de fund. instr. & tex. omniũ optimus, quem nullus illorum citat, in §. cum ergo, Insti. quib. ex cau. manu. non licet, qui loquẽs de maiore 14. annis, sed minore 25. hæc verba adscribit, cui tororum suorum bonorũ in testamento dispositio data est. Nepe cum nulla hinc læsio oriri potest, quia potest quandoquocumque, cum voluerit, & ita alio remedio ordinario reuocare. Nam & hanc rationem assignant Ang. Imo. Raph. Co. & Alex. in d. §. fuit quæsitum. Ex eõque negant ei competere restitutionem in integrum aduersus huiusmodi testamntum, cum via ordinaria sibi cõsulere possit, scilicet reuocando, quod & repetit Phil. Dec. consi. 279. placet mihi, col. 1. & iterum 2. & ante eos voluit Bar. in l. verba contraxerunt. ff. de verb. signi.

Nec in id cõpetit reuocatio in integrum.

Donatio causa mortis sola pœnitentia reuocatur.

256 Quæ ratio magis obrinet in donatione causa mortis, quæ liberius faciliusque reuocari potest, quam testamntum. Nã ea sola pœnitentia reuocatur, vt diximus; nõ etiam testamntũ, nisi fiat aliud testamntum æquẽ solenne, per tex. optimum in §. ex eo solo, Insti. ex quib. caus. testa. infr. & voluit Fed. Senen. aut alius quisquis est, inter consil. illius consi. 165. glosẽ referuntur in dubium, & Bar. in l. de iure. ff. de leg. 3. Igitur cum sit etiam in libero arbitrio donãtis causa mortis, post natos liberos donationem reuocare, & id quidem iure communi & ordinario; ceterò videtur nõ competere hoc remedium extraordinarium & exorbitans ab ipso iure cõmuni. l. 1. §. ait prætor. ff. de dol. mal. cum iis quæ latè diximus supra in verbo, libertis, in vlt. q. vers. 114. inci. superioribus quoque rationibus.

Donatio causa mortis reuocari potest etiam non susceptis liberis.

257 Et id quidem eõ magis, quod si pater susceptis liberis non reuocat hanc donationem causa mortis, quod liberè potest facere etiam non susceptis; non obicere ostendit eo se semper animo fuisse, vel ab initio donationis, vt donaturus fuisset, etiam si de liberis cogitasset, arg. tex. no. in l. 3. C. de inoffi. testa. Nã & aliàs sæpe ex sequẽtib. colligitur, qualis animus in præcedentibus fuerit. l. sed Iulianus. §. proinde, ibi, intelligẽdũ quæ ab initio sic accepisset, ad Maced. & l. post cõtractum, & ibi Bar. & ceteri. ff. de dona. & l. si seruus pluriũ. §. vlt. & ibi Flo-

ria. & Iaf. ff. de leg. 1. & l. si vxori. §. vlt. & ibi not. ff. de leg. 3. & l. sed si maritus, §. vltim. ff. qui & à quib. & l. quædam. ff. de reb. dub. & l. si concubinam. §. si res amotas. ff. rer. amot. & l. cum quis, circa fi. C. de nat. libe. & l. vter, in fi. ff. de priuile. credi. & §. pauonum, ibi reuertendi autem, Insti. de rer. diuifi. & c. officij, de elect. & cap. peruenit, & ibi glo. 18. dist. & c. cum per bellicam. 34. q. 2. cum si. & hoc argumento vsus est Bar. in l. cætera. §. vlt. ff. de leg. 1. Rapha. Co. cõsil. 5. nauta quidam, col. vlt. Per. Anch. consil. 251. ex his quæ superius, col. 1. Pau. Cast. consi. 331. in causa Syluestri, col. 2. vers. sed ex eo quod dictus, lib. 1. & rursus consi. 343. quia ex allegationibus, in fi. eo. l. 1. & in d. consi. 434. col. 1. vers. præterea dico, lib. 1. vbi loquitur non quidem de isto casu, sed de alio ad hanc l. nostram pertinente, & consi. 73. in causa mota per dominam Dorotheam, in fin. lib. 2. & consilio 256. videtur manifestè, col. 1. vers. & quia post, eo. lib. 2. & cõsi. 398. in causa vertente in curia, col. vlt. eo. l. 2. Sufficit autem si ab initio donationis animus fuerit donandi, etiam cogitãti de liberis, vt cõset l. nostra, quicquid postea contingat, vt no. Bar. in l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. & alibi diximus, & dicemus postea abundantius. Quin si non præsumẽs ex eo in præteritum, quod non est necesse, tamen nunc satis constare videtur donante nolle reuocari donationem, cum non reuocet: quod etiam sufficit, vt non sit locus huic l. qui potest & expressè & tacitè renuntiare siue derogare, vt satis ostendimus in prin. & facit quod latè dicemus infra in glo. suscepit liberos, vers. 211. incip. secundò intelliges procedere, & aliis multis seq.

258 Cogita tamen, & vide quid dicam in seq. q. & quid etiam dixerim supra in verbo, libertis, in vlt. q. in qua tractauimus an donatio inter viuos & vxorem reuocetur ex hac l. & Archi. in c. quicumque, 17. q. 4. qui videtur innuere eum text. huic similem habere locum in donatione inter viuos tantum, quod & expressè tenuit in casu nostræ l. Bal. in repe. l. 1. col. quæ antepe. præcedit, in 4. q. C. de sacros. eccl. & Caro. Ruin. consi. 123. quia agitur, col. 3. nu. 7. lib. 1. & consi. 62. ex duobus, col. vlt. num. 12. lib. 2. & Steph. Bertr. consi. 86. Christi & c. visis tribus, col. 2. vers. sed vbi teneremus, lib. 2. ea tantum ratione motus, quod legata non reuocantur per natiuitatẽ liberorum, cum alia sit ratio donationis de qua loquitur hæc l. quam legati: nam donatio plus affert præiudicij, vt quæ sit irreuocabilis: legati verò possit & expressè & tacitè reuocari: ideoque lex voluit prouidere in donatione, quia vbi maius periculum, &c. Et idem eadem ratione dicendum colligit in donatione causa mortis, quæ regulariter æquiparatur vltimæ voluntati & legatis, & c. Sed & de hac re differit Anto, Rub. consil. 113. viso instrumento, per totum, sed ita confusè & obscurè, vt vix intelligas quid hic sibi velit. Cæterum super eo quod supra diximus, quod minor potest liberè donare causa mortis, vide quæ diximus in tracta. de legib. conub. in gl. 3. in 3. q. Sed & super eo quod in priu. huius quæst. tractatum est, an appellatione donationis simpliciter veniat donatio causa mortis, vide plenissimè omnium Barb. in reper. rub. extra de dona. col. 2. vers. fi. & pondera.

Legata an reuocentur per natiuitatem liberorum.

Minor potest liberè donare causa mortis.

Hæc lex verbi gratia, si filius fuerit in testamto præteritus, irritũ est testamntum, legata tamen rata manent, locũ in leper auth. ex causa. C. de lib. prete. Quid igitur si post testamntũ natus est filius testatoris nihil tale cogitanti, aut etiam tempore testamnti habebat filium, sed sibi ignorum, quia fortè nesciebat vxorẽ absentem peperisse, aut credebatur filium mortuum. Parui enim refert, non habeas filium, an habere te ignores: vt latè diximus supra in verbo, filios non habens,

ver. 15.

ver. 15. incip. sed & illud in quæstionẽ vocatur. Nunquid igitur tunc conseruabuntur legata, per d. auth. ex cauiã, an verò irrita manebunt ex hac l. nostra? In quam rẽ multa possent adduci, quæ diximus in præced. q. quæ tu videbis, ne repetam. Sed & tu præterea videbis omnes hanc rem latissime tractantes, tũ in d. auth. ex causa. tum in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. ex quibus faciliè intelliges rem hanc esse admodum obscuram, fuisseque multos qui asserunt reuocari, multos qui contra negant, multos itẽ qui (vt fieri assolet in diuersis sententiis) distinctionibus, & alij quidem aliis temperare, & veluti opinionum controuersias componere nituntur, & omnes multis magnisque rationibus subnixos, quas huc adscribere superfedimus, ne quod in vno ac altero loco abundè ac penè superfluentè tractatum ab aliis comperimus, huc veluti transplantatum inferere videamur. Erimus igitur nunc cõtenti solam doct. nomenclaturam subscripsisse.

260 Sunt enim qui simpliciter negant d. auth. ex causa, habere locum in posthumis, quin asserunt eorũ natiuitate reuocari legata. In quibus est Accur. in l. 2. C. de posth. hære. insti. Azopreceptor illius, & Iac. Bur. prout illos reuulerunt doct. in d. auth. ex causa, & in d. l. filio præterito. Et hanc quoque sententiã secutus est Rayn. Forl. vt reulit Bar. & alij plerique in d. auth. ex causa, eandẽ quoque sequitur Oldr. consil. 149. super prima quæstione, in 2. dubio. Cy. & Ray. in l. 1. ff. de testa. tute. vt reulit Bal. ibi, sequitur etiã Albe. in l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideic. liber. & latissimè Signo. consi. 24. si quæraturnunquid. & rursus consil. 113. quæstio est an rupto testamento, vbi in fi. dicit quod legens Bononiæ de hoc consultus in quadam quæstione. Neapolitana idem consuluit cum multis aliis doct. & cõsi. item 220. factum sic præsupponatur quidam ciuis, col. 2. vbi & illud idem refert de dicta quæstione Neapolitana. Bart. in l. in confirmando, in fi. ff. de confirm. tur. & in l. qui filiabus, in fi. prin. ff. de leg. 1. & consi. 13. ex facto proposito, col. 3. vers. de tertio autem principali dubio, vbi & hoc dicit tenere Dy. Odof. Mar. Sil. Iac. But. Oldr. & alios, & Bal. in l. & post litem, in addi. col. pe. vers. super quæstione quæ quæritur. ff. de transact. & Card. Flor. consil. 20. cum in testamentis, in primo dubio.

Legata reuocantur natiuitate filiorum.

Qui contrarium tenent.

261 Idque etiam affirmant nonnulli nõ leuis quiddẽ autoritatis procedere, si in testamento fuerit apposita clausula codicillaris, nihil enim fecius reuocari legata natiuitate posthumorum. Cuius sententiæ fuit Alb. Galio. in sua Margarita, tit. de testa. ver. pone quæstionẽ de facto. & Spec. vt illum nonnulli allegant, tit. de instru. editi. §. compendiosè, ver. pone quidam facit testamntum, & ibi quoque Ioan. And. in addi. ipsius, & Card. Flo. d. consi. 20. in 2. dubio. & Soc. consi. 93. testamntum premissum, col. 3. vers. sed tamen his non obstantibus, lib. 4.

262 Cõtrarium simpliciter, videlicet legata non irritari per natiuitatem posthumorum, sed conseruari ex d. auth. ex causa, tenuit Accursius sibi contrarius in d. l. generaliter. §. ex testamento, in verbo, constat. ff. de fideic. liber. & in l. si pater, in verbo, aut fideicommissa, eo. tit. & in l. bona. §. vlt. in verbo, testamntum. ff. de capti. & postli. reuer. & in d. l. 1. ff. de testa. rut. & in l. iure nostro. §. vlt. & in l. si pater, eo. tit. & in l. si quis testamento facto. ff. de leg. 2. & in l. 1. & ibi etiam Pau. Cast. C. de codi. & in l. 1. C. de bon. post. contra tab. Pet. Iac. Aret. Iac. Ray. Cy. sibi etiam contrarius, Franc. Rampo. & Bal. in d. auth. ex causa. Nico. Mat. Bal. & Saly. in d. l. 1. C. de posth. hære. insti. Pet. Iac. in sua practica, tit. de condi. ex leg. omnimodo pro legitima portione debita filie, col. 17. vers. item posthumo præterito. Bar. secum quoque præter morẽ pugnans, cõsi. 52. in nomine domi-

ni Salumben. Ioannelli. Bal. in l. Titia. ff. de inoffi. testa. vbi tamen dicit quod prima opi. cõtinet æquitatẽ, & consi. 215. testamntum, circa medium, li. 4. vbi dicit de hoc esse rex. sing. nõ à Iac. Aret. in d. l. generaliter. §. ex testamento. & Ange. consi. 211. ex facto proposito, col. 2. in 3. dubio. Imo. in d. l. filio præterito. Raph. Fulg. consi. 69. punctus talis est, Marianus, in fi. Cor. consi. 158. pro decisione, col. 3. vers. præterea lex lib. 2. & consi. 234. placent mihi, col. 2. vers. circa secundam, lib. 2. & consi. 225. antequam aggrediar, col. 2. lib. 3. vbi dicit se sæpe ita respondisse & tenuisse cõsulendo & legendo. & hanc opi. Iaf. in d. auth. ex causa, col. 4. dicit esse communem.

Posthumus an reuocet legata.

263 Sed hæc opi. ita à multis scinditur, vt eã cum priori concordent, vt videlicet posthumus non reuocet legata, secundum posteriorem opi. si is fuerit sciens præteritus, quia testator de eo cogitabat, & nihilominus illum præterit. Secus si posthumus ipse, aut etiam iam natus (vt nunc vtunque cõiungamus) ignoranter fuerit præteritus, quia testator non cogitabat de posthumo, aut iam natum filium ignorabat, vel eum mortuũ putabat. Nam tunc, inquit, nõ locus est d. auth. sed huic nostræ l. Ita voluerunt Bar. huius distinctionis veluti antesignanus, & post eum Ang. Pau. Ca. Guid. Pap. & Io. à Mõrre ferrato in d. auth. ex causa. Bar. Bal. & ibi Fran. Arc. ff. de lib. & posth. & ipse Bal. in d. l. 1. ff. de testa. rut. & in l. si totas. C. de inoffi. don. & in l. 2. §. si quid ex te. ff. de codi. indeb. & consi. 239. quia vltimus passus, col. 1. li. 3. & consil. 424. præsupposito quod dictus testator, lib. 4. Ang. hic, & in d. l. 1. C. de bo. post. contra tab. & in l. militis codicillis, §. in supremis, & iterũ in l. qui iure. ff. de milit. test. & in §. siue igitur, col. 4. ver. dici potest, in auri. vt cũ de app. cog. & consil. 76. posita pro constanti, col. vlt. vers. secundò de secundo. & consi. 108. ista quæstio, in 2. dub. Petr. Anch. & legendo & consulendo, vt reulit Imo. in d. l. filio præterito. Nam & ita eũ comperi tenuisse in c. si pater, in 7. not. de testam. lib. 6. Card. Flor. consil. 20. cum testamntis, col. 1. vers. quod ad primum. & Rom. consi. 122. circa id quod effectualiter, col. 2. vers. cul. quo ad secundum, Io. Ana. consi. 28. visis & pöderatis, col. 2. & ibi etiam Bol. in addi. col. 4. vers. de prima præteritione. Alex. consi. 41. viso tenore, col. pen. lib. 1. & consi. 47. abudè per celeberrimos, col. 2. ver. quo ad quintum, lib. 2. vbi dicit quod periculosum esset tenere contrariũ. Barba. in rep. l. cũ acutissimi, col. 3. vers. nihilominus credo. C. de fideicõ. & in repe. c. Raynaldus, col. 6. vers. non obstat cum dominus, ext. de testa. & consi. 60. illud afferam, col. 2. ver. & ex istis, lib. 2. Fran. Aret. consil. 24. quatuor dubia, col. 1. vers. pro ista cõclusionẽ, & consi. omnium vlt. vbi & ita dicit cõsuluisse Bapti. Sansseuer. & hanc esse communem opi. & Steph. Bertr. consi. 10. viso testamento, per totum, lib. 4. Soc. d. consi. 93. quo loco supra citauimus, lib. 4. Caro. Rui. qui & hanc dicit æquiorẽ, consi. 2. q. col. 1. li. 3. vbi etiam rem latè tractat, & consi. 6. quod est eo. initio testamnti col. 1. eo. li. 3. & Alcia. lib. 1. de verb. signi. char. vlt. & D. Guid. Benedi. in rep. cap. Raynutius. in verbo, in eodẽ testamento relinquens, nu. 232. extra de testa. Et ita quoque

quoque videtur voluisse Sign. in illis conf. supra in prima parte allegatur, si solerter legantur. Et hanc opin. dicit esse seruadam in practica Cor. in d. auth. ex causa, col. 10. Et pro ea facit tex. in lidem est, que est 3. ff. de cond. indeb.

Confirmatio procedentium.

264 Et hanc quoque sententiam probat vetus opinio. Nam apud Plautum antiquum Poetam Comicum in Poenulo, cum Iachon Poenus falso existimans, sed non iniustis rationibus adductus, filium suum vnicum, cui in ea fabula Agorastocli nomen est, naufragio aut aliter perisse, patrueli suo bona sua reliquisset, compertumque postea fuisse filium illum testatoris viuere, Milphio tanquam arbiter quidam honorarius hanc confestim sententiam illi patrueli aperte pronuntiauit:

Paterne oportet reddi filio bona, Aequum est habere hunc, bona, qua possedit pater.

Cui patruelis assentiens atque acquiescens, ita protinus respondit,

Haud postulo aliter, restituentur omnia. Suam rem sibi saluam sistam.

A quo neclatum quidem vnguem disidet quod scribit Valerius Maximus, lib. 7. cap. item 7. cuius tit. est de testamentis, quae rescissa sunt. Militantis aut, cuiusdam pater cum de morte filij saluum e castris nuntium accepisset, aliis haeredibus scriptis decessit: praeterea deinde stipendiis adolecens domum petit, errore patris, impudentia amicorum domum sibi clausam reperit. Itaque depositis armis coactus est in foro rogatum ingredi militiam, cum improbissimos haeredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit, omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.

Posthumus si inchoat fuerit praetorius, irrita sunt legata.

265 Idque dicunt multi ita procedere, vt si ignoranter fuerit iam natus aut posthumus praetorius, irrita sunt legata, etiam si fuerit apposita clausula codicillaris, ita enim voluit Bar. & huius quoque op. princeps in d. auth. ex causa, col. vlt. & ibi Iac. col. pen. & Pau. Pichus, & idem Bar. in d. l. i. in 6. q. & ibi etiam Ang. ff. de iure codic. & idem Bar. in l. pen. eo. tit. & in omnibus consil. supra allega. praeterquam in primo, vbi nihil de huiusmodi clausula dicit. Bar. & Ang. in d. l. si Titius. ff. de lib. & posth. & in d. l. filio praeterito. ff. de iniust. testa. Bal. subobsure in l. qui filiabus, in prin. ff. de leg. 1. & apertius in d. l. si totas. C. de inoff. don. vbi ita dicit se consuluisse, sicuti verè consuluit, in illis duobus consil. supra proxime citatis, & praeterea consil. 156. clausula codicillaris, col. 1. lib. 2. & consil. 169. proponitur quod dominus Antonius, ad si. lib. 5. Ang. in d. l. qui iure. ff. de testa. mili. & in l. ff. de iure codic. & in l. i. per gl. ibi relatum ad tex. C. de codic. vbi id dicit sing. & menti figendum, & ita determinatum fuisse per collegium Perulinum, & d. consil. 76. col. vlt. vers. de tercio veritas est, etiam consil. 51. ex facto proposito, col. 3. & consil. 136. in quaestione veriente, col. vlt. & d. consil. 210. col. 2. in 4. dubio, & consil. 364. visa facti narratione, col. 3. Card. Flor. d. consil. 20. col. 1. vers. quod ad secundum, Pau. Cast. in l. sicut certi, post prin. C. de testam. mil. & consil. 200. clarum est testamentum, in 2. dubio, lib. 1. vbi hoc dicit exquisitum. Alex. d. consil. 41. col. vlt. lib. 1. Cor. consil. 244. videtur in hac consultatione, ad si. lib. 4. Fran. Aret. d. consil. 24. vbi hanc dicit esse communem. & rursus late consil. omnium nouissimo, in primo dubio. Socy. d. consil. 93. lib. 4. & Barba. qui etiam asserit esse communem, consil. 60. illud asseram, col. 3. & seq. lib. 2. & la. in d. l. i. col. vlt. C. de bon. poss. contra tab. & Steph. Bert. consil. 170. proponitur in facto, nu. 5. & seq. lib. 1. & consil. 195. ponitur in facto, nu. 4. eo. lib. 1. & D. Guil. Bened. in repet. cap. Raynurius, in glo. in eodem testamento relinquens, le. 1. nu. 247. & nouissimè Ant. Rub. consil. 112. viso testamento mihi exhibito. & iterum consil.

126. praesens casus, col. 1. & 2. Et hanc opi. dicit aequa, licet non sequatur, Bal. in l. vlt. C. de codicil. 266 Et hanc op. confirmat quod scribit Bald. in consil. 319. quidam Nicolaus, col. vlt. lib. 5. quod clausula codicillaris cessat cum cessat voluntas testatoris. De quo & per Phil. Dec. in l. precibus, col. 10. vers. vlt. tamen. C. de impub. & ali. subtit. & consil. 205. in causa istorum nobilium, in si. & consil. 248. visa petitione, col. vltim. & consil. 187. in ciuitate Placentiae, col. 3. & consil. 291. visis & diligenter consideratis, col. 2. & alibi saepe. Nam & ea clausula non tendit nisi ad seruandam voluntatem testatoris, vt dicit Bal. in l. vlt. col. 4. versic. nunc aliqua. C. de codicil.

Codicillaris clausula cessat voluntas testatoris.

267 Sunt & qui contrarium tam in primo quam in secundo asserunt videlicet (vt primum primo loco expediamus) conseruari legata, etiam si posthumus aut iam natus fuerit ignoranter praeteritus, videlicet gl. in l. si vxore praegnantem, iusto text. in verbo, ignorater. ff. de man. test. & Fran. Rampo. in d. auth. ex causa, & in repet. d. l. filio praeterito, prout ibi illud retulit Imo, qui idem tenet. & Bal. sibi contrarius, in l. si cum vel in vtero. C. de testa. mil. & idè Bal. qui hoc dicit praesertim procedere in legatis modicis, & relictis pro anima vel pro coniunctis, in d. auth. ex causa, & ibi etiam Saly. Fulg. & Cor. qui dicit hac esse veriorè de rigore iuris, sicuti etiam dicit & late eam comprobat consil. 195. in hac consultatione, per totum, li. 1. & consil. 168. pro decisione. col. 9. lib. 2. & consil. 244. videtur prima facie dicendum, col. vers. nec ob aliud, & seq. eo. lib. 2. & consil. 150. prima facie, col. 2. vers. sed hoc non habet obtinere, li. 3. & consil. 194. videtur in praesenti, col. 3. versic. & licet magnum, eo. lib. 3. & d. consil. 225. anrequam aggrediar, col. 4. vers. & quia praeteritum, cum multis seq. eo. lib. 3. in quibus locis tamen dicit quod non auderet firmare, propter autoritatem Bar. & sequaciu. & rursus ipse Bal. in repe. d. l. i. col. ante pe. vers. aduertatis. C. de sacros. eccl. & Steph. Bert. consil. 225. ponitur in facto, col. 2. vers. sed quicquid sit, lib. 2. & Ioan. Igne. in d. auth. ex causa, char. 19. vers. tertio inuenio. Et pro hac sententia bene facit tex. in l. cum mater. ff. de inoff. testa. quae ex diametro contraria est d. l. idem est. ff. de condi. inde. quod a paucis expensum est: nec video quo pacto ea antinomiam tolli possit, nam vtroque pater falso putabat filium, quem praeteribat, obisse: & ita re tantum, & non consilio, vt nostri dicunt, praeteribat. Et tamen in vna lege praestari non debent legata, in altera debent. Soluat igitur Apollo.

Qui contrarium tenent.

Lucumo nis Demarathi filij historia.

268 Et hanc partem obseruasse Hetruscos illos Italorum antiquissimos, inrisque & diuini & humani peritissimos, planè constat ex eo quod scribit Livius lib. 1. ab vrbe conditi. Lucumo inquit, Demarathi Corinthi filius erat, qui ob seditiones domo profugus, cum Tarquiniis fortè confederasset, vxore ibi ducta, duos filios genuit, nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium haeres. Aruns priusquam pater moritur, vxore grauida relicta, nec diu manet superstes filio pater: qui cum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post aut mortem in nullam sortem bonorum nato, ob inopiam Egeno inditum nomen. Hac Livius. In quibus vides Lucumonem, cum ignoraret nurum praegnantem esse ex filio Arunte, alteri filio omnia reliquisse, idque ratum firmumque mansisse, nec aliquid nepoti ex filio ignorantiā aui profuisse. Eademque ferme tradit Dionys. Halicarnassens li. origi. Romanorum tertio.

269 Qui item contrarium dicunt de clausula codicillari, videlicet quod ob ea confirmantur legata, etiam si ignoranter fuerit posthumus praeteritus, ij sunt

Qui tenent ob clausulam.

sunt Dyn. Iac. Aret. & omnes penè scriptores ante Bar. vt ipse refert, in d. l. i. in 5. q. ff. de iure codic. Oldr. d. consil. 149. in 3. q. & iterum consil. 161. thema tale est, Titius filium, in vlt. dubio, Ray. & Bald. sibi contrarius, in l. ex ea. §. vlt. ff. de testa. Spec. tit. de instr. edi. §. compendiosè, vers. item vide Bar. subobsure consil. 6. viso testamento, col. 2. Bal. Raph. Cor. & Alex. in d. l. i. ff. de iure codic. Bal. in l. pe. eo. tit. & in d. auth. ex causa, col. 4. & ibi etiam Saly. & Fulg. qui & hanc op. dicit aequam. Alex. sibi contrarius, qui eam dicit esse communem, & Io. à morte Sperello. ibi. Idem Bal. in l. vlt. col. pe. ver. sed quero nunquid ista clausula, & ibi quoque Saly. C. de codic. & ipse Bal. in l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. & in l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & in d. l. & post item, in d. d. l. i. col. pe. vers. super secunda quaestione. ff. de transact. & consil. 1. factum tale est, quidam nomine Colla. in si. eo. lib. 3. Saly. in d. l. i. ad si. & ibi etiam Paul. Cast. sibi item contrarius. C. de posth. haere. insti. Ang. sibi etiam contrarius. d. consil. 108. col. vlt. Imo. in d. l. filio praeterito, col. 9. & in l. qui filiabus, in prin. vbi & hoc dicit sensisse Bar. ibi. ff. de leg. 1. Pau. Cast. consil. 15. incipiendo à secundo, col. 2. li. 2. & consil. 271. quanquam multa scripta fuerint, col. vlt. eo. li. 2. Rapha. Co. in l. si quis cum nullum, in prin. ff. de iur. codic. Rom. d. consil. 122. Alex. consil. 26. circa primum dubium, col. 3. vers. vel potest responderi, lib. 1. & consil. 38. in causa mota per Ang. col. 2. vers. & constat de iure, lib. 1. vbi hanc dicit esse communè opi. & consil. 123. discussis hesitationibus, col. pe. vers. vel etiam dato, eo. lib. 1. vbi dicit hanc esse veram & communem op. & consil. 152. circa primam dubitationem, col. 4. vers. tertio potest responderi, lib. 2. quod errore impressorum iterum repetitum est consil. 103. lib. 3. & iterum consil. 50. li. 6. vbi dicit hanc esse communem sententiam, idem Alex. consil. 30. ponderatis his, col. 1. & 2. lib. 3. & consil. seq. eiusdè. prin. col. 1. & Cor. sibi contrarius consil. 195. in hac consultatione, col. pe. vers. & idcirco, & seq. li. 1. & consil. 118. videtur primo aspectu, col. pe. vers. & licet Bar. lib. 2. vbi & hoc dicit tenuisse Pan. in duobus consil. quae repetire non potui, nec credo fuisse impressa, nisi sint ex iis quae ex Pau. Cast. supra citauimus, vt pote quorum similia sunt initia, quod magis credo, & idem Cor. d. consil. 158. col. ante pe. vers. & idcirco. eo. lib. 2. & d. consil. 254. col. 5. & seq. eo. quoq; lib. 2. & consil. 133. in hac consultatione, col. 3. vers. idè institutio, lib. 3. & Bened. Capra, consil. 106. punctus cum prout in facto, ante si. & iterum consil. 115. Iesu Christi nomine repetito cum prout, col. 2. Ang. Aret. qui ita dicit sepius consuluisse, in §. 1. post medium, Inst. de codic. Barba. sibi etiam contrarius, consil. 6. vbi Christus non est, in 2. dubio, per totum, lib. 2. & Iassibi etiam contrarius, in d. l. qui filiabus, col. vlt. ff. de leg. 1. Ludo. Bolo. consil. 73. Antonius Pergamentis, col. vlt. Caro. Ruin. consil. 19. circa praesentem, col. 3. vers. sed praemis, eo. lib. 3. Phil. Dec. late consil. 490. visis & circumspicendis, col. 1. & seq. & Steph. Bert. sibi item contrarius, consil. 130. Christi & c. viso casu, nu. 1. lib. 1. & Fran. Ripa hic in 21. quaest.

De eadem 270.

Sed circa hanc postremam op. debes intelligere, multos ex iis quos proxime citauimus, dixisse simpliciter clausulam codicillarem operari, vt debeatur legata etiam si posthumi fuerint ignoranter praeteriti: sed & multos ex iis non ita simpliciter locutos fuisse: sed nuncupatum intelligentes in clausula codicillari, quae ad futurum quoque tempus refertur, nedum ad praesens, his scilicet verbis, si non valet, aut valebit &c. Nam ita, inquit, testator videtur cogitasse de futura ruptura testamenti, & voluisse sibi aduersus causas rumpentes aut rupturas prouidere. Et ideo saltem implicite & in genere cogitauit de posthumis, quod satis est, arg. l.

placet, & Lideo que. ff. de lib. & posthu. & l. qui iure. ff. de testa. mili.

271 Nec desunt qui iterum distinguunt, an legata sunt modica, quae etiam verisimiliter legasset testator, si cogitasset de posthumis: & ea non reuocantur, sed conseruantur ex d. auth. ex causa, alioqui reuocantur, & ita videtur voluisse Bald. in d. l. Titius, in prin. ff. de libe. & posth. Ang. in d. §. siue igitur. col. 4. vers. finaliter dici potest, in auth. vt cum de app. cog. Fran. Aret. in d. l. Titius, col. vlt. & consil. 91. viso legato facto, col. 4. vers. modò cum praeterito, & d. consil. vlt. in primo dubio. Barba. in repe. l. cum acutissimi, col. 45. versic. pone, testator. C. de fideic. Soc. d. consil. 93. testamentum praemissum, col. 8. vers. ex quibus omnibus, lib. 4. cum aliis concor. supra in verbo omnia vel partem aliquam bonorum, vers. 6. inci. sed illud in dubium, & iterum vers. 25. incip. & in simili. Et cum his conuenit quod tradit Ang. generaliter, consil. 51. Simon notarius, col. 3. vers. solum igitur, quod per huiusmodi clausulam conseruantur legata, praeterito etiam ignoranter posthumo, aut iam nato, quem testator putabat mortuum, si verisimiliter testator legasset, si de posthumo cogitasset, aut sciuisset filium viuere, per l. pe. ff. de iure codic.

Legatario auctore reuocatur, si testator cogitasset de posthumis.

272 Sunt & qui distinguunt inter legata & fideicommissa particularia, & vniuersalia, vt scilicet in legatis & fideicommissis particularibus clausula codicillaris operetur conseruationem legatorum, non etiam in fideicommissis vniuersalibus. Et ita voluit Iac. Bel. in sua disput. cuius principium est, queritur, pater vel mater condidit testamentum. Quam quidem disputationem posuit post l. 3. C. de lib. praede. Priorem casum intelligit procedere, quando testator sciuit posthumum natum, & potuit mutare testamentum. Alias enim etiam clausula codicillaris nihil operaretur etiam circa legata & fideicommissa particularia. & eum simpliciter refert & sequitur Alex. d. consil. 252. col. 2. & seq. li. 2. quem & tu in hoc vide d. consil. 142. circa primam dubitationem, col. 3. vers. & hoc primo, li. 2. Quin Bal. ipse in d. l. si cum vel in vtero, paulò ante si. C. de testa. mili. simpliciter dicit legata particularia debere etiam filio ignoranter praeterito, non fideicommissa vniuersalia, nulla clausula codicillaris mentione facta.

Distinctio inter legata & fideicommissa particularia & vniuersalia.

273 Quid? quod nonnulli à ceteris omnibus penè ex diametro distantes tenent reuocari legata ex praeteritione scienter facta, non etiam cum sit ignoranter tanquam illuc sit maior iniuria, maior impietas, maior dementia in testatore. In qua sententiam dicitur consuluisse Signo. & concilium Mediolanense, vt retulerit Bal. & Imo. in d. l. filio praeterito, & idem quoque voluisse Iac. Aret. & Oldr. rerulit Cor. & consil. 158. col. 9. lib. 2. Et in hanc quoque sententiam pedibus vadunt, qui asserunt huiusmodi clausulam codicillarem nihil operari in praeteritione iam nati, sed tantum in praeteritione posthumi. Cuiusmodi op. fuit Old. in d. l. Titia, vt illum rerulit Bal. ibi. ff. de inoff. testa. & idem Old. & Iac. Aret. in d. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideic. liber. prout illos citat Soc. dicto consil. 93. col. 2. li. 4. Et qui item scribunt hanc clausulam nihil etiam operari, cum testamentum deficiat vitio aut culpa testatoris, vt quia praeteriuit vel exharedauit. Secus si alio quopiam vitio extrinseco, videlicet ob defectu solennitatis. In qua sententia fuit glo. & omnes penè antiquiores doct. in dicta auth. ex causa, & Guil. Cu. in l. vlt. C. de codic. Cy. in l. ex ea. §. ex his. ff. de testa. & Bald. consil. 386. factum super quo, lib. 1. & dicto consil. 391. in vltimo dubio. lib. 3. vbi hanc dicit esse communem opi. & consil. 431. inci. gl. in auth. eo. lib. 3. & in dict. l. i. ff. de iure codic. vbi ita dicit antiquos doct. communiter tenere, & in d. l. ex ea. §. ex his. ff. de testa.

Quite neat legata reuocari ex praeteritione scienter facta.

de testa. vbi dicit sepe hanc partem consulendo tenuisse. Adeo Bal. fuit leui maléque constante ingenio, iudicóque, vt ex tot ac diuersis contrariisque opinionibus nulla feré sit, quam non alicubi sequatur. Quod vix excusari potest, cum non hic tatum, sed aliás sepe sit varius, ac contrarius. Nam id aliquando contigisse, vt nonnunquam Accur. & Bart. excusari quodammodo potest: cum Papinianus veré iuris asyllum, ac legalis doctrinæ Thesaurus ab Aelio Spartiano in Seuero Imperatore appellatus, aliquando etiá in recadé in cõtrarias declinauit sentétiás, si credimus Iustiniano in l. vlt. vers. sed cū in secundá. C. de fur. Et cum Bal. vbi que tam varius fuerit, ausus est tamen constanter profiteri non esse sui moris variare, in consil. 119. factum proponitur, col. 2. ver. sed si vnum, lib. 3. Adeo in suis quisque vitiis cæcruit. Sed vt redeamus, tu super illa postrema sententia vide doct. hanc rem latè tractantes in d. auth. ex causa, super gl. vlt. Et præterea super hac tota quæstione, Bal. in l. Domitius, §. ex his. ff. de testa. & in l. cum mater. ff. de in offi. testa.

Filius adoptiuus succedit patri adoptiuo cum filiis legitimis postea susceptis.

274 Quæro 15. vtrum adoptio reuocetur, si adoptanti post adptionem nascantur liberi naturales & legitimi? In qua re non est opus frustra tempus in longas disputaciones trahere. Nam ea dubitationem non recipit: quãdoquidem habemus tex. apertissimum in l. si te parens. C. de suis & legit. quod filius adoptiuus succedit patri adoptiuo cum filiis naturalibus & legitimis postea susceptis. Ex quo nemo non potest intelligere non reuocari adptionem natiuitate filiorum naturalium, etiam quantum ad vim succedendi.

Legitimationis filij naturalis an reuocetur per natiuitatem legitimorum liberorum.

275 Quæro 16. vtrum reuocetur legitimatio filij naturalis, quam qui purius loquuntur, naturalium restitutionem vocant, natis post eam legitimationem liberis legitimis & naturalibus. Quæ res in legitimatione, quam facit matrimonium subsequens, minimè dubia est, vt dicit Bald. in l. cum quis. C. de natur. liber. Nam ibi rex. est expressus, quod filij ita legitimi succedunt cum postea natis, sicuti etiam cauetur in l. diui, eo. tit. Et hoc quoque pro indubitato asserit Bar. & post eum plerique omnes in l. ex factis, in princ. ff. de vulg. & pup. per text. in d. l. cum quis, & in §. i. in auth. quib. mod. natur. efficit legit.

Baldus de re opinio.

276 Quamquã Bal. ipse in l. eam quam, col. 8. vers. denuo dubitatur. C. de fideic. dicit interesse, vtrum postea nati sint ex eadem matre, ex qua & legitimitate antè fuerat suscepti, an ex alia: vt priori casu legitimatio rata maneat, altero irrita. Quam distinctionem tamen reicit Raph. Fulg. consil. 65. cuius caput est, Titius coniugem non habes, & Anto. Rosel. in tractatu legitimationis, in fi. 2. lib. & ferè omnes indistinctè de hac re loquentes. Licet Fran. Aret. in d. l. ex factis, dicat illam esse multum æquam, quia leges multum fauent ei qui matrimonium contrahit cum ea, quam iam illicitè compresserit.

De eadem re.

277 Cæterum quantum ad alias legitimationes pertinet, res est admodum difficilis, & que illustrium doct. ingenia variè torserit. Nam & dubiam & obsecram eam dicit Bal. cui nihil aliàs propè dubium est, in d. l. cum quis. C. de natu. lib. & Raph. in d. l. ex factis, ff. de vulg. & pup. vbi ob rei difficultatem nõ ausus est suum iudicium interponere. & similiter Barba. qui & ipse sibi omnia aperta, clara, & dilucida facit aut fingit. primum quidem consil. 9. exordio, illud in medium referam, col. 4. vers. vnde est inter docentes, lib. 4. & iterum consil. 49. incip. elementissimum Deum, col. 4. ver. facit etiam ad hoc, eo. lib. 4. Quin & eam veluti in medio reliquit Soc. consil. 212. prima consultatione, col. 4. versic. omitto illam, lib. 2.

Substitutio exem-

278 Verum Dy. in d. l. ex factis, tenet simpliciter reuocari, tum per illum tex. in quo substitutio ex-

plaris exspirat liberis postea susceptis, tū per text. in hac l. nostra. Nã vt hoc illi addas, legitimatio dicitur donatio siue donu patris & principis, in auth. item sine legitimis. C. de natur. lib. & in §. si verò is qui solummodo, in auth. quibus mod. natur. efficit. sui, & voluit Bal. in l. 2. ad fi. C. si quid in frau. patr. & in l. 1. col. 1. C. de iure aur. anul. & in l. ferus, post mediū. C. de lega. & in l. nam ita diuus, col. 1. ff. de adopti. & consil. 56. an pater, post prin. li. 2. & iterum consil. 129. facti proponitur, col. 2. vers. circa tertium, eo. lib. 2. & consil. 56. incipio à secundo, col. 2. lib. 4. & consil. 102. est considerandum, col. 2. versic. item legitimatio, eod. lib. 4. Ideo que sicut donatio reuocatur ob ingratitudinem, l. vlt. C. eo. tit. & ita legitimatio, vt dicit Bal. in c. 1. §. filij. tit. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. & dicam plenius paulò post, vers. 287. incip. quinta ratio.

De eadem re.

279 Idem autem cum Dyn. in d. l. ex factis, voluerunt Guil. Cu. Alber. & Paul. Cast. in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact. per tex. ibi, de quo supra in præfatione diximus, dicuntque ita ipsi Dyn. consuluisset. idem quoque voluit ipse Guil. in l. 1. C. de natu. lib. & Oldr. consil. 247. factum tale est, in primo dubio, vbi præter hanc l. allegat etiam l. cum Papinianus. C. de fideicom. & l. generaliter, §. vlt. C. de infit. & substit. & similia quædam iura, de quibus etiam diximus in prin. nostræ l. & præterea quoque cap. dilecti. & c. suggestum, de deci. vbi noua causa superueniens tollit priuilegium, & Guid. Suza. in l. humilem. C. de incest. nupt. Bal. in d. l. 2. ad fi. C. si in frau. patr. dum simpliciter citat Dyn. vbi supra, & in c. innotuit, col. 3. vers. sed nunquid legitimatio, extra de elect. dum vtrobique se remittit ad Dyn. in d. l. ex factis. Sed & idem aperte tenet Angel. in l. Galus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. Barb. in repe. l. cum acutissimi, col. 4. vers. facit quod pulchrè. C. de fideicom. vbi ita dicit consuluisset Florentiæ, & D. Guil. Bene. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelpham, nu. 188. extra de testa.

Qui negat legitimatos succedere re, si postea nascantur liberi legitimi.

280 Ex his subscribere videntur, qui simpliciter negant legitimatos succedere, si post legitimationem nascantur liberi naturales & legitimi. In quibus est Guid. Suza. in d. l. 1. C. de natur. liber. per hanc l. nostram, vt retulit Io. And. qui & in eam sententiam non obscure videtur inclinare, in addit. Spec. tit. de success. ab inte. §. 1. vers. sed ex factis. Et idem quoque palam voluerunt Pan. Cast. & Phil. Cor. in d. l. si te parens. C. de suis & legi. & rursus idè Paul. Cast. consil. 22. cuius principium est, visis omnibus quæ narrantur, col. 2. lib. 2.

Qui asserunt legitimos succedere cum filiis legitimis.

281 Sunt tamen maiori numero qui contra negant reuocari legitimationem natiuitate liberorū, ideoque legitimatos ipsos succedere cum filiis legitimis postea natis asserunt: cuius sententiæ fuerunt Rayn. Cy. & Saly. hic. Rayn. Bal. sibi vbi que contrarius, Ang. item sibi diuersus, Imo. Alex. & Iac. qui hanc dicit esse communem & veriore, & in pūcto iuris, & in practica, in d. l. ex factis. Spec. d. tit. de success. ab inte. vbi supra, & seq. quoque vers. vbi & ipse Io. And. qui alterius factionis est, dicit ita tenuisse Goffr. & Albe. Gali. in sua marg. tit. de natis ex dānato coitu. And. lse. in c. naturales, & ibi quoque Iac. Alua. & Card. Alex. col. 2. tit. si de feu. fuer. contr. inter do. & agn. Alb. in rub. C. de nat. lib. col. 2. ver. q. autem nati, & in l. licet, ver. irè queritur, eo. tit. Bal. & Ang. qui dicit ita se vidisse sæpius obseruari, & Raph. in d. l. si te parēs. C. de suis & legit. Idè Bal. in d. l. eam quã, col. 8. ver. denuo dubitatur. C. de fideic. & consil. 306. casus quæstionis, circa mediū, ver. secundum morium, li. 2. & in sua marg. in verbo, legitimatio, col. 2. ver. legitimatio iam facta. Collect. in c. vlt. col. pe. ver. quid si quis legitimaui, extra de donat. Angel. in d. l. cum quis. C. de natur. liber.

liber. Ant. in d. c. per venerabilem, col. 33. & ibi etiam Pan. col. antepen. vers. sed alia quæstio, & Card. Alex. ibi, in d. §. quò autem, char. 27. versic. quæro 14. principaliter, & iterum char. seq. versic. quæro 16. Pet. Ancha. in d. c. suggestum, de deci. & ibi quoque Pano. col. 2. vers. vltimò scias, qui licet ponat casum in legitimato, tum per matrimonium, tamen videtur intelligere in omni legitimato tum per rationem qua mouetur que omni legitimato conuenit, tum per doctores quos citat, qui etiam generaliter loquuntur. Idem Petrus Ancharanus in cap. secundo de concess. præb. libro 6. Ant. Rosel. in suo tractatu legitimationis, in vlt. q. lib. 2. vbi hanc dicit esse humaniorem partem. Raph. Fulg. in d. consil. 65. in primo dubio. Ro. d. consil. 194. in vlt. dubio, vbi dicit sing. hoc procedere, etiã si in priuilegio legitimandi concessio Comiti Palatino esset illa verba, sine legitima prole, quia ea debent intelligi de prole existente tempore legitimationis, non de ea que postea nascitur. Bened. Capr. consil. 157. fuit dispensatum. col. pen. ver. nec obstat quod & tertio. Alex. consil. 138. oportune consideratis, col. 1. vers. quimo dato, li. 1. & consil. 187. videretur prima consideratione, col. 5. vers. item respondeo quod legitimatio, lib. 5. Fran. Aret. in l. humanitatis, col. 2. C. de impub. & ali. subst. Fran. Curt. senior consil. 106. clarus vir, col. 10. vers. quarto comprobantur omnia, & consil. 74. super memorata, col. 15. vers. corroboratur præmissa. Phil. Dec. qui & hanc dicit communem esse opin. consil. 258. in casu domini Franc. col. vlt. & consil. 37. viso puncto, col. pen. vers. quarto non obstat, & consil. 576. pro resolutione, col. 2. vers. & primo clarum est. Et in hanc quoque inclinare videtur Barb. consil. 49. elementissimū Deum, col. 4. vers. facit etiam ad hoc lib. 4. Et his fauet lex illa de scholis declamatorum deprompra. Notus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantum cuius: cuius meminit Quintilianus lib. 3. Institutio. Orat. cap. 8.

Legitimationis cum per facta fuerit non debet irritari.

282 Horum rationes multæ sunt, sed quas ego in octo concludam, easque pro virili confirmabo. Prima. Nam cum legitimatio perfecta fuerit, non debet irritari. l. si vt proponis. C. de confir. tut. & l. sancimus. C. de adm. tut. Nam & quæ viriliter constituta sunt, durant, licet postea cõigerit casus, à quo initium capere non potuerunt. l. pluribus, §. & si placeat, & ibi Bart. & alij. ff. de verb. oblig. & l. in ambiguis, §. non est nouum, ff. de reg. iur. & c. factum legitime, eo. tit. lib. 6. & ibi concord. & hoc maxime in priuilegiis, cuiusmodi est legitimatio. C. decet. eod. tit. lib. 6. & ibi etiam concord. Legitimatio autem cum primum facta est, statim fortitur effectū, quia facit naturalem legitimum, tanquã si ab initio esset natus legitimus. §. reliqui, in auth. quibus mod. natu. efficit sui. Ergo ex superuenienti casu reuocari, non debet, vt etiam optime probat tex. in §. tribus eo. tit. & in §. sancitum in auth. quib. mod. natur. efficit legi. vbi licet per matrimonium sequens filij naturales legitimantur ob filios in ipso matrimonio procreatos: tamen si filij in eo geniti, postea moriantur, non tamen reuocatur legitimatio, quæ iam sortita est effectum. Et ex hoc, inquit, tollitur fundamentum, quod ex d. l. ex factis, ff. de vulg. & pupil. substitit. depromunt aduersarij, quia ibi exemplaris substitutio fit in fauorem filij furiosi, cui alter substitutus fuerat. Quamquam & ad eã l. potest aliter responderi, videlicet quòd illa substitutio fit in fauorem filij, cui substitutus est. Ideo ne in eius damnū vertatur, susceptis filijs reuocatur. Legitimatio autem fit omnino in fauorem legitimi, & in damnū legitimorum. Ideo casus est longè diuersus.

Legitimationis iam quæ-

283 Secunda ratio hæc est. Nam legitimatio iam quæ sita filiis, non debet tolli factis patris matrimo-

nium postea cõtrahentis, ac alios filios procreatis nullo legitimatorum accedente consensu aut factis, per l. Stichum, §. vltim. ff. de noua. & l. id quod nostrum est, ff. de reg. iur. & ibi concord. Nec etiam debet gratia illa, vt vocant nostri, natiuitatis, superueniens in perionam liberorum postea narorum ex sequenti matrimonio, tollere vel impedire ius legitimationis ante quæsitum. c. quauis, & c. si propter, de rescript. lib. 6.

stea filius non debet tolli factis patris matrimonium contrahentis.

284 Tertia ratio. Si legitimatio reuocaretur per susceptionem liberorū, sequeretur quòd quis pro parte temporis haberetur pro legitimo, videlicet ante natos liberos legitimus: & pro reliquo tempore, id est, post natos liberos haberetur pro illegitimo, cõtra l. si tibi. ff. de adopt. vbi moribus nostris non cõuenit filium temporalem habere. & l. ideoque, ff. de manu. test. vbi non potest dari libertas ad tempus. Nec potest quis esse partim legitimus, partim illegitimus. cap. per venerabilem, versiculo præterea etiam extrà qui fili. sunt legi. Et dicit glo. in cap. cum inhibitorio, in verbo, si ambo parentes, extrà de eland. despon. id quidem monstrum esset, sicuti vt quis partim sit liber, partim seruus, per l. si duobus, ff. de statulib. Ita enim erranter allegat, sed est in l. duobus, ff. de liber. caus. cui concinit & l. si pariter, in fin. eod. tit. & l. vltim. Cod. de com. seru. manu. Et eã gl. sequitur Pau. Cast. cõf. 200. visa supra scripta, col. 2. vers. præterea notandum est, lib. 2. vbi ex ea dicit quòd legitimatio non potest fieri nisi generaliter, & quò ad omnia. Et hoc generaliter dicimus, quòd non potest diuerso iure censori. l. eū qui ædes, ff. de vsuca. & l. 1. vers. nec ratio patitur, ff. de rer. permu. & l. pater, §. si seruus, ff. de cast. pecul. & l. Titia, ff. de condit. & demõst. & c. cognoscimus, in fi. 12. q. 2. & c. cū in tua, ext. deci. & c. quia circa, in fi. ext. de priuileg. & cler. 2. de elect. cū si nec multò magis duplici iure contrario. l. ius nostrū, ff. de reg. iur. & l. 1. §. 1. C. de lar. liber. tol. Cuius ar. dicit Bal. in l. senis, in pen. q. & ibi etiã Paul. Cast. & Ro. C. qui testa. fac. poss. q. pater non potest emancipare filium, quantum ad vnum actum tantum, & sequitur Imo. in l. si is qui pro emptore, col. 1. in 2. quæst. prin. Bar. & ibi etiã Ro. col. 7. ff. de vsuca. Idem Imo. in l. tam his, §. 1. ff. de don. caus. mor. & in l. 1. §. in filij, & ibi Raph. Co. Pau. Cast. Alex. & Iac. in vtraque lect. licet Bart. ibi dubitet, ff. ad Treb. Pau. Cast. in l. qui in potestate, ff. de test. Ang. Aret. in §. præterea, col. vlti. Instit. quib. mod. ius patr. pot. sol. Alex. cõf. vltim. perlectis verbis, lib. 5. Philip. Franc. in rub. de testam. lib. 6. col. 24. vers. quarto queritur. Barb. consil. omnium primo incip. ex facris, col. 31. versic. faciat simile, lib. 1. & consil. 2. sapienter, col. pen. vers. & adduco simile, li. 2. & in tracta. de prætan. Card. in l. q. 1. q. prin. col. pen. vers. & licet ista doctrina, & D. Bened. in repe. cap. Raynutius, in verbo, matrem insuper Cleram, num. 27. extrà de testa. & Cepola. consil. causarum ciuiliū. 66. Titius procurauit, col. 10. versic. præterea etiam hoc probatur, vbi & ex hoc dicit quòd quis non potest pro parte esse legitimatus, pro parte autem non.

Adoptio non reuocatur ob filios postea susceptos.

285 Quarta ratio, non reuocatur adoptio ob filios postea susceptos, vt diximus in præced. q. ideo nec legitimatio, cum filius adoptiuus & legitimatus cõparètur, per not. in l. eū in adoptiuus, §. sed ne articulū, in gl. in verbo, tantum modo, & ibi Bal. & alij. C. de adop. & per gl. in l. ad fi. in verbo, parentū, ff. ad municip. & in l. filios, in gl. in fi. & ibi Bar. etiã in fi. C. de muni. & origi. lib. 10. & per Bart. in l. Gallus, §. nunc de lege, in pen. q. ff. de lib. & post. Signo. consil. 39. queritur nunquid. col. 2. versiculo his ita positus, & iterum consil. 218. quidam dictus Ioã-

nellus, col. vlt. Bal. in l. i. col. 2. C. de iure aur. annul. per l. i. ubi dicitur. C. de natu. liber. & idem Bal. in c. ceterum. col. pen. versum legitimitatis, ext. de iud. & in c. cum dilectus, in fi. ext. de ordi. cogni. & in addi. Spec. tit. de succed. ab intest. §. i. vers. quid de legitimitatis, in sua marg. in verbo, legitimitas, vers. 2. & 102. considerandum ad fi. l. 4. & Salyc. inter cons. ipsius consi. 17. super legitimatione, col. 2. vers. sexto induco, & yer. seq. l. 4. & Ro. cōf. 194. in proposita conclusione, in 4. dubio. & Fran. Curt. senior cons. 13. statuto Januz. & las. in l. cum filiofam. col. antepe. vers. tertio quarit. ff. de leg. 1. & Philip. Dec. cons. 150. dubitatur principaliter, col. 2. vers. sed tamen prædictis,

Plus viriū habet legitimitas quam adoptio.

286 Imò verò plus habet viriū legitimitas, quam adoptio, vt est rex. in §. tribus, vers. nostri enim patris, in auth. quibus mod. natu. effici. sui. Quod & hinc probatur, quòd in legitimatione concurrunt vtrunque ius ac vinculum, naturæ scilicet, & legis, vt est rex. in §. si quis igitur, ante fi. in auth. quibus mod. natu. effici. sui. & not. Ioā. And. in addi. Spec. tit. de succed. ab intest. ad fi. In adoptione autem alterū tantū ius inest, videlicet legis, non etiā naturæ. Ex quo planū fit, fortiore esse legitimationē quam adoptionem. arg. authen. cessante, & auth. post fratres autem. C. de leg. hæred. & auth. itaque. C. commu. de succed. & specialius in d. l. cum in adoptiuus, in prin. vbi fit mentio de eo in quē concurrunt naturalia & ciuilia iura. Ex quo not. Bal. concursū rationis ciuilis & naturalis plurimū operari, ideoque duo vincula vno esse fortiora. Quod & intelligens idem Bal. in l. neque absens. ff. de adopt. fauorabilior rem dicit esse legitimationem, quam adoptionem; cum hæc sit agnatio daturā, illa autem inhæreat naturali agnatiōi. Et idem Bal. in l. si te parens. C. de suis & legi. quod plus est legitimum esse, quam adoptiuum, quia legitimus habet naturalia primordia. Et idem voluit Petr. Anch. consi. 225. videri prima facie dicendum, col. 3. & iterum cōf. 290. in successione, col. vlt. & Anto. in c. per venerabile, col. 15. vers. secundò quia filius, extra qui fil. sunt legi. & Raph. Fulgo. cons. 65. Titius coniugem, col. 2. vers. ad secundum. & Panot. consi. 86. in quaestione quæ vertitur, col. 1. vers. & facit ad materiam, lib. 1. Alex. cons. 2. visis codicillis, col. 3. vers. non obstat, 2. arg. lib. 1. vbi & hoc allegat l. legem. C. de nat. libe. Barb. consi. 68. omnipotētem immensum, col. vlt. lib. 4. Socin. consi. 225. quaestio præsentis consultationis, col. 4. vers. præterea filius, lib. 2. vbi etiam de hoc dicit esse text. in d. §. adoptionis, in auth. quibus mod. natu. effici. sui. las. in d. l. Gallus. §. nunc de lege, col. vlt. & in l. si is qui pro emptore, col. 54. vers. tertio principaliter. ff. de v. sūca. vbi etiam ad hoc allegat text. in d. §. tribus, in authen. quibus mod. natu. effici. sui. & idem las. in l. adoptiuum, quam legit cum §. vlt. l. 2. ff. de in ius vocan. & in rubr. ff. de liber. & posthu. colum. 2. vers. confirmo, & cons. 40. absoluti aliās, col. 3. vers. non obstat, etiam dum, li. 3. & Ludo. Bolo. in addi. Mathesi. in tracta. de success. ab intest. char. 7. col. 4. in addi. incip. hæc conclusio, & in addi. consi. 10. Ana. consi. 27. longa profectione, Philip. Dec. consi. 366. pro declaratione, col. 3. vers. non obstat. quod supra. Et hoc confirmatur, quia filius adoptiuus non excludit filias ex statuto repellente foeminas existentibus masculis, vt voluit Io. Ana. cons. 27. viso casu mihi proposito, cum concord. quos videbis in gloss. suscepit liberos, vers. 11. incip. nec etiam statutum. Et tamen filius legitimus eas excludit, vt plenè dicemus in eadē glo. suscepit liberos, nu. 80. inc. quoque fit. de quo tamen vide quæ dicam in illa eadem gloss. nu. 88. & quantum multi.

267 Quinta ratio, Libertas semel collata liberto

amplius auferri aut reuocari non potest. l. Papinianus. §. vlt. cum l. seq. ff. de inoff. testa. & l. sicut. C. de liber. caus. & §. causas, Instit. quib. manu. lice. cū sim. Ergo nec legitimitas, quoniam libertus & legitimus æquiparantur. §. i. in auth. vt liber. de cæte. & §. si quis ergo non habens, iuncto §. liceat, in authen. quibus mod. nat. effici. legi. Legitimitas enim est veluti quædam species libertatis, vt dicit Bald. in l. post mortem. §. neque adoptare. ff. de adop. in 2. lect. Propterea etiam idem Bal. in c. si filij nati, in fi. tit. si de feud. fuer. cont. inter do. & agn. dicit quòd quemadmodum propter ingratitudinem potest libertus reduci in pristinam seruitutem. in l. 2. C. de libert. & eorum lib. ita filius legitimus in pristina naturalitatem sequitur & commendat Rom. sing. 224. vltimò quaritur. & id aureum dicit Fran. Cremon. no. 19. tu scis qd ex omnibus causis. & sing. las. in d. l. ex facto, col. 5. vers. tertio pro opinione. & lex hoc iure, in secundo effectu obligationis antidotalis. ff. de iust. & iure. & in l. dedi. §. idē erit, col. vlt. ff. de cōd. ob. caus. & Phil. Dec. in l. vlt. col. 6. ver. ext. gl. C. de pact. & Catel. in memor. incip. ingratitudo filij, & in alio incip. legitimitas reuocari potest. & Ferdin. Loaz. in repe. §. diui. l. filiusfam. char. 20. col. 1. vers. istam cōmunē opi. ff. de leg. 1. D. Guil. Be. in rep. Raynuius. verbo, in eodē testamēto relinquit, l. 2. post prin. ext. de testa. Quibus adde quod consuluit Raph. Co. aut quisquis alius est, inter consilius cons. 87. stante dicto statuto, col. 1. circa mediū, & iterū col. 3. post prin. qd ita libertas & legitimitas æquiparantur, qd si ex statuto non requiritur insinuatō instrumentū manumissionis, ita nec legitimationis, quia vtraque sunt paria, paribusq; iniuriis orta ac producta, vt ipse eleganter declarat.

Libertas semel collata libertas, amplius reuocari non potest.

288 Sexta ratio, Legitimitas hoc casu non potest reuocari, nisi ex præsumpta voluntate patris, quæ est huius l. nostræ ratio & fundamentum, vt latè supra diximus: voluntas autem & affectio considerantur inspecto iure naturali, & non ciuili. hos accusare. §. in omnibus. ff. de accusa. Ergo ad omnes filios par præsumitur affectio, quia natura nō facit differētiā inter legitimos & naturales. d. §. si quis verò nō habens, in auth. quibus mod. nat. effici. legi. & §. si quis ergo filios, in auth. quibus mod. natu. effici. sui. & bene etiam facit l. adoptiuus. §. seruiles, vers. vnde nec vulgo. ff. de ritu nupt. per quā dicit Petr. Ancha. cons. 225. videtur prima facie, col. pen. quòd proles naturalis habetur pro legitima quò ad naturale foedus. & Bal. in cap. quæ in ecclesiarum, col. vltim. extra de constit. dicit, quòd filius illegitimus communis est amor & natura, per d. §. in omnibus. & idem Bal. in l. i. col. 5. vers. expedita est. C. vnde vi. asserit, quòd quis sicut potest se defendere, ita & filium siue legitimum siue illegitimum, quia natura communis est, per d. §. in omnibus, nec potest, inquit, constitutio naturam immutare. nec coarctare naturales stimulos. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tutor. & facit l. 2. & 3. ff. de liber. causa, hæc Bald. Et idem econuerso, vt scilicet filius possit defendere patrem naturalem vt seipsum, tenet idē Bald. in l. cum acutissimi, colum. 2. versiculo quero quid si per statutum. C. de fideicom. per d. §. in omnibus. Dicitque eadem ratione eum qui occidit patrem aut filium naturalem, puniri vt parricidam: quod & ipsum asserit ipse Bald. Barto. & recentiores in l. parentes. ff. de in ius vocan. vbi & ipse Bald. dicit singul. text. in dict. §. in omnibus, & rursus idem Bald. in l. ius ciuile, columa 2. versiculo & illa faciunt. ff. de iustit. & iure. & in l. cum acutissimi, colum. 2. versiculo quero quid si per statutum. C. de fideicommissar. & in l. quisquis, col. 2. vers. præterea de spurio. C. ad leg. Iuliam maiest. & in ca. naturales, col. vltim. vers. quæro vtrum pater. tit. si de feud.

feud. fuer. controuers. & cons. 457. ad euidētiā, col. 2. vers. præterea sicut patri, lib. 5. vbi & eadem ratione dicit non licere alimenta denegare filiis naturalibus. & Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus, & ibi recent. ff. ad senatu. con. Trebel. & in l. Lucius. §. vlt. ff. de leg. 2.

Filius naturalis non potest vocare patrem in ius sine venia.

289 Et bene facit tex. in l. vxorem. §. codicillis. in fi. ff. de legat. 3. vbi pietas quæ proprie est parentum & filiorum, dicitur quoque de illis naturalibus tantum & text. in d. l. parentes. vbi nec filius quidē naturalis potest vocare patrem in ius sine venia, quia, vt ibi dicitur, vna omnibus seruanda reuerētia. Ex hocque dicunt Guil. Cu. Bald. & Ang. & propè omnes nihil interesse inter filium mere naturalem & legitimum in his quæ meram naturam tangūt, cuiusmodi est reuerētia & affectus naturalis. Et quod denique voluit idem Bald. in l. 1. colum. 14. vers. pone filius. C. de confess. quòd sicut pater legitimus & naturalis potest reuocare confessionē criminis à filio factam, & probare contrarium, per multa iura quæ illic allegat, ita & pater merè naturalis, cum natura sit cōmunis, per d. §. in omnibus. Et facit etiam quod scribit idem Bal. consi. 267. ad euidētiā præmitto, col. 3. vers. præterea sicut patri, lib. 3. Ne interim præmittam sapere accidisse vt naturales filios & illegitimos parentes impensius ament quàm legitimos, vt scribit Plutarch. in Parallel. cap. 42. & seq.

Legitimus per re-scriptū nihil differt à legitimo per matrimonium.

290 Septima ratio. Si filij non reuocant legitimationem factam per matrimonium, quod nemo negat, vt diximus, non debent etiam alias legitimationes reuocare, cum legitimitas per rescriptum, nihil differat à legitimo per matrimonium, vt dicit Bart. in d. l. ex facto, per text. in §. illud. in fin. in authen. quibus mod. natu. effici. legi. Et quod plus est, nihil differunt legitimi, siue per rescriptum, siue per oblationem curiæ, à legitimis, per tex. in §. sit igitur licentia, in authen. quibus mod. natu. effici. legi. & §. quoniam. in authen. quibus modis natu. effici. sui.

291 Octaua eademq; postrema ratio hæc est. Nā si legitimitas reuocaretur ex hac l. ob natuuitatē legitimitas, id fieret ex tacita conditione intellectæ in ipsa legitimatione, videlicet, si pater post eā nō susciperet liberos, vt latissimè, & multorū illustrium doct. autoritate diximus supra in præf. nostræ l. ver. 6. incipiens. hinc dicitur plerique omnes. Legitimitas autē cum sit actus legitimus, non potest recipere conditionem. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & ca. actus. eo. tit. lib. 6. & vtrouique concord.

Donatio perfecta reuocatur per naturam libertatis, donantis.

292 Sed aduerte lector optime, quoniam hæ rationes non tanti sunt pōderis nec tā vrgent, quàm prima fronte videntur, si paulò acutiùs ac penitiùs inspiciantur. Nam quantum ad primam pertinet, videmus donationem omnibus numeris perfectam & absolutam, nihilominus natuuitate liberorū donantis reuocari, vt hic dicitur, & in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. vt hinc possis facile ac manifestè intelligere, perfectionē actus nihil obesse, quò minus nostra l. locum habeat, nec iura è diuerso in illa prima ratione allegata obtinere in hoc casu. Nam etiam est admodum dissimilis ratio: primum enim hic fit reuocatio ex præsumpta voluntate eius qui actum facit; nec in illis iuribus dicitur contrarium, sed illud tantum, quòd non fit reuocatio actus perfecti ex inhabilitate & impotentia superueniente præter voluntatem disponentis: vt qui vult ea iura cum l. nostra concordare, ita possit dicere, actum perfectum non reuocari ex superueniente casu præter voluntatem disponentis, per illa iura, sed bene ex præsumpta illius voluntate, per hanc. Quam differētiā, siue distinctionem malis appellare, subtiliter vt aliis semper expendit & declarat Françi.

Aret. in d. l. ex facto, col. 5. & in d. l. humanitatis. C. de impub. & ali. substit. & Socin. cons. 226. quaestio præsentis consultationis, col. pen. vers. ista respo. sio, lib. 2. Licet sibi adscribere videatur las. qui eam posuit veluti à se compertam, vt qui nullam Aret. mentionem faciat, in d. l. ex facto.

293 Item factum legitime non reuocatur eo casu, quo censetur factum: sed legitimitas quæ censetur facta sub conditione, si pater non susciperet legitimos filios, non censetur facta quò ad effectum succedendi eo casu, quo nascerentur filij legitimi: sicut fideicommissum datum simpliciter à filio vel nepote, non videtur datum, si filius vel nepos habebat liberos. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum sim. Igitur cum hoc casu censetur facta, non tractatur de reuocatione actus perfecti, ex quo deficit conditio.

Legitimitas facta sub conditione, reuocatur per liberos legitime susceptos.

294 Quòd si dicatur, quòd in hac l. & in d. l. cū acutissimi, excluduntur extranei, quòd nō est in hoc casu, in quo excluderentur filij, licet naturales, vt respondere Imol. & alij quidā recentiores, in d. l. ex facto. Id certè est cōtra tex. in d. l. cum auus. ff. de cōd. & demon. vbi excluditur etiam filius testatoris sub stitutus per subauditā conditionem, si alter filius decederet sine liberis, vt expendit Raph. Co. ibi & Bal. qui dicit no. in d. l. cū acutissimi, col. 1. vers. quæro si pater, & ibi quoque Saly. & Pan. Cast. & Barb. in repe. col. 26. vers. nihilominus subtilissimus, & seq. vbi illum tex. dicit ad hoc sing. & etiam Ang. in l. ex facto. §. si quis rogatus, & ibi Alex. col. 5. vers. in eandē gl. ibi, ex descendētib. ff. ad Treb. Imo. & Ro. in l. si cui. ff. de don. caus. mor. & idem Ro. cons. 370. in proposita consultatione, col. 1. Pau. Cast. in l. filiusfa. §. cum quis. ff. de leg. 1. in lect. Bononiensi. & in l. cū quidā, col. 2. vers. vlt. quaritur. C. de impub. & ali. substit. & cons. 14. si contingat dictā dominam Lisam, col. 1. lib. 1. & cons. 198. super primo quaesito, col. 1. lib. 2. & cons. 309. casus iste frequenter contingit, col. 2. vers. nec ob. l. cum auus, eo. lib. 2. & A. lex. in l. generaliter. §. cum autē, & ibi etiam Io. de morte Sperel. & Corne. col. 1. & las. col. item 1. vers. vlt. tra tres extensiones. C. de insti. & substit. & idē Alex. cons. 3. circa primū dubiū, col. 2. vers. & illud effect. verum, lib. 3. & cons. 38. perspectis his quæ in themate, col. vlt. li. 6. & Franc. Aret. cons. 156. diligenter visis, col. 5. vers. ex his inferitur. & Corne. cons. 83. videtur in hac cōsultatione, col. 2. lib. 1. vbi in hoc dicit sing. dict. l. cum auus. & consi. 276. viso supra scripto themate, col. 5. vers. & inuuantur præmissa, lib. 3. & cons. 42. videri prima facie, col. 1. lib. 4. & Barb. qui illum tex. ad hoc dicit valde sing. in repe. cap. Raynaldus, colum. 23. versiculo præterea adduxi rationem, extra de testa. & consilio 61. scribitur sapientiæ scriptimò, col. 4. vers. nec videtur illud, lib. 1. & consilio 63. præclare scribitur, lib. 2. vbi illum tex. ad hoc dicit sing. & consilio 85. quòd est eiusdem initij, col. penul. versiculo capio primum, lib. 4. & Fran. Curt. senior consilio 45. statuto seu consuetudine, col. 8. versiculo quia dispositio, & iterum consi. 43. anti-quissima, col. 12. vers. non ob. secunda obiectio, & latè Socin. in dict. l. cum auus, col. 17. versiculo primum correlarium. ff. de condit. & demonst. & consi. 182. licet filia, col. 2. vers. confirmatur & secundò, lib. 2. & consi. 6. in præsentis consultatione, col. 1. vers. secundo, lib. 3. vbi hanc dicit esse communem opinionem, & las. consilio 141. Christophorus, col. 3. versiculo ad idem & fortius, & iterum versiculo quarto in fauorem. lib. 2. & consi. seq. venerabilis, col. 8. vers. nonò in fauorem, eo. libro 2. Philip. Dec. consilio 568. domina Daria, col. vltim. vers. nō obstat, quòd neptis. Carol. Ruin. consilio 131. in themate, colum. 3. nume. 4. lib. 4. & Steph. Bertran. consilio 13. viso consultationis themate, ad fin. lib. 3.

Si ex hac l. excludantur extranei, in quo excludentur filij naturales?

& Bar. Chaffe. conf. 53. ex facto, col. 2. vers. primo sic, & iterum col. 5. vers. duodecim videtur. & confi. 67. nobilis & potens, col. 5. vers. & primò ad primū. & Lud. Goza. conf. 4. prima facie, col. 4. nu. 15. Et ad hoc allegant Imol. & Ro. in d. l. si cui, & alij nonnulli gl. quam dicunt singul. in l. 1. C. de dona. caus. mort. quæ nihil de hac re loquitur.

Juramentis fauent extraneis quam filiis naturalibus quo ad successio-nem.

295 Sed tu tamen interim vide quæ dixi supra in verbo, libertis, nu. 176. incip. & sicut hæc l. vbi videbis alios diuersum tenentes. Sed hæc opin. verior est, & text. claro comprobatur, vt diximus. Sed & illud quoque quod supra diximus in prin. præced. vers. est contra iura, quæ magis fauent extraneis, quam filiis naturalibus quantum ad succedendū patribus naturalibus, quia extraneus adoptari potest in filium, & ita succedit, vt toto tit. de adopt. filius autem naturalis adoptari non potest, vt succedat. l. legem. C. de nat. liber. & §. & nos nō latuit, in auth. quib. mod. natu. effi. leg. & §. generaliter, in auth. quib. mod. natu. effi. sui. Itaque si subintelligitur cōditio ad excludendum extraneum, debet magis subintelligi ad excludendum naturalem.

296 Nec videntur valere responsiones, quæ in lo lo dantur ad d. l. ex facto, quia quantum ad primā, licet ante mortem filij furiosi, cui substitutio facta est, & cuius ideo ipsa substitutio censetur, testamentum, non dum fuisset sortita effectū ante mortem ipsius: tamē potestas reuocandi nō erat penes ipsum, sed penes patrem substituētē. Igitur post mortem patris fuit quæsitum ius irrevocabile substituto, licet conditionale, si furiosus præmoreretur in furore. Nam & in l. nec fratrum. C. de don. dicitur quod quando filius donat causā mortis consentiente patre rem ipsius patris, attenditur quod ad confirmationem donationis mors patris, & non filij, quia ipse est qui reuocare potest. Similiter ergo hic videtur ius quæsitum filio legitimo in vita patris; habet enim in hereditate paternā ius in spe, per tex. in l. nec ei. §. vlt. ff. de adop. & not. per Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Igitur sicut superueniētia, vt ita cum nostris loquar, liberorum excludit vnum casum, ita & alterum. In refellenda autem secunda responsione diutius non immorabor, quando & iis qui eam partem sequuntur, pro qua est adducta, non placeat, Alex. dico in d. l. ex facto, & Franc. Aret. in d. l. humanitatis.

Conditione vacua deficiente, deficiunt & ceteri actus.

297 Non obstat etiam secunda ratio, qua dictū est legitimationem iam perfectam & consummatam non esse reuocandam ob factum ipsius patris naturalis postea matrimonium contrahentis, & ex eo liberis procreantis. Nam si ea ratio esset alicuius momenti, idem dici posset de donatione etiam perfecta, scilicet eam non posse reuocari factō donantis postea filios procreantis; quod ex diametro est contra casum l. nostræ. Idque fit ob conditionem tacitam & subintellectam, qua deficiente deficiunt & ceteri actus.

Legitimatione potest quæ quoad quædam tantum.

298 Tertia quoque ratio non magis vrget, quoniam ab initio quis legitimi potest, quod ad quædam tantum. §. filium. & §. seq. in auth. quib. mod. nat. effi. legi. vbi etiā dicitur quod legitimatus per oblationem curiæ, quod ad quædam habetur pro illegitimo, sicut ibi not. Ang. & c. innotuit, extra de elect. & per Host. An. & alios, in c. per venerabilem, extra qui fil. sunt legi. Bar. in l. quæsitum, ff. de acq. hæred. in lect. anti. Rom. in l. qui superstitis, eod. tit. & in l. pactum, C. de colla. Franc. Cre. not. 16. incip. pater potest, cum aliis multis coneor. congestis ab Alex. Iaf. & Philip. Deci. in d. l. pactum. & c. Alex. consi. 25. circa primum dubium, col. 3. vers. accedit ad prædictorum confirmationem, lib. 1. & confi. 30. iuxta ea quæ alijs, lib. 3. & Fran. Curt. seniore cōsi. 16. clarus vir, col. 3. & iterum confi. 74. super memo-

rata, col. 7. & ipso Iaf. in l. 1. col. 12. vers. pro hac eadē parte. C. de iur. emphy. Apud quos etiam reperies legitimationem ita fieri posse, vt legitimatus vel non, succedat omnino, vel succedat in certa re tantum; quod huc maxime pertinet. sed de hoc postea etiam dicemus vers. 319. inci. Ideoque.

299 Sicuti etiam emancipatio, de qua & in ea 3. Emancipatio locuti sumus, potest fieri quo ad quædam tantum, ex sententiā Oldra. consi. 26. cuius caput est, pater consentit filia. & Ioā. And. illius discipuli, qui ne latum quidem digitum ab eo ferme discedit, quanuis rarissimè eum memorer, in addi. Spec. tit. de instru. edit. §. porro, vers. quid si filia familiæ & Fran. Aret. qui multum commendat dubitans tamen, in l. placet. ff. de acquir. hæred. & in l. qui in potestate, col. vlt. ff. de testi. Cep. caut. 113. incip. filius, a. vers. dixi in præsentī, & iterum caut. 147. hoc exordio, est magna quæstio, vers. de iure communi. & Georg. Nat. in repe. c. 2. col. 2. vers. quartò facit, de padis, lib. 6. Et dicit Imol. qui contrariam sententiā sequitur, in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. vidisse se consilia excellentium doct. ita tenentium, & est optimus tex. in l. si ab eo, vbi not. Ang. C. de legi. hære. Et hæc sententiā haud dubiè obtinet, cum id fit ex legis dispositione, quæ potest facere, vt quis sit in patris potestate, vel sit legitimatus quantum ad aliquid tantum, vt aperte probatur ex iuribus in præcedenti vers. allegatis, & voluit etiam Barb. qui alterius est sententiæ, ita tamen vtranque concordans, in tract. de prest. Car. in l. q. quæst. 1. q. prin. col. pe. vbi & alia iura allegat. Hoc autem de quo tractamus, vt scilicet quis sit pro parte temporis tantum legitimus, faceret l. nostra legitimationem reuocans.

Adoptio non reuocatur per natiuitatē liberorum naturalium.

300 Quarta ratio de adoptione ex eo facillè refellitur, quod diximus supra in responsione primæ rationis, quia magis fauente extraneo adoptato, quantum ad successiōnem patris adoptiui, quàm naturalis ipsius liberis, qui adobrari non possunt vt succedat, vt ibi diximus, & probauimus. Propterea nihil est quod mirari debeamus, si adoptio non reuocetur per natiuitatem liberorum naturalium & legitimorum, legitimationem autem reuocetur.

Libertas auferri nō potest sine iusta causa.

301 Quinta item ratio non concludit: tum quia quod dictum est, libertatem auferri non posse, intelligitur sine iusta causa, vt cauetur in multis ex illis ipsis iuribus ibi allegatis. Hæc autem causa reuocandæ legitimationem, admodum iusta est & legitima, per hanc l. & similia iura. Tū quoque quia libertas est multo fauorabilior, quàm legitimitas. Illa enim inter pias causas, quibus nihil fauorabilius est, annumeratur. l. 1. §. vlt. ibi, ad hanc rationem pietatis, & ibi Bald. C. de commu. seruo. manu. & in l. contra voluntatem, ibi, iura pietatis. C. de testa. manu. & voluit Bart. in l. si cui annuum, post princ. ff. de annu. legat. cum alijs multis cōcor. à me latè congestis in nostris commentarijs consuetudinum tit. 16. §. 1. in gl. vlt. paulò ante si. Imò & ceterarū omnium piarum causarum fauorabilissima, vt plene dicemus infra in 17. quæstio. quæ hæc sequitur. Legitimitas autem non pia causa est. Itē libertas non impeditur propter existentiam liberorum legitimorum & naturalium, vt videre licet in d. l. Papinianus §. vlt. & l. seq. ff. de inoffi. testa. Legitimitas autē impeditur §. illud, in auth. quib. mod. natu. effi. sui. Ex quibus aperte conspicitur, non semper, nec in omnibus pares esse libertatem & legitimationem, nec rectè ab illa ad hanc argumentum duci. An autem reuocetur libertas ob natiuitatem liberorum ex hac l. dicam in d. seq. q. vbi & alia quædam huc pertinentia dicemus.

302 Sexta ratio, quæ astruit eundem parentū affectū & amorem in naturales, qui est in legitimos, posset habere locū, si natura ipsa māsisset in illa sua pri

Ad arimonia spem libidinis pasci solent vnde delectu vnde gemitibus apposuit.

prima libertate variæ libidinis, nec fuisset quibusdā vinculis, limitibus, cancellis coercita ab ipsamet natura progredientibus, id est matrimonio, quod frenum libidinis pascim ac sine delectu vagantibus apposuit, & iniecit. Nam postea quàm ius gētium ac ciuile disposuit, ne succederet filius ancillæ cum filio vxoris, Gene. 21. cap. & ad Galatas 4. & repetitur in c. dicat aliquis. 32. q. 4. vt interim omittam quæ Romanorum legibus in eam rem constituta sunt. C. de natur. liber. per totum. certè affectio paterna censetur iis iuribus velle se conformare, vt etiam anteponat legitimos simul & naturales merè naturalibus, per not. per Bart. in l. hæredes mei. §. cū ita. col. 1. vers. & aduerte quod requiritur. ff. ad Trebel. cum concord. ibi adductis per Alex. & recetiores, & quos multos tibi colligemus in verbo, susceperit liberos, vers. 101. incip. sed illud hic quæro.

Cogitare quisque id presumitur, quod lex disponit.

303 Ex quibus vnum hoc adscriperim huic loco accommodatissimum, quod dicit Bald. in l. precibus. col. antepenultim. vers. procedo vterius. C. de impub. & ali. substit. quod quis præsumitur cogitare id quod lex disponit, arg. l. si duo. ff. de acquir. hæred. Et hinc videmus in casu nostræ l. cuius ratio est illa præsumpta voluntas donantis, qui si cogitasset de liberis, non donasset, ideo censetur donasse, si liberos postea non susceperet, quod ea non procedit in filiis naturalibus postea natis, vt dicemus in dict. gloss. susceperit liberos, vers. 36. incip. sed & quod naturales: ranquam scilicet non censetur illos voluisse reuocare, etiam si de illis cogitasset. quod non ob aliud est, quàm quod lex eos hic non considerat, propterea nec pater considerat, nec eorum rationem habuisse censendus est. nec enim etiam alijs in dubio quis intellexisse videtur de filiis naturalibus. l. vlt. ff. de iure dot. quia nec lex quoque de illis in dubio intelligitur. l. generaliter. §. cum autem, in fin. Cod. de instit. & substit. quæ loquitur in casu non admodum nostræ l. dissi. mili.

Legitimatione qua fit per matrimonium est ceteris multo fauorabilior & efficacior.

304 Septima ratio non valet, quia multò maior est ratio, cur legitimitas quæ fit ex matrimonio, nō reuocetur per filios postea susceptos, quàm quæ fit alijs modis, quoniam præsumitur quod propter affectionem filiorum naturalium natorum ante matrimonium pater ducat matrem ipsorum, vt dicit tex. in gl. & l. cū quis, & in l. nuper, C. de nat. libe. & in §. vlt. in auth. quib. mod. nat. effi. legi. & in §. tribus, in auth. quib. mod. natu. effi. sui. Et huiusmodi legitimatione per matrimonium est multò ceteris fauorabilior, & efficacior; plusque roboris habet & ponderis, vt patet ex multis, quæ latè congestimus in nostro tractatu de iure primigenio. q. 34. Et si res ita ita habet, vt in quibusdam nihil differant ceteri legitimati à legitimo per matrimonium, imò nec à legitimo quidem, vt dictū est in ea septima ratione hoc certè tantisper obtinet, dū durat legitimitas, vel eo tantum casu quo ceterum fuisse facta. At hic autem resolutur ipsa legitimitas, aut in hunc casum non censetur fuisse facta, per l. nostram.

305 Denique octaua eademque postrema ratio nihil facit, quoniam legitimationem posse fieri sub conditione, præsertim ea conditione, quæ hic subintelligitur, videlicet si pater legitimos & filios naturales non susceperit, non incertè est opinionis: nā in expressè consuluit & eleganter probauit Raph. Co. consi. 98. supposito tenore, cui subscripsit Pau. Cat. ibi. multa que vterque in eam sententiam allegat, vt cuique videre licet, & idem Pau. in rub. C. de iure aur. annullante si. & Phil. Dec. in l. si super, in 2. not. C. de transact. Quibus & illud adducere potes, actus legitimos, conditiones intrinsecas & legales, cuiusmodi ista est, recipere, vt dicit Bal. in l. si quis à cetero, vers. opponitur quod acceptilatio. ff. de cōd. ob caus. & in l. 3. ff. de leg. 3. & in l. cum iudex. C. de

senten. & Rom. conf. 401. vt declarationem, col. 2. cum concor. allegatis ab Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione, col. 5. vers. quarta solutio. ff. de re iudic. 306 Hæc sunt quæ pro vtraque parte aut iam adducta sunt, aut adduci possunt, Verum antequam vterius progrediamur, nostrumque iudicium interponamus, illud sciendum est, eos quos supra pro posteriori opini. citauimus, diuersimodè locutos fuisse. Nonnullos enim simpliciter dixisse legitimos succedere patri, etiam si ei nati fuerint filij legitimi post legitimationem. Alios item simpliciter legitimationem nō reuocari, nulla distinctione facta, fueritne legitimitas facta per matrimonium, an per rescriptum, an per oblationem curiæ. Alios verò discrimē fecisse inter eā quæ fit per rescriptum, & eā quæ fit per oblationem (de alia quæ fit per matrimonium, taceo, quia iam supra de ea diximus in prin. huius quæstionis.) Illam enim quæ ex rescripto est, negat reuocari, sicuti nec eā quæ ex matrimonio, cum parem vim habeant, per d. §. illud, in fin. in auth. quib. mod. natu. effi. legi. Istam autem quæ fit oblatione curiæ, reuocari voluit Bar. qui tamen dubitāter loquitur, in d. l. ex facto, & ibi quoque Ang. quod & videtur voluisse Roma. d. consi. 194. & Dec. d. cōsi. 307. quos ideo hic autores laudauimus, quia vix alios reperias.

Legitimatione ex rescripto non reuocatur.

Legitimatione ex rescripto, ex Baldi sententiā, fieri non potest extantibus liberis legitimis.

307 At solus omnium, nisi nos fallat memoria, Pau. Cast. in d. l. ex facto, contra omnino asserit legitimationem per rescriptum reuocari. illa enim fieri nō potest extantibus filiis legitimis & naturalibus, si id principi dissimuletur. d. §. si quis verò non habens, in authen. quibus mod. nat. effi. legi. & dict. §. illud, nuper alleg. & supra alibi diximus, & paulo post quoque dicemus. Per oblationem autem fieri potest, §. si quis igitur fuerit, & §. seq. eo. tit. Ex quo patet legitimationem hanc plus habere roboris, præsertim respectu filiorum legitimatorum. Et ideo sicut nati illam impediunt, ne fiat: ita factam facilius reuocant. Huic autem nihil obstat, & ita etiam non reuocant. Sed ad hanc rationem quidam respondent facilius impediri faciendum, quàm factum reuocari. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui vel alien. iur. Nam & ex Ouidij sententiā lib. 5. de tristibus, eleg. 7.

Turpius cūctur, quàm non admittitur hostes.

308 Quæ nuncupatim auctoris nomine suppresso citatur in c. quædam modū, extra de iure iur.

Auctoris ea de re opinio.

308 Quocumque me verto lector cādidiissime, est cælū vndiq; & vndiq; pontus, nec satis video in tāto tāq; turbulento fluctu opinionū, ne ventorū dicā, dextrorsumne, an sinistrorsum nauis ducēda sit, quò in portum satis tutum conferre nos possimus. Si tamen in dubijs sententiā libera cuique est, ego in hac re ita dicendum puto. Quod si pater & princeps legitimans cogitarint de filiis ipsius patris legitimis, non reuocatur legitimitas per liberorum susceptionem, succeditque legitimatus cum postea natis. Et hoc membrum, vt appellamus, minimè dubiū est, per ea quæ supra in princ. huius l. diximus, in vers. 63. incip. ex quo fit quod si donas cogitaret. & multis seq.

309 Si verò non cogitauerint, id quod verissimilius est, nisi pater ita rem ipsam narrauerit, vt possit conitare, ipsum posse ducere vxorem, & procreare liberos: tunc certè non succedunt ita legitimati cū legitimis natis ante vel post donationem, per iura & rationes supra post princ. huius quæstio. allegatas, atque etiam per tex. in §. si quis ergo, circa medium, in auth. quibus modis natu. effi. legi. & in §. illud, ibi, quid enim si ad sacerdotium, in auth. quibus mod. natu. effi. sui. Quibus satis viderur, quod tum demum possunt legitimi naturales per rescriptum, quando ille qui petit eorum legitimationem, est

destitutus omni spe procreandorum liberorum. Si ergo Imperator legitimans hæc ignorauerit, red- ditur rescriptum subreptitum, quia si fuisset ex- pressum, verisimiliter princeps non concessisset, cum id expressè prohibeatur de iure communi, præsertim in aliorum præiudicium, arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub.

Legitima- tio facta per rescri- ptum prin- cipis igno- rantis exta- re legiti- mos libe- ros, an va- leat.

310 Sed facta non esse à iure constitutum, sed il- lud tantum, quod nuper diximus, non valere legi- timationem factam per rescriptum principis igno- rantis liberos legitimos extare, vt præter Pau. Castr. in d. l. ex facto, supra à nobis citatum, voluit Ioan. And. in addit. Spec. tit. de success. ab intest. §. 1. vers. item scias. Iacob. Bel. in §. & quoniam, in auth. quibus mod. natur. effici. sui. Saly. in auth. item si quis, C. de natur. liber. Petr. Anch. conf. 24. ex teno- re priuilegij, col. 1. Ant. in c. per venerabilem, col. 13. vers. credo tamen quod non valeret; & ibi etiam Iacob. Zochi. col. 10. & Panor. col. 6. vers. his præmis- sis, ibi, per hoc etiam dico, extra qui filij sunt legi. & idem Anton. conf. 2. repetito cõf. 49. visis literis, post princ. & Raph. Co. conf. 116. Innocentius, col. 2. Ro. conf. 194. in proposita conclusione, in 2. dubio. Mart. Laud. in sua disputatione, incip. Augerius Seio, in qua posuit tractatum legitimatationis. Pau. Cast. in l. Gallus §. & quid si tantum, col. pen. vers. sed aduerte, & ibi etiam Fran. Aret. col. ante pe. vers. sed queritur pro pleniori. ff. de liber. & posth. & idè Pau. conf. 180. super eo quod primo loco queritur, quis succedat, col. 2. & 3. lib. 1. & conf. 22. visis om- nibus quæ narrantur, in prin. lib. 2. & conf. 34. super primo dubio videtur, col. 2. vers. secundò principa- liter, eo. lib. 2. & conf. 429. præsupposito, col. 2. eod. lib. 2. & Alex. conf. 25. circa primum dubium, col. 3. vers. fortificatur, lib. 1. & conf. 66. consideratis, his col. pe. vers. ad idem adduco, eo. lib. 1. & conf. 60. vi- fa legitimatatione, col. pe. vers. tertia ratio, lib. 2. & Franc. Aret. conf. 166. eodemque pe. magnifici & ex- celsi domini, col. vlt. & Barb. conf. 9. illud in mediū referam. col. 4. vers. vnde est inter docentes, lib. 4. & conf. 49. clementissimum Deum, col. 1. & seq. eod. lib. 4. & Nico. Peru. in tract. succes. ab intest. char. 8. col. 1. vers. sed nunquid requiratur. Corn. conf. 34. in hac quidem, col. 1. vers. & quod legitimatio, lib. 1. & latè conf. 93. primo aspectu, col. 3. vers. primò & principaliter, & multis seq. lib. 2. Franc. Curt. senior conf. 19. visò priuilegio, in 3. dubio. vbi adducit alios concord. & iterum conf. 35. iustato, seu in capitulis, col. 9. vers. & ideo exprimere, & seq. Cui adde Ce- polam conf. i. casarum civilium. 66. eodemque vlt. tunc procreauit, col. pen. vers. circa septimum. & Card. Alex. qui etiam aduert. concor. in d. ca. per ve- nerabilem §. quod autem, col. 15. vers. & licet non requiratur, & Phil. Dec. conf. 52. visò eleganti conf. in fi. & conf. 85. cuius super rescripto incipit, de gra- dibus, col. pen. vers. tertio queritur, & conf. 288. queritur in effectu, col. 2. vers. secundò non obstat, & conf. 307. visò puncto, col. 2. vers. vnde nõ obstat, & col. 3. vers. secundus casus, & conf. 392. queritur an filia legitima, col. 3. vers. sed tamen his non ob- stantibus, & conf. seq. consulti, col. 3. vers. & hoc cõ- firmatur, & Steph. Bertr. conf. 112. visis quibusdam, col. 4. nu. 28. lib. 2.

Legitima- tio qua sic consentien- te patre est valida.

311 Nec aliquem reperi qui diuersum sentiat, præ- ter Fed. Senen. conf. 57. videtur mihi quod in pri- uilegio. Bald. conf. 36. an pater qui dicit, lib. 2. & Iaf. conf. 110. contra legitimatationem, col. 3. moueor in primis. lib. 4. Guido Pap. conf. 176. pro diffinitione, col. 2. vers. plus dico, vbi dicit quod cum patre vi- uente & consentiente fit legitimatio, non est ne- cesse fieri mentionem liberorum, & allegat Bart. in d. §. & quid si tantum, col. vlt. Sed is admodum fallitur nam Bar. non id dicit, ad quod cum allegat.

sed illud tantum, quod cum fit legitimatio patre viuente & consentiente, non opus est citari liberos legitimatos. quod longè diuersum est.

312 Igitur vt reassumam, si id verum est, vt non valeat legitimatio facta rescripto principis ignora- tis liberos legitimos extare, vt certè verum est; id fanè satis est ad probandum quod asserimus, tum quia si ab initio non valet legitimatio, ob existen- tiam, vt vocamus liberorum, de quibus non est fa- cta mentio: consequens est eam reuocari, si postea suscipiantur liberi, de quibus non fuit cogitatum, arg. l. in tempus. ff. de hæred. insti. & l. eum qui. ff. de iurisdic. omn. iud. cum siml. aggregatis in nostro tractatu constituti possessorij, in 3. parte nu. 3. & seq. quibus plenè probatur nihil referre alicui fieri tẽ- pore prohibito, aut id ipsum cadere in tempus pro- hibitū. Tū quod est multò efficacius specialiusq; ad casum nostrū pertinet, quia paria sunt ad prætu- mendum deesse voluntatem excludendorum libe- rorum, disponentem ignorare liberos extare, & li- beros post dispositionem nasci, vt clarè probatur in l. qui iure militari. ff. de testa. mili. & in l. si cū vel in vtero. C. de testa. mili. & latè diximus supra in ver- bo, filios non habens, in vers. 15. sed & illud. Igitur quemadmodum existentia liberorum ignorata im- pedit, nõ taliter legitimati succedant, ita & sequens natiuitas debet impedire. Quod si quis dicat eam l. qui iure militari, & similia iura loqui, quando di- spositio non est perfecta, quia adhuc viuere testa- tor: huic confestim responderi potest quod supra diximus in responsione primæ rationis, perfectio- nem actus in hoc casu non considerari per hanc l.

De eadem re.

313 Ad hæc gratiosum rescriptū principis ita de- bet interpretari, vt minus lædat ius cõmune, quàm fieri potest modò possit aliquid operari, vt probat- ur in dict. l. ex facto, & in cap. pastoralis, in prin. extra de appel. cum simi. Satis est ergo quod prin- ceptus qui cõcedit gratiam illi de quo spes est quod possit procreare liberos, videatur eam concessisse contra ius, quod prohibet isto casu rescriptum cõ- cedi, vt supra diximus. Sed vt minus lædatur ius cõ- mune, ita debet intelligi rescriptum, vt videatur fa- cta concessio in casu minus præiudiciali, scilicet cū filij non nascentur.

Principis rescriptū ita debet interpreta- ri, vt non lædat ius cõmune.

314 Præterea præsumpta causa huius priuilegij, scilicet legitimatationis, est defectus, siue carentia, vt nostri loquuntur, liberorū legitimorum & naturalium, vt satis constat ex iis quæ diximus. Ergo illorum superuentus illam reuocat: nam cessante causa priuilegij, cessat priuilegium. l. cura §. defici- tium. ff. de iure immunit. & l. Titia Seio §. v. furas, & ibi glo. & Bar. ff. de leg. 2. cum aliis multis simili- bus, à melate collectis in eo tractatu, cui titulum fecimus, cessante causa cessat effectus.

Cessante causa pri- uilegij ces- sat priuile- gium.

315 Denique ne tu lector optime existimes hanc quam diximus distinctionem, nunc primum me excogitasse, ne somniasse dicam, ita expressè secu- dum eam consuluit Bald. à nullo eorum qui eam rem tractarūt, quos viderim, memoratus consilio 306. cuius est exordium, casus huius quæstionis ta- lis est, A. coniugatus, col. 2. in 2. dubio, libro item 2. vbi tamen nihil allegat, sola sua ipsius autoritate cõ- tentus, vt sæpe alias. Er idem tamen voluerunt Pau. Castr. & Fran. Aret. in d. l. ex facto, ante fin. & rursum idem Pau. & Corn. in d. l. si te parens. C. de suis & legitimis.

De eadem re.

316 Sed hoc ita intellige, vt tunc reuocetur legi- timitas, cum non fuit cogitatum de liberis, ad eum tantum finem, vt non succedat legitimatis cum liberis, vt etiam diximus. Neque enim reuocabitur quantum ad statum personæ, quæ admittatur ad honores & magistratus, & alia naturalibus interdita, cum hoc nõ tẽdat in præiudicium legitimorū: & ideo

Legitima- tio non re- uocatur quærum ad statum personæ.

& ideo cessent omnes rationes quas supra adduxi- mus, quæ tantum respiciunt commodum & incõ- modum liberorū. Et ita expressè voluit Pau. Cast. in d. l. ex facto, & iterum conf. 22. hoc capite, visis omnibus, col. 2. lib. 2. & Iaf. in l. tale pactū. §. vlt. col. 2. vers. item per istum tex. ff. de pactis. & Bene. in re- pet. c. Raynutius, in verbo, & vxorē nomine Ade- lasiam, nu. 189. de testa. Nam & in simili, si quis filius naturalis fuerit legitimatus, nulla facta mentione aliorum filiorum legitimorum, tamen si dicitur hu- iusmodi legitimatio non valere, vt latè diximus su- præ, nu. 310. tamen & id intelligitur, vt faciat præiudicium filiis legitimis. nam in cæteris valet legiti- matio, vt expressè dicit Card. Floren. c. per venera- bilem, col. 13. vers. ego dico, & ibi quoq; Car. Alex. in §. quod autem, col. 13. vers. reuocatur nunc, extra qui filij sunt legit. & Caro. Rui. conf. 88. quia Mat- thæus, col. 3. vers. quia igitur, lib. 3. Et ita quoque sensisse videntur ij qui simpliciter negant huius- modi legitimatos succedere cum legitimis postea natis, nulla facta mentione de reuocatione ipsius legitimatationis.

Effectus succedendi licet tollatur, remanet tamen legitima- tio integra & perfe- cta.

317 Nec id quidem absurdum videri debet, cum effectus succedendi sit separatus atque distinctus ab ista legitimatatione personæ. Quod hinc videre licet, quod licet tollatur effectus succedendi, rema- net tamen legitimatio integra & perfecta, vt con- sultuit Socin. conf. 246. eleganter & subtiliter, col. 3. vers. secundò prima legitimatio, lib. 2. quod & re- petitur inter conf. Franc. Curt. senioris, conf. 18. eius- dem initij: & ipse etiam Curt. conf. 74. super me- morata, col. 17. vers. secundò respondemus, & Phil. Dec. in l. solet, col. 2. vers. & vltimus. ff. de iurisdic. omn. iud. & in l. pactum, col. 5. vers. & vltimus con- siderandum est. C. de collat. & conf. 258. in casu do- mini Francisci, col. vlt. vers. non obstat quod suc- cessio, & conf. 264. reuocantur in dubium, col. 3. vers. secundò alia ratione, & conf. 366. pro declara- tione, col. 2. vers. quartò concludunt. Nam & ius ip- sum succedendi à filiatione discretum est, & separatum, vt not. Bar. in l. is potest, col. 2. vers. est & aliud, & ibi post eum Pau. Cast. Fran. Arc. Iaf. & alij. ff. de acquir. hære. & idem Pau. Cast. conf. 304. pri- mum dubium de quo queritur, col. 4. paulò ante fi. 1. dubij. lib. 1. Alex. cõf. 4. ponderatis, col. vlt. lib. 1. & Franc. Cur. senior conf. 74. super memorata, col. 2. & Carol. Rui. conf. 86. attenda, col. 2. nu. 5. lib. 3. & conf. seq. col. 4. nu. 6. eo. lib. 3.

Agnatio per renun- tiationem nõ tollitur à radice, licet tollatur à successio- ne.

318 Quod & hinc patet, quod filius potest renun- tiare successioni patris viuētis. c. quamuis, de pa- tris. lib. 6. & tamen non desinit esse filius. Ex quo etiam dicit Bal. in auth. in successione, circa mediū, in vers. vltimò queritur. C. de suis & legi. quod re- nuntiatione agnatio non tollitur à radice, licet tol- latur à successione, per Lius agnationis. ff. de pactis. Sicuti etiam ius cognationis ab ipsa cognatione est seiunctum, vt ex eo patet, quod ius ipsum cog- nationis tolli potest, vt not. gl. in §. quod autem, Instit. de cap. dimi. Bal. in Lius naturale, in priori le- ctio. col. vlt. ff. de iustit. & iure. & Rom. conf. 82. quò ad id de quo queritur, non autem ipsa cognatio. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & l. abdicatio, cum glo. C. de patr. po. & no. in d. l. ius agnationis. ff. de pact.

Legitima- tio ea lege fieri potest, vt legiti- mus non succedat simplici- ter.

319 Ideoque legitimatio ea lege nuncupatum fieri potest, vt legitimatus non succedat simpliciter, vel non succedat æqualiter cum cæteris filiis legitimis, vt voluit Io. And. in addit. Spec. tit. de succes. ab in- test. §. 1. vers. sed ex facto queritur, & Ang. & Paul. Castr. qui hanc appellat dispensationem. in l. si ab eo, per illum rex. C. de legi. hæred. Ant. in c. per venerabilem, col. 1. & iterum 30. vers. sed est dubium an pater, ibi Iac. Zoch. col. 4. extr. qui filij sunt legit. Pau. Cast. qui ita dicit se & Ray. Forl. consuluisse, in

d. l. pactum, col. 2. vers. & eadem ratione queritur, & ibi etiam Alex. col. item 2. vers. facit etiam, & Cor. col. pe. vers. sexto limita, & Phil. Dec. C. de col- lat. & idem Ray. & Pau. Cast. in l. solet. ff. de iuri. d. omn. iud. Rom. & Fran. Aret. in l. qui superstitis. ff. de acq. hære. Cepola conf. casarum civilium 61. or- ta iam diu, col. vlt. Alex. in l. 1. §. in filij. ff. ad Trebel. & conf. 25. circa primum dubium, lib. 1. & conf. 30. iuxta ea quæ alias, lib. 4. & cõf. omnium postremo, lib. 5. & Soc. d. conf. 246. in prin. & Fran. Cur. senior. d. conf. 74. col. 7. vers. circa quem passum, & Franc. Cre. no. 16. incip. pater potest legitimare, & Iaf. cõf. 162. in causa contradictonis, col. 1. lib. 1. & Phi. Dec. conf. 257. queritur an legitimatus, in prin. & Step. Bert. conf. 169. existimo, nu. 7. lib. 2. & Geor. Nat. in repet. c. quamuis, col. 2. vers. fallit secundò, de pact. lib. 6.

Legitima- tio quando reassumatur effectus suc- cedendi.

320 Nec illud prætereundum putauimus, quod præterea sing. dicit Paul. Cast. d. conf. 22. lib. 2. quòd si legitimus post legitimatationem natus postea mo- riarur viuente patre, legitimatio reassumit effectū succedendi ac si talis filius natus non fuisset, arg. l. posthumus, in prin. ff. de inof. testa. Si enim tunc re- conualescit testamentum, quod eius natiuitate suc- rat omnino ruptum, vt ibi dicitur: fortius legiti- matio, quæ non rupta est, sed tantum perdidit effectū succedendi cum legitimo, ne illi fieret præiudicium, illum effectum recuperare debet cessante ea causa. Imò fortius dicit ipse Pau. quòd si is filius legiti- mus moriarur post mortem patris, antequam suc- cesserit, aut transmiserit ad alium, etiam tum recu- perat legitimatus huiusmodi effectum succedendi, arg. l. 2. §. sed si sint. ff. ad Tertul. Licet secus sit in re- stamento, per l. si filius in potestate. ff. de liber. & posthu. Hæc Paul. Et facit quod idem ipsa tradit, conf. 34. super primo dubio videtur dicendum qd legitimatio, col. 2. vers. secundò principaliter, lib. 2. Sed tu vide hinc quæ dicam infra, in gl. in verbo, sus- ceperit liberos, nu. 225. incip. tertio intelliges quod diximus.

Quæ pro- cedunt in legitimato per rescri- ptum, ead- dem proce- dunt in legi- timato per oblatio- nem curiæ.

321 Hæc quæ diximus de legitimato per rescrip- tum, arbitror & in legitimato per oblationem curiæ procedere, siue quis seipsum obtulerit, siue à patre oblatu fuerit. Nam primo casu non potest quis seipsum offerre vt legitimetur, existentibus legitimis, §. si quis igitur fuerit, & §. seq. in authen. quib. mod. natur. effici. legit. Et ideo locum habent omnes rationes quas supra attulimus in legitimatatione per rescriptum. Legitimatio autem quæ fit per oblationem patris, licet in hoc cæteras vincat, quòd potest fieri existentibus legitimis, vt cauetur iisdem iuribus: tamen non hinc propterea sequi- tur, quòd ea non reuocetur ob liberis postea sus- ceptos, quatenus cedit in eorum præiudicium. nam videmus in casu l. nostræ, quod licet pater habens liberos donare possit: tamen si quis non habes doner, reuocatur donatio susceptis postea liberis ob præsumptionem & verisimilem mentem donatis. Ita quoque cum hinc verisimile sit patrem carentē liberis legitimis hanc oblationem fecisse, qua legi- timaret filium naturalem, quoniam legitimis care- ret, vt supra diximus in legitimatatione per rescrip- tum: certè qua ratione alia reuocantur quò ad sic- cessionem per superuentum legitimorum, eadem & hæc quoque. Et ita nuncupatum tenet Fran. Arc. in d. l. ex facto, col. 6. vers. circa tertium. ff. de vulg. & pupil. motus hac ratione, qd licet pater habens fi- lios legitimos, possit tamen per oblationem curiæ legitimare filios naturales: tamen si ignoret se legi- timos habere, non videtur illis voluisse præiudi- carum iri, sicut diximus in exheredatione, in l. Ti- tia. in prin. & quod ibi not. Bar. ff. de libe. & posthu. Et similiter in prouisione quam facit testator filiis.

in l. si quis ita §. pe. ff. de testa. tutel. & quod no. Bar. in l. qui filiabus. ff. de lega. 1. Ergo nec nasciturus quoque censetur velle praesudicium fieri, per d.l. qui iure militari. ff. de testa. mil.

Declaratio prece-dentium.

322 Attende lector. Vis ut totius rei summam breuiter contraham, quæ scilicet supra tam longis verborum ambagibus comprehendere intelligimus, quod & tu facilius omnia intelligas? Hæc sanè summa omnium est. Legitimitas quæ fit per sequens matrimonium, nullo modo reuocatur per liberos postea natos, siue quantum ad effectum succedendi, siue quantum ad alios. Sed nec aliæ legitimaciones, quæ videlicet fiunt aut per rescriptum, aut per oblationem curiæ, reuocantur natiuitate liberorum legitimorum, quantum ad statum personæ, quin ita legitimitas admittantur ad honores & cætera naturalibus interdicta: verum reuocantur quantum ad effectum succedendi, nisi princeps & pater cogitarint de liberis nascituris. Tamen si filij postea nati moriantur viuente adhuc patre, aut etiam eo mortuo antequam successerint, aut ad alios transfuerint, legitimitas hunc effectum veluti postliminio quodam recuperant.

Libertas data seruis extrum reuocatur ob natiuitatē liberorum.

323 Quæro 17. vtrum reuocetur libertas seruis data ob natiuitatem liberorum ex hac l. Et primum quidem videtur reuocari, cum non minus serui nostri dicantur esse in bonis nostris, quam ceteræ facultates nostræ, vt probatur in l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom. & in l. possessionem. C. comm. vtrius iudi. & quod voluit Bal. in l. liberi libertæque. col. vlt. vers. quæro an vassalli. C. de ope. libe. Cuius autoritate Ias. conf. 207. verba instrumenti, col. 4. vers. tertio bene facit, lib. 2. dicit libertos esse in bonis nostris. Nam & appellatione rerum nostrarum serui continetur. l. omnia. §. cū ita. & ibi Bal. Imo. & Paul. Cast. ff. de leg. 2. & l. vlt. in fi. C. de verb. sig. vbi etiam probatur seruos esse in patrimonio nostro; quod & probatur in l. vt tantum. §. i. ff. de seru. corrupt. Appellatio autem rerum idem continet quod bonorum, nisi bonorum latius pateat, per tex. in l. vlt. ff. de usufruct. lega. Et ne dubites, est tex. expressus id probans quod diximus appellatione bonorum nostrorum seruos quoque contineri, in l. Paulus. §. vlt. ff. de pign. quem in id expendit Hippol. Marf. in l. i. §. si seruus, in 1. no. & iterum in §. in causa etiam, in 1. no. ff. de quaest. Nec tantum serui, sed & eorum libertates; posteaquam manumissi sunt, censentur esse ex bonis & rebus nostris, l. verbis legis. ff. de verb. sign. Quin non solum serui ipsi vel nunt appellatio rerum nostrarum, sed & ceteri homines nostri, quos vocamus, scilicet nobis aliqua ratione subditi, veluti vassalli, & alij id genus, vt asserit Barb. conf. 26. sapienter scripsit, col. 4. vers. sed si quis opponat, lib. 2. per not. per And. Bar. & Bart. adde & Io. Plat. in l. senatorum. C. de digni. lib. 12. & voluerunt etiam nuncupatum Guil. Cu. Cyn. & Bald. in vtraque lect. quos ille non citat, in l. i. ff. de stat. homi. & ipse Bald. in d. l. omnia. §. cum ita, per illum tex. ff. de leg. 2. & Alciat. in l. rei, quæ est §. in gl. i. & iterum in l. seq. in verbo, rei. ff. de verbo. sign. & benefacit tex. in l. talem. §. vlt. & ibi Bar. Bal. & alij. ff. de hære. instit. & in cap. autoritate, ibi, aut suorum hominum liberorum. de priuileg. lib. 6.

Serui appellatione quoniam coprahentantur.

324 Quamquam tex. est qui videtur probare appellatione rei non venire personam, in l. serui electione. §. i. ibi, cum res aut persona legatur, & ibi Ias. col. 2. vers. secundò pondera. ff. de leg. 1. & gl. in l. in hoc, in verbo, non valere. ff. fam. herci. dicit libertos non esse de bonis. & Bal. ipse in c. l. col. 1. vers. pone arbiter, extra de arbit. asserit libertates diuidi non posse, quia non sunt in bonis nostris patrimonialibus, per l. quædam mulier. ff. famil. herci. Et dicit idem Bal. in l. qui filios. C. quæ res pi. gn. oblig. poss.

Libertas quare diuidi non possunt.

filios nostros ceterosque homines liberos non esse in bonis nostris, quod bene probat tex. in l. ff. de rei vend. & in l. i. & ibi Fran. Ripa. in 6. not. ff. de interd. & in l. i. & 2. C. de patr. qui fil. distrah. Sed quicquid sit de libertis, & aliis liberis, constat ex supradictis seruos contineri appellatione rerum ac bonorum nostrorum. De bonis autem loquitur lex nostra. Igitur obtinet in rebus huiusmodi.

Libertas concernit personam & non res.

325 Verum Sali. hic ad si aperte sentit non reuocari, hac ratione motus, quia libertas concernit personam, & non res, sicuti legitimitas, quæ non reuocatur, vt etiam diximus plenissime in præce. quaest. Quam rationem & tu ita confirma. Nam libertas est fauorabilior, quam ipsa legitimitas, etiam in his quæ respiciunt liberos legitimos: quoniam filij legitimi impediunt legitimationem. §. illud, in auth. quib. mod. natur. effi. sui. Non etiam libertas est l. Papinianus. §. vlt. & l. seq. ff. de inof. test. & plenius diximus supra in eadem gl. vers. 301. incip. quinta ite ratio. Si ergo non reuocatur legitimitas, multò minus libertas fauorabilior filiatione, quæ est nostræ l. vnicum fundamentum, vt supra sæpius diximus. Id quod etiam ex multis manifestum fit. Nam primum tempus certæ ætatis semper & sine defectu facit diem fauore libertatis. l. si ita scriptum. ff. de manu. testa. At fauore filiationis non facit, nisi duo interueniant. l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. & l. Scius Saturninus. ff. ad Treb. In qua quidem illud etiam tempus videtur appositum fauore filij, per l. in fideicommissi. §. cum Polli-dius. ff. de vsur. & l. si ita legatum. §. Pegafus. ff. de leg. 2.

Pia causa magis facit quam filiationi.

326 Deinde magis fauetur piæ causæ quam filiationi, excepta legitima, per auth. si qua mulier, vbi no. Bal. Sal. & recentiores. C. de sacrosan. eccl. cum aliis multis concor. collectis supra in verbo, libertis, vers. 83. incip. & hæc posterior sententia. & hæc est communis opinio, licet aliqui negent. Quam & super ea quæ inibi diximus, ita probamus. Nam testamentum nutu factum ad piæ causas valet, vt voluit gl. ord. in c. cum tibi, & ibi omnes doct. extra de testa. Bal. in l. i. col. 2. in lect. & iterum in repe. col. antep. super quinto, & ibi etiam Fran. Aret. col. vlt. C. de sacrosan. eccl. cum multis concor. à nobis latè eongestis in tractatu priuileg. piæ causæ, in 8. priuileg. Et tamen non valet huiusmodi testamentum inter liberos factum, secundum Bal. Ang. Fulg. Pau. Cast. & alios recentiores in l. iubemus. C. de testa. cum aliis concor. eo. in loco à nobis adductis.

327 Item licet pactum de futura successione non valeat fauore filiorum. l. vlt. C. de pactis. valet tamè fauore piæ causæ, secundum Bal. ibi, col. pe. vers. venio ad secundam quaest. & Alex. & Ant. ab Alex. in l. pactum quod dotali. C. de collat. & eundem Alex. in l. pactum, col. 2. vers. tertio fallit. C. de pact. & col. 152. in causa & lite, col. 3. vers. subdo etiam, cum aliis quoque multis concor. à me adductis vbi supra in 98. priuilegio piæ causæ. vbi tamen videbis quid de hac re sit dicendum.

Dominium transfertur in piæ causam ex solo titulo sine traditione.

328 Præterea videmus dominium transferri in piæ causam ex solo titulo sine traditione. l. vlt. & ibi omnes doct. latè. C. de sacrosan. eccl. & l. i. & ibi gl. & doct. C. de donat. quæ sub modo. Tamen non transit in filium. l. 2. C. si quis alteri vel sibi. & l. siue emancipati. C. de don. Ex quibus planè conficitur, quod superius assumpsimus, piæ scilicet causam esse fauorabilem filiatione.

Libertas est fauorabilior alia quauis pia causa.

329 Libertas autem est pia causa. l. i. §. vlt. ibi, ad hanc rationem pietatis, & ibi Bal. C. de commu. ser. manu. cum aliis si. à me latè congregatis in ea ipsa gl. vlt. ante fi. Nec solum quidem pia causa, sed etiã fauorabilior alia quauis causa pia. Quod hinc etiam aperte videmus quod legata ad piæ causas non minuunt

minuunt legitimam filiorum. d. auth. si qua mulier, ibi, legitima nulli diminuta, & ibi quoque doct. & id nuncupatim respondit Alex. conf. 18. non minuitur legitima, in prin. lib. 4. Et tamen legata libertatū non solum minuunt, sed & prorsus tollunt & extinguunt legitimam ipsam. l. Papinianus. §. quarta autem, & ibi Raph. Fulg. in 3. not. & Pau. Cast. qui dicit illum tex. in hoc mirandum. ff. de inof. testa. & ita etiam illum tex. expendit ipse Pau. conf. 417. ista domina sancta, col. 2. lib. 1. & conf. 450. vifa dicta facti narratione, in fi. lib. 2. vbi ex eo dicit non per omnia par esse testamentū inter liberos, & testamentū ad piæ causam. Ias. in locis quæ statim subiiciã, & præterea in l. quidã existimauerunt, col. 4. ff. si cer. per. & in l. si vnus, col. 2. vers. tu considera fortius. C. de testa. & Io. Neuz. inter conf. feudalia Alb. Bru. col. 12. patres comederunt, col. antepe. vers. tertio quia agitur, & ante omnes in §. i. vers. non licebit, in verbo, relinquat, in auth. de trien. & semis.

Legata libertatū nō minuunt legitimam.

330 Verum est tamen, ne id omitam, quod gl. & communiter doct. in §. quarta, dicunt, quod hodie legata libertatū nō minuunt legitimam, per tex. in §. prohibemus, in d. auth. de trien. & semis, quamuis ille §. non loquatur de libertate. & gl. ibi etiam aliter tenet. Et si de ea loqueretur, non minus tamè probaretur per d. §. quarta, libertatem esse fauorabilem quauis alia pia causa, licet in eo casu esset correctus per d. §. prohibemus. Neque enim correctæ lege censetur correctæ ratio legis, quin ex ea argumentum possit assumi ex gl. ord. in c. noui, in verbo, quicquid, extr. de iudic. cum simi. Sed & illud quod diximus, satis probat tex. in l. primo gradu. ff. quæ fran. cred. vbi legatum hæreditas valet, si non sit factum in fraudem, etiã si hæreditas non sit soluendum, quamuis aliud sit in legato alimentorum, vt ibi dicitur, licet haud dubiè sit pium, per rex. in l. Mela. ff. de alim. & cib. leg. & gl. in l. si cui annuum. ff. de annu. leg. cum multis simi. à me collectis in nostris commentariis consuetudinum Pithauiensium, tit. 16. §. 1. in glo. vlt. ante fi. Et ita illum tex. in d. l. primo gradu, ad hoc annotauit Benedic. Plum. in l. Antonius, ad fi. ff. de fideic. libe. & Barb. qui ex hoc nuncupatim inferit quod diximus, libertatem esse ceteris legatis fauorabilem. in l. si ita stipulatus essem ab te, col. antep. ff. de verb. obl. vbi ad hoc citat Ange. in repet. l. eam quam, col. 5. vers. addit. & quantum. C. de fideicom. vbi videtur asserere libertatem magis esse piæ causam, quam quauis alias. Quod & hinc patet, quod libertas concedi potest absenti, etiam sine nuncio, vel epistola. l. i. §. sed & si quis, & ibi no. Bal. C. de latina lib. tol. & Fran. Aret. in l. vtrum, col. 2. ff. de verb. obl. Et tamè absenti donatio piæ causæ fieri non potest, secundum gl. in l. illud, in verbo, alia causa, & in fi. & ibi Guil. Cu. Bar. Bal. & Pau. Cast. C. de sacrosan. eccl. & Io. And. in addit. Spec. tit. de instru. edit. §. nunc aliqua, vers. sed an pauperes, cum aliis concor. à me collectis in d. tract. priuilegiorum piæ causæ, in 94. priuilegio. Vide tamen Caro. Ruin. conf. 3. de pluribus, col. pe. nu. 22. lib. 2. vbi tenet piæ causam esse fauorabilem libertate.

Confirmatio prece-dentium.

331 Igitur vt concludamus, si pia causa est fauorabilior filiatione, & alia quauis pia causa, consequens est libertatem esse fauorabilem filiatione. Id quod sentit (ne autoritate etiam careamus) licet obscure, Bar. in d. l. si cui legetur. §. quod autè, & ibi aperte Ias. in fi. ff. de leg. 1. & rursus idem Ias. in l. si fundum. §. Stichum, col. 1. in fi. eo. tit. & Phil. Dec. in l. quoties dubia. ff. de reg. iur. Vt non immeritò dicatur antiquos legumatores multa etiam contra communes regulas fauore libertatis statuisse. §. vlt. Instit. de dona. & l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideic. libe. libertatque omnibus rebus est

fauorabilior. l. libertas omnibus. ff. de reg. iur. & ita quidè omnibus rebus vt etiam vitæ anteponatur, vt probatur ex l. vlt. C. de patria potest. vbi patribus quibus olim ius erat vitæ ac necis in liberos, libertatem tamen eis eripere non licebat, itam inquit ea l. libertati à maioribus impensum est. Nam & Diogenes Cynicus aliquando interrogatus quid omnium rerum esset in vita optimum, & ipse inquit, id est, libertas. vt vertit Ambrosius interpres Laertij, & Erasmus in Apophthegmatis. Quod tamen non placet Francisco Robertello, quod πρῆστον non simpliciter libertatem significet, sed libertatem loquendi. Sed ei respondet, docetque optimè verum fuisse Nannius Alcmarianus Miscellaneorum libro octauo. Ceterum Buris & Spartis Lacedæmonij apud Plutarchum in Apophthegmatis, tam ingès esse bonū libertatis dicebat, vt nemo sanæ mentis cum regno Perfarum commutaret. Tullius autem Philippica 2. Seruirus, ait, postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Idemque sæpius censet mortem seruitute potiorē, vt Philippica 3. 10. & 11. Et Sallustius in Catilinam, ex sententia C. Manlij, libertatem, inquit, nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Ex quo Vlpianus in l. intercedit, in fi. ff. de cond. & demon. seruitus, inquit, mortis assimilatur, quod & repetit in l. seruitutem. ff. de reg. iur. Iustinianus autem in §. si verò decretum, in auth. de nupt. scribit seruitutem non procul à morte differre. Valens quoque Imperator in codice Theodosiano, l. 1. C. de paren. qui filios suos distrahe. Cui, inquit, non ingenuo mori satius est, quam iugum seruire perferre: At Apollonius Thyaneus apud Philostratum lib. 7. Pro libertate, inquit, mori leges iubent. Id quod etiam bruta animalia intelligunt. Nam Aelianus lib. 5. animalium, tradit de Onocentauro, quod si capiatur, non ferens seruitutem, libertatis desiderio ab omni cibo abhorret, & fame sibi mortem consciscit. quod & à Pythagora narratum esse Crates testatur est. Vnde & iurifconsulti dicunt infinitam esse libertatis æstimationem. l. nō est singulis, §. infinita. ff. de reg. iur. & alibi libertatem esse inæstimabilem. l. libertas. eo. tit. cum concor. ibi adductis. & alibi scribitur libertatis æstimationem ad infinitum extendi. l. procurator. §. vlt. ff. rem rat. hab. Ceterum Pindarus Isthmiorum Ode. 8. pronunciat beatos homines, qui libertate fruuntur. Ex quibus omnibus illud relinquitur, quod filiatione superueniens non tollit libertatem iam concessam, ad quod facit tex. optimus, in l. alieno. §. i. ff. de fideicom. lib. iunctis iis quæ diximus supra in verbo, filios non habens, nu. 5. & seq. Et faciunt quoque quæ diximus in præced. q. in quinta ratione, & in responsione illius. Et quod alibi dicemus, libertatem difficillimè reuocari, infra in verbo, reuertatur. vers. 265. incip. parum abfuit. & quod supra tractauimus in verbo, libertis, vtrum hæc lex habeat locum in rebus donatis piæ causæ.

Pariter olim erat ius vitæ necisq; in liberos.

Mors seruitute potior.

Filiatio superueniens non tollit libertatem concessam.

Hæc l. vtrum habeat locum in publicatione bonorum facta à patre nondum susceptis liberis, si postea suscipiat? De qua re nuncupatim loquens Bar. in l. i. ff. de bonis dam. constanter asserit eam reuocari per hanc l. nostram, quem expressim securus est Fran. Cur. senior conf. omnium primo, prima fronte videtur, col. 3. etiam per hanc legem. Quod vt intelligas, scire debes liberos delinquentium impedire integram bonorum publicationem, d. l. i. & iterum l. vlt. ff. de bonis damnat. & l. vlt. C. eo. tit. quod primus sanxit Hadrianus Imp. vt restitit Aelius Spartianus in vita illius. Si ergo quispiam non habens liberos delinquat, ob idque omnia bona sua publicet, natis postea liberis reuocatur publicatio, catenus quidem quatenus, impedi-

diuissent, si tempore publicationis extitissent. Sed non video quid ea res ad hanc l. pertineat, quæ in præsumpta voluntate donantis omnino fundatur, nisi etiã dicas hunc qui delinquit, verisimiliter non id perpetraturũ fuisse, si cogitasset de liberis futuris; quæ res an consideranda sit, videat ceteri.

333 Quamquam illud scio, inter plerasque causas, quæ reddi solent, cur nonnunquam filij puniantur ex delictis parentum, illam quoque adscribi, vt parentes qui filiis magis quàm sibi ipsis sæpius metuunt, iuxta l. isti quidem. §. vlt. ff. quod metus causa, deterreantur à sceleribus, quorum poenã in suos ipsorum liberos irrogari non ignorant. Nã & hæc rationem huic rei inter ceteras assignant Zenz. in extrauag. Io. 22. incip. dierũ, in verbo, quomodolibet. & subobscure Pan. in c. vergētis, in vlt. no. extra de hæred. Id quod lōgo ante intervallo elegantissimè, vt cætera omnia, scripsit Tullius in quadã ad Brutum epistolã. Nec verò, ait, me fugit, quàm sit acerbum, parentum scelera, filiorũ poenis luj. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parētes reipublicè redderet. De quo & nos latè diximus in nostris commentariis consuetudinum Ric. tit. 13. §. 2. Sed quod ad casum l. nostræ pertinet, Bal. in d. l. vlt. C. de bon. proscript. tradit ex eo rex. in verbo, relictĩ, quod concepti post condemnationem non possunt privilegio illius lid est, non impediunt integram bonorum publicationem, sed ij tantum qui iam nati sunt, aut certè concepti: quod omnino illius Bartho. ac Cur. sententiæ aduersatur.

334 Quæro 19. Vtrum etiam l. nostra obtineat in iis quæ quis ludo amisit, tanta quidem æstimatione, vt verisimiliter tantũ non lussisset, si liberos habuisset, aut se habiturum cogitasset. Tanquam scilicet id quæsitum esse ex causa lucratiua censeatur. Nam si ex causa onerosa, haud dubiè locus nõ esset l. nostræ, vt plenè diximus supra in vers. 139. incip. quicquid etiam sequitur. Igitur super hoc, verum videlicet censeatur causa lucratiua, an onerosa, vide Bal. in l. i. ad si. ver. extra quæro, & idi Alex. & Barb. in addit. C. si in fraud. patr. & eundem Bald. in rub. C. de condit. ob turp. caus. in 2. q. quæ quidẽ rub. vulgo legitur eodem tenore & sine intervallo cum l. vlt. tit. præced. & eundem quoque Bal. in auth. ex testamento, col. 4. in 10. c. ibi quid dices de vsuris. C. de colla. Imo in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empt. Rom. in l. quod seruus. ff. de acquir. poss. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo, Metidore, de mali. dadi. col. 5. vers. quæro an vincens. Barb. conf. 65. illud in medium referam, col. 1. lib. 3. Paris. Puteũ in tractatu de ludo, col. 16. vers. an quæsitum per ludum. Sebast. Const. in tract. eiusdem tit. char. 6. Iaf. in l. si arrogator, col. 9. vers. secundò principaliter no. ff. de adop. & in §. item si quis, nu. 28. & seq. Inst. de actio. Phil. Dec. in l. in eo quod velis, col. 2. vers. similiter acquisitum. ff. de reg. iur. Pau. à monte Pico. in repe. l. post contractum, col. 1. & iterum col. 9. ff. de don. & Io. Montef. in repe. l. frater à fratre, in 34. q. ff. de condi. indeb. Fab. Gioch. in repe. auth. notissima, in 23. q. princ. col. 2. vers. sed nunquid perditum. C. de inof. testa. & Franc. Ripam in c. e. s. e. col. 16. vers. nonò dubitatur, extra de restitu. spol. Et in multis ex dictis locis etiam comperias, an amissa à patre in lusu, reuocentur à filio ob suam legitimã, quæ res huic proxime accedit. Sed & tu vide quæ diximus supra vers. 128. incip. ceterum superiora confirmant. Illud autem certum est, iudicentem, ea quæ ludo amisit, censeari alienasse, vt pulchrè tradit gl. in l. 3. miles qui in bello. ff. de re mili. quam pro no. sequitur Bal. in sua Marg. in verbo, ludus, vers. 3. dicitur eam facere ad ea quæ no. in l. quoties. C. de fideicom.

Et hoc lex an obtineat lo cum in iis que quis ludo amisit.

335 Quæro 20. Vtrum & hæc l. procedat in concessione feudi? Quod quidem videtur, cum feudũ sit quædam donatio, nempe quod dicitur beneficium, vt patet in c. 1. §. 1. tit. de feud. cogn. & in c. 1. in prin. & per totum tit. non semel, in tit. quib. mod. feud. amit. & in aliis locis infinitis feudorum. Ideo & Bal. in rub. C. de condit. ex lege, col. vlt. dicit, qd feudum magis accedit beneficio, quàm cõtractui. Et alibi idem Bal. in c. vlt. extra de aucto, & vsu pal. dicit qd feudum retinet nomen beneficij, etiam si precio concedatur, licet propriè non sit feudum, id quod pecunia redimitur, quia honore & amore debet concedi. c. 1. tit. de feud. dat. in vicè leg. com. Sed & dicitur beneuola actio, in c. 1. §. in primis. tit. in quibus caus. feud. amit. ad differentiam scilicet ceterorum cõtractuum onerosorum, & datorum, respectiuorum, vt nostri appellant, quæ scilicet sũt respectu & contemplatione cuiuspiam rei, de quibus in l. cum te. C. de pact. inter emp. & vend. Nam hæc huius appellationis rationẽ ponit Card. Alex. post antiquiores, in præludiis feudorum, col. 5. ver. item dicitur beneuola. Quia licet, inquit, feudũ videatur datũ respectuè propter seruitia quæ debet vasallus, tamẽ quia beneficium præstat seruitio, dicitur beneuola concessio, per l. Titius puerum. ff. de obseq. lib. & alia quæ inibi allegat. Propterea & Bal. etiam in proœmio feudorum, col. 4. vers. pro intellectu, & post eum Ia. Aluar. & alij dicunt quod feudum potest appellari gratia, vt quod plurimum habeat gratiæ de quo etiam per Mar. Laud. in c. 1. col. 1. vers. circa primam partem, tit. qui feud. dar. post Fran. Aret. in l. continuus. §. si ab eo, col. vlt. ff. de verb. obl. & Alex. in l. si mihi & Titio, col. 2. vers. adde quod idem. ff. eo. & conf. 7. attentis & ponderatis, col. 1. lib. 7. Soc. conf. 167. non inutilis, col. 1. lib. 2. & conf. 4. super quæstione, col. 3. lib. 3. conf. 66. vlt. a donatione. col. 2. & alibi sæpe in eo. conf. eo. lib. 3. & aliquid etiam. conf. 87. vlt. inuestitura, col. 8. vers. fic. quartò, vt dictum est, eo. lib. 3. & conf. 22. vlt. prædicta facti contingentiã, col. 2. vers. confirmo etiã, lib. 4. & Fran. Curt. seniore conf. 49. memoriæ recolendæ dux. col. 17. vers. quia concessio feudi, & conf. 50. eiusdem in tit. col. 29. vers. quartò corroborantur, in fi. & iterum col. 32. vers. coadiuuatur præmissa, & rursus col. 36. vers. sed contrarium, & col. 43. vers. quartò respondemus, & Iaf. in repe. l. re cõiuncti, char. pe. vers. tertia limitatio, ibi, sed ad hoc potes dicere. ff. de leg. 3.

Hæc lex an obtineat lo cum in concessione feudi.

Feudum reuocatur ob ingratitudinem.

336 Ideoque scribitur in c. 1. §. prædictis modis, ti. quæ fuit pri. causa benef. amit. qd ex quibus causis ingratitudinis donationes reuocantur, etiam feudum reuocatur: quod quidem intelligitur de meris & liberis, cum cæteræ quæ ob causam fiunt, non reuocentur ex illis causis ingratitudinis, vt voluit gl. in c. vlt. & ibi doct. C. de reuoc. dona. cum siml. à me supra adductis, cum de donatione ob causam locuti sumus. Quinimo sunt, qui censent facilius ac leuiore de causa feudum reuocari, quàm simplices donationes: nam in hac est sententiã Fran. Ripa in interp. l. vlt. C. hoc tit. de reuoc. dona. in 6. q. & ante eum Io. Fab. quem tamen is non allegat, in §. sciendum est, post medium, Inst. de done. Ex quo etiam In. in c. 1. extra de feud. scribit feuda concedi de gratia, idè quæ ea facile reuocari.

Feudũ an sit donatio.

337 Sed contrarium quoque videtur: nam feudũ nõ est donatio, vt scitissimè annotant Mar. & Car. Alex. in c. 1. in fi. tit. de fra. de no. bene. inuesti. nam id inquit, patet ex diuersitate verborũ, quæ de notat diuersitate in rerum l. si idem. C. de codi. atq; etiam ex definitione vtriusque quæ admodum est diuersa, vt not. in proœmio feud. Hinc quæ dicunt l. 1. si imper. liber. loci. lib. 10. quæ loquitur de donatione nõ esse trahendã ad feudum. Et hoc quoque apertè

Autoris ea de re opinio.

apertè probatur ex eo quod in donatione reuocata non est locus euictioni, nisi ea inceperit à promissione. l. Aristo, §. vlt. & ibi gl. Bar. & alij. ff. de donat. cum siml. Secus autem in feudo, nam eo euicto semper tenetur dominus, siue sciens, siue ignorans rem alienã, eam in feudum concesserit, nisi vasallus sciens fuerit, c. 1. tit. de inuest. de re ali. facta.

Concessio facta à principibus videtur potius facta nomine quã feudi.

338 Igitur vt repetamus, feudum non est donatio, sed donatio ob causam, vt etiam dicit Oldr. conf. 159. ex præsentemate, col. 1. vers. in contrarium; per l. j. ff. de don. vbi & illud dicit, quod in dubio concessio facta à principe, videtur potius facta titulo donationis quàm feudi, vt maior sit liberalitas propter qualitatẽ concedentis: vt hinc etiam possis intelligere aliud esse donationem, aliud concessionem feudi. Et illud dictum sequitur Alb. in rub. C. de don. vers. item quæro de quæstione ardua, & Phil. Dec. in auth. ex testamento, col. 2. vers. sed certè. C. de collat. & conf. 32. cuius superscriptio incipit, an foemina dicatur, col. 2. & conf. 269. consultus, col. 1. & conf. 208. ad clariorem demonstrationem, col. 2. vers. postremò aduertendum est, & conf. 289. non est parui ponderis, col. 5. & conf. 468. superioris anno, col. 3. & conf. 498. viso casu proposito, col. 2. vers. & ex his patet. & Caro. Rip. n. conf. 38. quoniam, col. 2. nu. 4. lib. 1. & conf. seq. vltis, col. 1. & col. 5. vers. sola igitur, eo. lib. 1. Cũ igitur feudum non sit donatio, sed datio ob causam, vt diximus: ideo pro seruitio feudali competit conditio ob causam, vt asserit Bald. in c. 1. §. porro, col. 2. vers. quæro quo iure, & ibi etiam Card. Alex. in §. item qui domino, col. 2. vers. extra glo. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & idem Bald. in c. si cautio, col. 2. vers. item fallit in feudo, extra de fide instr. & est tex. licet non alleget, in c. 1. tit. de feud. sine culp. non amit.

Vasallus an eximitur acapitulis iuramentis iuramentis fidelitatis in feudis liberis.

339 Et dicit Io. And. in add. Spe. in rub. de præsc. col. vlt. quod in feudis quantumcunque franchis, vt ipse appellat, siue liberis nunquam eximitur vasallus illis capitulis iuramenti fidelitatis. Imò nec valeret, inquit, infeudatio ita facta, vt vasallus liber esset ab omni seruitio & onere: nec si quid tale fieret, diceretur infeudatio, sed quædam libera donatio, & sequitur Pau. Cast. conf. 311. circa id quod primò quæritur, col. 1. lib. 1. & Alex. conf. 30. quoniam omne datum, col. vlt. lib. 1. & Card. Alex. in prælu. feud. col. 11. in 3. diuisione feudorum, & idem propè respondit ipse Pau. Castr. conf. 144. in præsentem causa, col. vlt. vers. nec obit. quod in feudis, & seq. lib. 2. & ante hos omnes Oldr. conf. 224. factum est tale, quidam miles, col. 1. vers. huius autem verbi, à quo haud dubiè hoc assumpsit Io. And. eius discipulus, licet subtraheret, vt propè semper aliàs & eũ nuncupatim citat & sequitur Bal. in c. 1. in prin. col. vlt. vers. alia quæstio, ti. de ca. qui cur. vèdidit. & Iaf. qui nec Io. And. nec aliorum præterquam Bal. meminit, conf. 58. in causa mota per spectabiles, col. 3. in 2. fundamento, lib. 1. vide tamen Bal. in l. 2. in 16. q. ff. de rer. diuisio. vbi dicit quod si dominus liberat vasallum ab omni seruitio, feudum nõ videtur extinctum, quia vasallus promeruisse, non demeruisse præsumitur. l. si conuenerit. ff. de pact. & l. quoties. ff. de vsufr. Igitur inquit remanet feudũ, quod ad alia, & redit ad dominum, mortuo vasallo sine hæred. e.

in donatione, quæ etiam habet speciem quandam concessionis feudalis, succedunt, vt per Bal. qui hæc differentiam nuncupatim adscribit conf. 351. in bonis feudalibus, lib. 1. & Ang. conf. 242. super puncto primo, in fi. Alex. conf. 23. ponderatis his, col. 4. vers. nec dicatur qd foemina, & Phil. Dec. d. conf. 32. & conf. 80. cuius superscriptio incipit, de gradibus, col. 3. vers. præterea non videtur, & conf. 193. cuius superscriptio incipit, in successione, col. 1. & d. conf. 208. & rursus conf. 390. quoniam ex facto, col. 4. vers. tertio in eadem, & latè conf. 414. consuluit accuratè, fermè per totum. Et in concessione feudi, quantumcunque fuerit libera, non requiritur inuentione quæ in donatione requiritur, secundum Bald. in cap. peruenit, le 2. quod est tertium totius tit. in fin. extra de iureiur. Sed & qd aliàs multum interfit inter simplicem donationem & concessionem feudi, latè differit Soc. d. conf. 66. lib. 3. Cæterum quod dictũ est feudum reuocari ex iisdẽ causis ingratitudinis, nihil huc pertinet. Nam non propterea sequitur qd ex iisdem aliis causis quàm ingratitudinis reuocetur. Quod autè dicit Ripa facilius feudum reuocari, intelligitur etiã de causis ingratitudinis, vt ipse loquitur: innititurque in ea re iurando vasalli, quo obligatur domino ad tutandũ illius honorem, c. 1. tit. de no. for. fideli. Quæ res nihil ad hanc l. nostram cuiusque rationes facit.

341 Verum si res ita concessa tantæ esset æstimationis respectu oneris siue seruitij, vt verisimiliter dominus non ita concessisset, si habuisset liberos, aut se habiturum cogitasset, postea dici esse locum huic l. in eo quod excederet iustã & consuetã onerum cõpensationẽ, vt in omni donatione ob causam cõsuluit Cor. cõf. 4. dubia satis. col. 4. in fi. lib. 3. Nã in eo excessu causa reputatur donatio simplex ac mera, secundũ eundẽ Cor. qui in id multa allegat, conf. 45. licet in hoc dubio, col. 2. & vlt. lib. 4. & latius diximus supra in eadem gl. cum de donatione ob causam differimus. Cũ autem conceditur feudum pro mercede aut pensione annua, id non propriè feudum est, secundum Bald. in l. si quam, circa mediũ. C. de ope. libe. & in l. liberi libertæq; col. vlt. vers. itè not. qd si instrumentũ. C. eo. tit. & in c. 1. in verbo, libellariũ, in fi. tit. de pace Constan. Id quod reputat singl. Iaf. cõf. 45. factum sic se habet, serenissimus, col. 2. vers. secunda ratio, lib. 1. & sequitur idem Iafon conf. 63. vidi motiua, col. 2. vers. secundò respondeo, eo. lib. 1. & conf. 78. circa primũ, col. 3. vers. tertio quod ista, eo. lib. 1. & idem voluit Rom. conf. 70. vltis themate & quæstione, col. 2. vers. rectius autem puto. Iac. Aluar. in c. in prin. col. vlt. tit. quid sit inuestitu. Cepol. causarum ciuiliũ conf. 22. consultus pridie, col. 2. De quo tamen eundem vide conf. eiusdem operis 36. quidam habens col. 3. vers. item quod dicit.

342 Quæro 21. Si quis scienter indebitum soluerit, cessat repetitio ex condictione indebiti. l. 1. ff. de condit. indeb. & ibi concor. in gl. Vtrum verò id reuocetur ex hac l. natis postea liberis ei qui illud indebitum soluit, cum non haberet liberos? Quod vtrique videtur. Nihil enim omnino interest donec, an soluas indebitum scienter, præter verborum differentiam: rei autem nulla est. Nam qui indebitum cõsultò soluit, donat. l. 1. ff. de cond. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & l. si fundum. §. seruus. ff. de vsuca. pro empt. & l. qui se debere. ff. de condi. causa data. & voluit Bal. in l. cum pater. §. Mæuio, col. 1. ff. de leg. 2. & Sign. conf. 145. in quæstione vertente inter Iulianum, col. 2. vers. aut igitur dicemus, & omnes vbique. Ex quo & huiusmodi solutio in sinuationem requirit, vt alia simplex donatio secundum Bar. Ang. & Paul. Cast. in l. 1. ff. de donat. & Philip. Dec. in d. l. cuius per errorem. Id intelligentes,

Indebitum qui cõsultò soluit donat re dicitur.

tes, cum etiam recipiens scit esse indebitum, sicuti solvens: nam si ignoret, non est donatio, cum non consentiat, quod in donatione requiritur, quod & voluit Bal. in l. falsus, col. antepe. vers. quarto queritur, & ibi Ang. in repe. col. 4. vers. sed contra ista C. de furtis, & idem Ang. in l. dispensatorem, circa medium, ff. de solutio. & in l. si tibi. ff. si cert. peta. Paul. Castren. Alexand. col. 6. las. in 2. not. in l. si ego, per illum text. ff. si cert. pet. & idem Paul. Alex. & las. in d. l. r. ff. de condict. indeb. Christo. Castel. & ceteri recentiores in l. si procuratori falso, ff. de condictione causa data, & Alex. in l. si aliquam rem, col. 3. ff. de acquir. poss. & ante omnes gl. in d. §. seruus, in si. gl. vlt. ff. de vfu cap. pro empt. & quæ diximus supra in verbo, libertis, vers. 68. incip. nec vterius procedit, & quod in simili scribit Calc. conf. 25. Titius nobilis, col. 6. vers. octavo pro ista parte, de quo tamen vide Phil. Dec. in d. l. si ego. Quantum autem ad casum l. nostre pertinet, nemo non videt & ipsius rationem in hoc casu habere locum, vt in quavis alia donatione.

Inter donare & donationi consentire differentia.

343 Quæro 22. Quid si quis consentiat alteri donanti rem suam, an habeat locum l. nostra? Quod non videtur: nam lex nostra loquitur de donante. Aliud autem est donare, aliud donationi consentire. l. si pater. ff. de manu. vind. per quem respondit Signo. conf. 145. in questione vertente, col. 2. q. si ex statuto mulier non possit vendere sine aliqua solennitate, poterit tamen circa eam solennitatem vendenti consentire. Quod & idem penè voluit Bal. in rub. C. de pact. in si. quem sequitur Picus ibi, & Laur. Calca. conf. r. viso consilio, col. 14. & iterum conf. 74. quod dictis filiabus, col. 9. in prin. Sed per eundem text. dicit idem Bal. in l. vlt. ad si. C. de suis & legitimis, quod consensus præstitus alienationi, non dicitur alienatio. Et idem Bal. in l. 2. col. antep. vers. 19. quæro. C. de rescin. vend. quod non dicitur proprie venditor, qui consentit venditioni, nec illi cõpetit remedium ex illa l. & sequitur Ant. Burg. in e. pen. vers. decimononò dico, extra de empt. & vend. vterque per tex. quem ipse Burg. dicit not. in d. l. si pater. §. vlt. Cui & tu adde alium tex. in l. aliud. ff. de reg. iur. vbi ita scribitur, aliud est vèdere, aliud vendenti consentire, & in l. vlt. C. de pact. & in l. iudicemus. §. oconomus. C. de sacros. eccl. vbi fit discrimen inter contrahentem & consentientem contractui, & in l. si minor, la. r. ff. de manu. vindic. Ex qua not. gl. ibi, quod potest quis alij consentire in eo quod per se facere non poterat. ex coque no. Bened. Plum. quod qui non potest manumittere, potest tamen manumittenti consentire.

Statutum prohibens vèdere, an habeat locum in consentiente vèdijanti.

344 Propterea & Phil. Dec. conf. 124. placet mihi, col. 3. vers. quinto statutum, interrogatus an statutum prohibens vendere, haberet locum in consentiente venditioni, respondit non habere. Sed & ante eum And. Iser. in c. 1. in prin. & ibi etiam Mart. Lau. col. 3. vers. sed quid si dedit, & Card. Alex. col. 5. vers. eiusdem initij, tit. de prohib. feud. alien. per Feder. tradunt quod si princeps interdicit legato suo, id est, vt loquimur, locum tenenti, alienatione, nõ ex hoc prohibetur consentire alienationi, non ex hoc prohibetur consentire alienationi, per d. l. aliud. Et hoc etiam sequitur Iac. à sancto Georg. in tractatu feud. in verbo, vicariusque perpetuus, col. 2. vers. sed pone dux vel rex. Et optimè facit quod voluit gl. in l. cum pater. §. libertis, in verbo, alioquin. ff. de leg. 2. quod licet si princeps relictum fuit prædium ea lege, ne id alienarent, atque in familia libertorum retinerent, quo casu is qui non alienavit, ceterorum alienantium partes potest petere, non etiam is qui alienavit, vt ibi scribitur: si quis tamen eorum alterius alienationi consenserit, eam quidem partem qui consensit, petere non potest: aliàs autem qui-

bus non consensit, potest: quamvis nullas potuisset, si suam ipse alienasset: tanquam aliud sit alienare, aliud consentire alienationi. Et illam sequuntur Bart. & Bald. qui eam commendat, & monet notandam, & pro ea allegat Bal. d. l. si pater. §. vlt. ff. de manu. vindic.

Inter legatum & legatum consentiente que differentia.

345 Et facit quod scribit Ang. in l. ad si. C. commu. de legat. quod cum legatum traseat in legatarium ipso iure, modo res legata sit testatoris, non item si sit aliena, etiam hæredis, glo. in l. si hæredis seruum. ff. de leg. 1. & ibi concor. per Bal. & las. Ideo vt subdit Ang. si quis legat rem alienam cum consensu domini, non transfertur dominium in legatarium, cum speciale sit in legante domino, non etiam in cõsentiente: nam & aliud est legare, aliud leganti consentire, per d. l. aliud, & hoc sing. dicit las. in l. 1. col. antep. vers. tertio requiritur. ff. de leg. 1. & not. in l. si fundum per fideicommissum, col. vlt. vers. aduerte etiam eo. tit. Idque etiam si alienaret rem hæredis cum cõsensu ipsius hæredis, vt voluit Bar. in l. cum quis decedens, in princ. per illum text. ff. de lega. 3. Bal. in d. l. 1. col. 4. vers. quæro testator, in 5. not. C. commu. de lega. & las. in d. l. 1. vbi supra, de lega. 1. & in l. huiusmodi. §. qui seruum, col. 2. vers. tertius casus, eo. tit. & in l. si hæredis, col. 2. vers. amplia istam regulam. ff. de leg. 1.

Donare cui nõ conceditur, nec donanti consenti re permittitur.

346 Verum in ea sum sententia, vt æquè reuocetur huiusmodi donatio ex hac l. quantum ad ipsum consentientem, ac si ipse donauisset, per tex. in l. cū quis. ff. de reg. iur. vbi cui donare non conceditur, nec donanti quoque consentire permittitur, & ibi concord. in gl. quibus adde & tex. in l. 2. C. si aduer. don. Ex quo not. Fran. Aret. nihil interesse, donec, an donanti consentias. Hincque not. Bald. ibi, quod qui non potest ex statuto vendere sine aliqua solennitate, nec vendenti quoque consentire poterit. Et sequitur Sal. ibi, & Firmia. in tract. de episc. in 3. part. lib. 4. col. 35. vers. sed nunquid prohibitus. & Barb. in c. si quis presbyterorum, per illum text. iuncto cap. præcedenti, extra de reb. eccl. non alien. & iterum in c. peruenit. de empt. & vend. & conf. 51. scribit sapientia fons, col. 15. vers. & facit quod voluit, lib. 1. & conf. 41. Deum innocenti adiutorem, col. antepe. vers. secundò ostendo, lib. 3. & Fran. Aret. in d. l. vlt. col. 1. & seq. & ibi quoque Phil. Dec. col. 4. C. de pactis, & idem Dec. in d. l. aliud. ff. de reg. iur. & Soc. conf. 230. viso testamento, col. 3. vers. postremò non omitto, lib. 2. & Fabian. à monte sancti Sabini, in tract. de empt. & vend. in 25. q. 3. qua si. prin. & Alci. in d. rubr. C. de pact. & Alber. Brunus in reper. statutorum, in verbo, insinuatio, col. 2. in si. vers. statutum dicit quod donatio, vbi ex hoc dicit, quod non satis est insinuarè donationem tanquam factã à donante, sed oportet insinuari tanquam factam à consentiente.

Prohibitio nõ sit à statuto propter venditionem, sed propter iuris effectum.

347 Reprhenduntque multi ex his Iac. Butr. qui contrarium tenebat, ob id tantum, quod licet ius commune prohibens venditionem posse trahi ad casum similem, videlicet ad consensum venditionis, per l. non possit. ff. de legib. non tamen ius municipale contrarium iuri communi trahendum est ad similia, Ex quo etiã satis liquet, quod sententia ipsius Iac. Butr. id quod diximus, procederet in l. communi, vt est l. nostra, atque etiã in iure municipali non correctorio iuris cõmunis: quanquam & alij omnes trahunt ad quodcumque statutum. Nam vt dicit Barb. vbi supra, prohibitio non est facta à statuto propter ipsam venditionem, quæ in facto consistit, sed propter iuris effectum, quæ inde oritur, videlicet alienationem quæ ex ea procedit, quæ ratio habet locum & in consentiente.

Alteri qui consentit, iura perdit.

348 Nam vt hoc illi addas, qui alij consentit, sua iura perdit, vt dicit l. cum quædam. C. de administr. tutor.

sua iura perdit.

tuto. & bene facit l. nihil. §. 1. ff. de lega. 1. & not. per Bar. Bal. & alios in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. 1. & tex. in c. pastoralis, extra de donat. & in c. 1. §. preterea, & ibi gl. in verbo, regressus, tit. quib. mod. feud. amit. vbi etiam Bal. alia ad id iura allegat, & inter cetera. l. sicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solui. quam dicit sing. in eo, vt id quoque procedat, cum quis consentit, vt de re sua testetur, quam etiam ad hoc dicit sing. idem Bal. in l. venditioni, post prin. C. de vfuca. pro empt. & in l. quoties ab omnibus, col. 2. vers. quæro quid si quis consenserit. C. de fideicom. & in l. si tibi. §. de pigno. col. 2. vers. quid si testator. ff. de de pact. & in c. 1. §. donare, col. 2. vers. sed hoc dictum non videtur, tit. quali. olim feud. ali. pot. & conf. 89. dominus Thomas, col. 2. vers. ad euidentiã, lib. 1. & las. conf. 13. casus talis est spectabilis, col. 1. lib. 1. & conf. 57. in causa mora per spectabiles, col. 3. vers. quarto & vltimò, col. lib. 1. & conf. 89. aggrediar, col. 4. vers. aggredior nunc sextum, eo. lib. 1. Et eam quoque ad id citat ipse Bal. in l. vlt. col. pen. vers. est quintus casus. C. vnde legit. & in l. 1. col. 4. vers. sed hinc quæro nunquid. C. de sacrosan. eccl. & in l. cum alienam. col. 2. vers. sed pone quod testator, & ibi quoque Salyc. col. 2. vers. primum dubium, & las. col. etiam. 2. C. de leg. & in l. seniu, col. 1. C. qui testa. face. pos. Steph. Bert. conf. 329. ponitur. nu. 4. lib. 1. & conf. 173. quia difficultas, col. 6. nu. 15. lib. 4. & ante omnes las. in l. si quando. §. & generaliter, col. 3. C. de inoffic. testa. & in l. cum proponas, la. 1. nu. 7. C. de pact. & in d. l. quoties. C. de fideicom. & ante hos omnes Bart. in l. cum quis decedens, in prin. post mediu. ff. de leg. 3. Sed & alius est similis tex. in d. c. 1. in prin. vbi & ipse Bald. col. pen. ad id expendit, tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Et id quoque voluit, licet eum tex. non allegat, Rom. in l. quæ dotis. ff. solut. marr. De quo & tu multa videbis per las. post alios antiquiores in l. si fundum per fideicommissum, col. pen. & vlt. ff. de leg. 1.

Quis consentit alij donanti rem ipsius consentientis, donare ipse videtur.

349 Et qui consentit alij donanti rem ipsius consentientis, donare ipse videtur. l. si liqueat. & ibi Bal. in 2. not. C. de inoffic. donat. vbi ex hoc dicit quod debet fieri insinuatio talis donationis, tanquam factæ, non quidem à donante, sed à consentiente domino, & sequitur Fran. Aret. conf. 127. eximie. col. 3. vers. secundò hoc pater. Et voluit etiam Barto. per multa iura in l. quæ dotis. col. 3. vers. 3. pone, & ibi omnes post eum. ff. col. matr. & in d. l. si fundum per fideicommissum, in prin. & ibi quoque Rom. & ceteri. ff. de leg. 1. & Paul. Cast. conf. 319. visis & examinatis, col. vlt. lib. 2. per l. in ædibus. §. filius familiaris. ff. de don. vbi est tex. optimus. & Mathæ. Affli. in tract. Protomixeos, col. 18. vers. 19. Et semper aliàs nanti consentit, & ipse alienare videtur, vt dicit Bal. in c. 1. §. illud, vers. quæro ergo, tit. de prohib. feud. alien. per Fede. & Ange. in lect. Flor. Fulgo. Corn. & las. in l. quoties. C. de fideicom.

Qui non potest actum per se facere, nec potest fieri consentire.

350 Et ita quidè, vt ipse id proprie facere censeatur, ac si ipse faceret, cum sit dominus rei, vt dicit Bal. in l. si vt proponis. C. de ser. pign. dat. manu. per l. si fundus. §. si nesciente. ff. de pign. secus si nõ esset dominus, per d. l. si pater. §. vlti. ff. de manu. vindic. Quod discrimen aperte intelligit Bar. in d. l. vlt. col. 1. C. de pactis. cum dicit, quod qui non potest per se actum facere nec potest facienti consentire, cum habet plenum ius in re, aliàs secus, per illa eadem iura, quod & idem asserit ipse Bart. conf. 70. reuendur. sime domine, col. 1. vbi hoc dicit infallibile. & Bald. conf. 133. quædam mulier, circa medium, lib. 1.

Eadè ratio donantis, & consentientis donatio.

351 Sed & quantum ad casum l. nostre pertinet, eadem est ratio donantis, & consentientis donationi. cum par sit prejudicium, vt pater ex iam dictis, & ex l. venditioni. C. de vfu cap. pro empt. & l. 2. C. de

remis. pign. & ibi concor. in gl. & per Cor. conf. 41. videtur in hoc, col. pe. lib. 3. & conf. 144. licet in hac, col. 2. vers. his tamen non obstat. eo. lib. 3. Ideoque eadem est præsumpta ipsius cõsentientis voluntas ac donantis, vt scilicet cõsenturus non fuisset, si cogitasset de liberis, nõ magis quàm donaturus. Ergo & ipsa habet locum, tum per regulam illam generalem, quod vbi eadem est ratio, & idem ius est. l. illud, in princ. ff. ad leg. A qui. cum similit. tum quod specialiter hunc casum respicit, idè iuris est in consentiente actui, & in faciente: vt qui non potest facere, nec potest cõsentire, & è diuerso, cum eadem est vtriusque ratio, secundum Bar. & Bald. in d. l. vlt. C. de pact. & Phil. Dec. in d. l. aliud. ff. de regu. iur. & conf. 543. in casu proposito, col. 1. De quibus & tu vide quæ diximus in nostris legibus connubialibus, in gl. 3. in verbo, contracter, in 12. q.

Hac l. an habeat locum in confessione facta sine causa in iudicio, & ita efficiat.

352 Quæro vterius. Vtrum hæc lex habeat locum in confessione facta sine causa in iudicio, & ita efficiat, secundum glo. in l. in verbo, apud iudices, in si. ff. de interro. actio. per text. ibi, & in prin. eius l. & in l. voluit. §. quod ait pretor, eo. tit. quam dicit sing. Barb. in repe. rub. de fide instru. col. 5. & pro ea quoque est bonus tex. in l. sicut, & ibi Bal. in 3. eodèmq; vlt. not. C. de repud. hæred. Et idem quoque sentit gl. & doct. in c. vlt. de confes. & Cyn. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & Bald. in l. confessionibus, col. 2. ff. de interro. act. nam & ea habet vim donationis. l. campanus. ff. de oper. lib. & l. quidam in iure. ff. de don. Dicit tamen Bal. in l. illud, col. vlt. vers. actaudo & vltimò. C. de sacrosan. eccl. quod ea nõ exigit insinuationem, quibusdam rationibus quæ ad hanc l. nostram nihil pertinent, nam si fuit, inquit, facta huiusmodi confessio coram iudice insinuationis, satis videtur esse insinuata. l. quidam in iure. ff. de don. Si coram alio iudice, tunc est quædam donatio emergens vel incidens: & ideo iudex causæ principalis est competens, per l. quoties. C. de iud. & sic semper satis est insinuata. Et eum refert & sequitur Anto. Canar. in tract. insinuationum. q. 48. Et idem quoque, vt scilicet in hac confessione non requiratur alia insinuatio, voluit Bar. in d. l. quidam in iure, & Pet. Ferra. tit. for. libel. quo agi. pro donat. in verbo, solenniter, col. 3. vers. rursum quaeritur. Sed quantum ad l. nostram pertinet, nõ video quid intersit inter donationem, & confessionem donationis causâ factam, nisi quod illa est expressa, hæc tacita & præsumpta, in qua quidè hæc l. quæ obinet, ac in expressa, vt supra latè diximus in 7. q. prin.

Hac l. an habeat locum in donatione intris patronatus facta consentiente episcopo.

353 Quæro 23. an hæc l. etiam procedat in donatione iuris patronatus facta consentiente episcopo, aliter enim non valeret. c. cura. extra de iure patro. & voluerit Hosti. Goffr. Flor. & Pan. in c. illud, eod. tit. Hostien. in summa, eod. tit. §. qualiter transferatur, vers. mihi videtur. Archid. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Feder. Senen. conf. 225. si opinio, col. 1. Panor. in c. præterea, 52. in 1. not. extr. de iure patro. Paul. Castr. conf. 194. viso statuto communis Florentiæ, col. 2. lib. 1. Vtrum igitur, vt repetam, sit locus nostræ l. in huiusmodi donatione? Super quo dubio nuncupatim consuluit Philip. Dec. si is est, conf. 675. incip. consuluit, vbi negat locum esse. Nam de iure, inquit, patronatus idem iudicatur, quod de causis spiritualibus. c. quanto, de iudic. & c. de iure, & ibi Pan. col. pen. & d. c. cura, de iure patro. ideo non potest nisi iudicio ecclesiastico diffiniri. d. c. quanto, nec legibus & constitutionibus laicorum subiciitur, quia à pari procedunt forum laicorum fortiori, & legibus eorum subiciitur, vt post Inno. no. Ant. in rub. extra de confuet. vers. vnam regulam habetis. Et facit vltra Decium, quod tradit Archid. in cap. quo iure, 8. dist. & cap. quæ contra, in verbo, per Gregm. 12. dist. & Spec. tit. de confit. §. 1. vers. & not. & Calder. in P

disput. incip. quidam Florentinus, & in alia disput. incip. statuo ciuitatis cauetur. Bart. Bal. & alij in l. 1. C. de summa trinit. & Rapha. Com. consi. 139. P. laicus, col. 2. & Alex. consi. 150. viso themate, col. 1. vers. quinimo dato, lib. 2. & consi. 209. ponderatis his omnibus, col. 1. eod. lib. 2. & consi. 257. viso instrumento donationis, col. 4. vers. tamen eo ipso, eod. lib. 2. & consi. 44. videretur prima facie, col. 3. lib. 5. & consi. 13. attentis his, col. pen. lib. 7. & consi. 141. viso statuto, col. 2. vers. & ad hoc, eod. lib. 7. & consi. 217. viso quodam, col. 3. vers. hoc confirmo, eod. lib. 7. Socin. consi. 271. in presentem, col. 2. vers. ex quibus, lib. 2. & consi. 14. capio primum, col. 1. lib. 4. & consi. 21. circa presentem, in princ. eod. lib. 4. & consi. 79. si effemus, col. 2. vers. secunda principalis, col. lib. 4. Ias. consi. 80. visa facti narratione, col. 1. lib. 3.

De eadem re.

354 Nec obstat, vt subdit Deci. vt ad eum redeamus, quod hæc l. videtur facta in fauorem filiorum principaliter, quo casu ex communi conclusione leges & iura ciuilia videntur esse approbata de iure canonico, vt latè per Panor. post alios in cap. ecclesia, col. 4. vers. tertius casus, extra de constit. vbi dicit quod quando lex ciuilis est generalis & rationabilis, nec contradicit canonibus, si est fauorabilis, est seruanda etiam quod ad clericos, & idem Pan. in cap. 1. in 3. not. extra de oper. noui nunti. vbi dicit quod causa ecclesie debet decidi per ius ciuile, si canones deficient, per illum text. & facit etiam text. in cap. si adiutorium. 10. dist. & quod dicitur, leges per ora principum diuinitus promulgatas. cap. vlti. 6. q. 3. & sanctam ecclesiam legum secularium non respicere famulatum, quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur. cap. super specula, de priuileg. Quia ad hæc responderi potest, quod habent locum in rebus temporalibus & prophanis, in quibus iura ciuilia habent potestatem statuendi. secus videretur in iure patronatus, quod reputatur spirituale, nec potest æstimari. d. c. de iure, & not. Panor. in c. querimonia, de iure patro. vbi & ipse col. 2. ex hoc asserit quod patronus qui nihil habet in bonis præter ius patronatus, non potest cedere id ius creditoribus, quia non recipit æstimationem, vt dictum est: & sic verba l. non conueniunt, vt not. Bart. in l. 4. §. prætor ait, in ff. de dam. infec. vbi tradit quod statutum loquens de re æstimabili, non habet locum in re inæstimabili. & idem Barto. in l. ita autem, in princ. ff. de administr. tuto. cum multis similibus me late congestis supra in verbo, libertis, nu. 2. Ideoque cum l. nostra loquatur de bonis quæ æstimari possunt, non debet habere locum in hoc iure inæstimabili. Adde & quod in ius simpliciter non est in bonis nostris, secundum Bal. in l. eam quam, ad fin. C. de fideic. & consi. 335. quædam mulier, col. 1. lib. 1.

Donatione reuocatur etiam de iure canonico quomodo de iure ciuili.

355 Sed de hoc admodum dubito, quia non solum de iure ciuili, sed & canonico quoque reuocatur donatio per natiuitatem liberorum, vt patet ex cap. quicunque. 17. q. 4. vbi etiam cauetur id procedere in foro conscientie: de quo late dicam infra in glo. reuertatur, nu. 291. secundum discrimen. & seq. Quin & si id ius esset tantum de iure ciuili, tamen quantum pertinet ad personas laicorum, sunt ipsi etiam in re ecclesiastica subditi legibus & statutis laicorum, vt de iure patronatus nuncupatim tradit Pau. Cast. d. consi. 194. in fi. lib. 1. Et id generale est in cæteris huiusmodi rebus vt late diximus in tractu retractuum, tit. 1. §. 1. in gl. 13. in verbo, l'achepteur, nu. 8. incip. sed vni non omiserim. Nec verum est, quod id ius non sit in bonis nostris, cum pro eo habeamus & actionem, & exceptionem, ideoque in bonis esse dicitur. l. rem in bonis. ff. de acqui. rer. domi. & not. Bart. in l. rem aliquam, col. 2. ff. de pign. act. & in l. cum res. C. si res alien. pign. dar. sit. Ideoque si quis vendat omnia bona sua, certum est & id ius

sub ea vniuersitate bonorum comprehendi. c. ex literis, & c. cum seculum, extra de iure patro. & not. in l. in modicis. ff. de contrahen. empt. cum similibus. In eoque vt in reliqua hæreditate succedimus. d. cap. cum seculum. & per omnes in c. ex insinuatione, eod. tit. de iure patro. Ex quo præter id quod supra diximus, potest intelligi id esse in bonis, quando hæreditas in bonis esse dicitur. l. licet, & ibi Bart. & Bald. C. de pact. Et quod ius patronatus veniat appellatione bonorum, expresse voluit Pan. in d. c. ex literis, colum. vlt. vers. quid autem si dicat, de iure patro. & ante eum non obscure Bald. consi. 32. quidam nobilis, col. 1. lib. 1.

356 Nec requirit l. nostra quod res de qua agitur, recipiat æstimationem, sed tantum respicit ad verisimilem & præsumptam donantis voluntatem, an scilicet donaturus fuisset, necne, si cogitasset de liberis, siue res sit æstimabilis, siue non æstimabilis quantum ad pretium. nam quæcumque res quantum ad affectionem, & voluntatem æstimari potest, vt omnibus perspicuum est. Id autem statui debet à iudice perspectis & cõsideratis personis, ceterisque rebus ad rem pertinentibus, iuxta ea quæ late diximus supra in verbo, omnia vel partem aliquam, & alibi sæpe. Et huc pertinet quod scribit Bar. in l. 4. §. toties, quem legit cum §. prætor ait. ff. de dam. infec. quod stante statuto. vt de quolibet contractu soluitur gabella 6. denariorum pro libra, id statutum non habet locum in contractu facto super re inæstimabili, nisi tamen contineret aliquod ininteresse æstimabile. Et sequitur Rom. consi. 434. in quo quæritur an dicti tres. Quasi scilicet nihil referat sine res æstimabilis, an cuius aliquo modo interfit. Hic autem multum interest & donatoris & filiorum eius, ne ius ipsum amittant. Ergo non considerandum est quod sit inæstimabile.

357 Quæro 24. Vtrum hæc l. habeat locum in donatione rei alienæ, quod non videretur propria donatio, vt dicit glo. in l. adibus. §. vlt. & ibi Rom. ff. de donat. per text. ibi, & gl. in §. sic itaq. Instit. de actio. Ex quo etiam videretur, quod in huiusmodi donatione non requiritur insinuatione, quæ tantum necessaria est in propriis donationibus, secundum not. per Bar. & alios in l. 1. ff. de donat. Et quia etiam res aliena statim potest euinci, & de iure est quid momentaneum. Ideoque non potest excedere summam legitimam, nam non videtur adesse quod statim aberit. l. magis puto. §. vlt. ff. de reb. eor. cum similibus. à me adductis infra in verbo, susceperit liberos, nu. 171. facit & quod, & multis seq.

358 Tamen Bal. in l. post mortem, col. vlt. C. de fideicom. distinguit vtrum donans teneatur de euitatione, an non: primo enim casu indiget ea donatio insinuatione, quia dari non est in obligatione: Secundo casu debet æstimari nuda possessio, & secundum eam requiretur vel non requiretur insinuatione, si mulier. ff. quod met. cau. Conditio autem vsu capiendi non æstimatur, quia procedit cum iniuria alterius. l. denique. ff. ex quib. cau. maio. Nec obstat. inquit, gl. in d. §. vlt. que dicit hanc non esse propriam donationem, imo est quo ad titulum, licet non quo ad dominium. ff. de don. per totum. Hæc ille: quem sequitur Rom. in d. l. in adibus. §. vlt. & in l. Modestinus, col. 4. vers. sic. quod quid in donatione. eo. tit. Et hanc quoque distinctionem seruandam esse cenfeo in casu l. nostre, eadem ratione. Et quod hæc donatio non indigeat insinuatione, tenet Alex. in addit. Bar. in d. l. in adibus. §. vlt. per eam gl. quæ dicit sing.

359 Quæro 25. An & hæc l. habeat locum in donatione ita facta, quia scilicet quis vedit domum certo aliquo pretio, donatque quod ea pluris valet. In qua specie consultus Socin. respondit consi. 215. visa prædicta, col. 1. lib. 1. repetito consi. 22. lib. 4. locum esse

Hæc l. solummodo respicit ad verisimilem & præsumptam donantis voluntatem.

Hæc l. an habeat locum in donatione rei alienæ.

Donans an teneatur de euitatione.

Hæc l. an habeat locum cum quis vedit domum aut

quo certo pretio, donat, quod ea pluris valet.

esse huic l. superuenientibus liberis, per multa quæ illic allegat, & sequitur Alciat. in l. 2. in prin. nu. 16. ff. de verb. sign. Quod intellige si id quod pluris valet quam pretium, sit eius valoris, vt loci faciat huic l. secundum ea quæ plenè tractaui supra in gloss. in verbo, omnia vel partem aliquam, nu. 24. incip. si eam opin. & seq. Nam & tunc huiusmodi venditio omnino similis est ei quæ facta est viliori pretio, in qua habet locum hæc l. secundum ea quæ diximus supra in princ. huius gl. nu. 2. & seq. Nihilque interest inter illam & hanc, nisi quod in illa tacite censetur donatum quod pluris est: in hac expresse. Tu tamen interim vide quæ de huiusmodi venditionibus ita factis, vt donet venditor quod pluris est, scripsimus in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 1. glo. 18. in verbo, le pris que la chose aura esté, nu. 11. sed in hac, cum multis seq.

Hæc l. in quibus non habeat locum.

360 Postremo illud hic scias, non tantum in illis casibus quos supra adscripsimus, sed aliis semper, vbi quis donando aut renuntiando facit quod solitum est fieri, cessat hæc l. nostra, vt expresse voluit Socin. consi. 53. viso instrumento, col. 3. vers. secundo responderetur. In idque refert quod alibi diximus, filiam quæ dum datur, aut matrimonio collocatur, renuntiat successioni in fauorem fratrum, vt solet fieri, non reuocari hanc renuntiationem ob filios postea natos, cum non fecerit, nisi quod aliis fieri assolet in rebus huiusmodi. Et facit etiam quod scribit Pau. Cast. consi. 15. incipiendo, col. 4. vers. facit etiam multam, lib. 2.

ET POSTEA.

Distinctione, postea, significatio.



1 Nec dictio, postea, posset videri non necessarium habere interuallum, sed dici etiam de re quæ fit simul ac eodè momento & impetu, ex text. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. insti. Ex quo not. Bart. dictionem hanc non impedire diem hæreditatis & libertatis simul cedere. Sed & ex eo not. Bal. & recentiores ibi, quod si testes deponant Seium insultasse Caium, postea vulnerasse, intelligitur non ex interuallo, sed incontinenti, vt sic insultus confundatur cum vulnere, & de solo vulnere puniatur, iuxta gl. vlt. in l. qui de crimine. C. de accusa. & est text. in l. l. lud. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Nam & cum id dictum testis sit ambiguum, interpretatur in mitiorè partem, per c. in præsentia, & ibi glo. extra de prob. Et idem tenent ipse Bal. & recentiores in l. diuortio, in princ. ff. sol. marr. Raph. Co. & Ias. in l. fructus. ff. eod. Alex. consi. 116. in causa inquisitionis, lib. 3. & Barb. in l. 1. §. qui præsens, col. 4. ff. de verb. oblig. & in cle. literas, col. 8. in paruis, vers. tertio faciat, de rescript. Sed & ipse Bal. post Dyn. in d. §. si quis ita, & ibi etiam Imo. & penè omnes scribunt, quod si testes deponant quod testator instituit Seium, postea Sempronium, intelligendum est incontinenti, ita vt sint ambo hæredes. Id quod etiam tenent Rayn. Dyn. Bal. Bart. Albe. Ange. Pau. Cast. & Raph. Co. in dict. l. fructus, Cyn. & Albe. in l. 1. ff. si cer. peta. Alex. in l. diuortio, in princ. col. 4. ff. sol. marr. Barba. in d. cle. literas, col. 8. vers. secundo accedat, de rescript.

Distinctione, mox, varia interpretatio.

2 Quanquam multi ex illis etiam loquantur in dictione mox, ita videlicet, Seius insultauit, mox vulnerauit. Siue ita, testator instituit Seium; mox Sempronium. Sed nihil refert dicas in illis exemplis, mox aut postea, quando hæc dictiones in huiusmodi locutionibus idem omnino significet, vt probat text. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. vbi in eod. casu quod per mox prius dixerat, statim per postea dicit, & in l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. vbi ita dicitur, si autè minor prius adiit hæreditatem, mox abstinens est. & text. in l. quod si

seruus. §. sed & si errauit. ff. de in rem vers. vbi est similis text. & in l. ad peremptorium. ff. de iud. cum dicitur, vt primò quis petat post absentiam aduersarij primum edictum, mox alterum. nam apertè in illis locis mox significari postea. Et in l. 2. in princ. ff. ad Velleia. & l. si ita fuero. §. 1. ff. de noua. vbi anre & mox iunguntur. & in l. æquisimum. in princ. ff. de bon. poss. secun. tab. cum similibus. & voluit expressim Pau. Cast. in l. 1. col. 3. vers. vltimò not. ff. si cer. pet. & Fulg. in l. si arrogator. ff. de adopt. & ibi Ias. colum. 3. Nam & dictio, deinde, quæ idem significat quod postea, vt dicemus infra num. 9. & ista dictio mox, idem quoque significant, vt apertè probatur in l. si quis filio. §. his autem: ad fi. ff. de iniust. testa. Quanquam Rom. in dicta l. fructus, & post eum Franc. Aret. aliter dicunt de dictione mox, quoniam scilicet ex sua propria vi & natura omne interuallum refugiat. Quod fateor, cum pro incontinenti vel statim ponitur: de quo dicemus infra in verbo, reuertatur, in 27. fal. quæ est in num. 109. At cum ordinem significat, vt postea & deinde, de qua etiam dictione postea dicemus, vt runque & cum interuallo & sine interuallo significat, quod videre licet in iuribus supra citatis.

3 Sed vt redeamus, certè si text. in d. §. si quis ita, supra in princ. aduocatus solerter expendatur, diuersum eius quod inibi ex eo diximus, ex diametro probat, cū dicit, detracto verbo medio, postea, hæc enim sunt verba illius l. quasi scilicet necesse foret eam dictionem detrahi, vt demonstrarentur actus simultaneus, vt ita loquar, & non separatus aut interuallatus, vt sic quoque loquar cū Ammiano Marcellino, a ut intercapedinarus, vt vtar verbo Cælij Aureliani: quanquam aliter intelligit Rom. ibi, qui ex eo text. not. quod hæc dictio posita inter ea, de quorum natura est, quod in eodè tempore concurrat, non inducit temporis interuallum. & ad hoc dicit illum text. esse valde not. Sed quod aliàs ea dictio denotet interuallum, probant & alij multi text. videlicet in l. in bonæ fidei. Cod. de pact. vbi ita scribitur, in bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio comperit, si incontinenti fiat. Nā quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. Vides enim has dictiones, incontinenti, & postea, poni vt diuersa. Ideoque glo. ibi interpretatur postea, id est, ex interuallo. Et text. in l. qui procuratorem. ff. de procur. vbi confessum & postea etiam scribuntur vt diuersa, & in l. 1. §. si rem. ff. de po. & in l. 1. §. deinde ait prætor. ff. ne quid in loco publici. cum dicitur, siue statim deterior sit via, siue postea, & in §. vlt. Instit. de iniur. vbi est similis text. & etiam in §. si ad exhibendum, Instit. de offic. iudi. Quibus simile est illud Sueronij in Augusto, Nec quicquam vltra aut statim aut postea inquisiuit. Et rursus cap. 95. Qua fiducia Veletrini & tunc statim, & postea sapius penè ad exitiū sui cum populo Romano beligerauerant. Et in Nerone, Neque tamen sceleris conscientiam, quanquam & militum & senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut vnquam postea ferre potuit. Illudque Spartiani in Hadriano, Patris patriæ nomen delatum sibi, statim, & iterum postea distulit. Quibus locis etiam vides statim & postea vt diuersa poni.

Distio, postea, an denotet interuallum.

De eadem re.

4 Sed vt ad nostras leges reuertamur, hoc quoque probat text. in l. iurisperitum. §. quinimo, vers. idem responsum. ff. de pact. vbi quod primum ex interuallo dixerat, mox idè postea vocat. quasi idem sit postea, & ex interuallo. Ideo ibi Ias. col. 4. vers. quarto nouiter pondera, not. ex eo. text. hanc dictionem postea, significare interuallum. & in l. pacisci, ff. eo. tit. cum dicitur, siue in ipso negotio venditionis gerendo conuenisset. siue postea, & in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad S. C. Maced. vbi ab initio &

postea ponuntur etiam vt diuersa. & est similis tex. in l. anriqua. in prin. C. ad S. C. Velleia. & in l. nuper. in princ. C. de natur. lib. & in §. si verò decretum. in auth. de nupt. & in §. vlt. versi. sed neque. in auth. de hære. & falc. & in §. dedimus. & iterum §. si autem mulier. in auth. de æqual. dot. Et probatur etiam in l. si quis iniquus. §. illud quoq. ff. quod quisq. iur. vbi tunc & postea ponuntur quoque vt diuersa. Et est similis text. in l. i. §. reditissimè. ff. de vi & vi arm. Et etiam text. in l. non erit. §. si neque. & ibi quoq. gl. & Iaf. in vlt. not. ff. de iureiur. & in d. l. illud. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. vbi postea. & vno impetu. pro diuersis ponuntur. & in l. i. §. idè Labeo. ff. quod vi aut clam. cum dicitur. Iq. desiterit impræsentiari. rursusq. postea facere coeperit. & in l. apud Celsum. §. in hac exceptione. ff. de doli mali excep. cum scribitur. de eo duntaxat excipi oportet. qui admissus sit in ipso negotio quod geritur. non etiam si postea interuenisset. & in l. i. iuncto §. vltim. l. i. ff. de solut. vbi in re præbiti. & postea ponuntur vt diuersa. Ideoq. Bal. ibi exponit postea. id est. ex interuallo. & in l. 2. C. de iurisd. om. iud. vbi tempore contractus. & postea. ponuntur vt opposita. Et in l. idemq. §. si cui manda uero. ff. mand. cum dicitur. vel ilico stipulara sit. vel etiam postea. Et in l. ex castrensi. in prin. ibi. non statim quidem. sed postea. ff. de castren. pecu. Et in l. 2. §. hoc autem. ibi. nemo neque eorū qui in præsentia iuris peritiam habent. nec qui postea fuerint. C. de ver. iure enucl. Et in l. qui ædificiū. ff. de seruit. vrb. prædio. cum dicitur. quæ in præsentia erunt. & quæ postea fuerint. Et l. seq. cum scribitur. quæ nūc sunt. & quæ postea quoque fuerint. & in l. 2. in prin. C. de quadr. præscr. vbi est similis tex. & in l. manifestissimi. versi. sed ea. & rursus versi. sin autem nescius. C. de furt. vbi eo tempore. & postea. ponuntur vt diuersa. & in l. C. de calum. & in §. vlt. Instit. de nup. cum dicitur. statim vt nati sunt. in potestate parentis non fiant. postea autem redigantur in potestatem. & in §. i. versi. qua de causa. Instit. de loca. & conduct. vbi etiam ponuntur vt separata. & apud Horatium lib. epistol. 2. epistola 1. ad Augustum.

An quos & præsentis. & postea respicit aras.

Quibus planè constat. id quod dicimus. hanc dictionem postea. interuallum ostendere. quod etiam voluit glo. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. quæ etiam interpretatur postea. id est. ex interuallo. & ibi Bal. in 2. not. & similis glo. in l. cum fundum. in verbo. postea. ff. de vi & vi arma. & in l. si Titius. in verbo. postea. & ibi quoque Bar. ff. de fideiuss. & Alber. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. 1. in si. ff. de pact. Ioan. Fab. in l. per retentionem. C. de vsur. Bal. in l. circa medium. ff. de solutionib. Card. Flor. in c. cum Vintonensis. extra de elect. Panor. subobscure in c. cura. in vlt. not. de iure patro. Barb. in l. 4. §. Cato. col. 21. versi. & adduco celebrem. ff. de verb. oblig. & in repet. rub. de reb. eccl. non alien. in §. dubio. col. eiusdem vlt. & in c. vlt. col. 2. de precar. & in c. portuit. col. 3. de loca. & in c. illo vos. col. 2. de pignor. & consi. 25. scribitur sapientia septimo. col. 2. lib. 1. & consi. 60. clementissimi Dei. col. 4. eo. lib. 1. & Alex. consi. 141. viso testamēto. col. 2. cōfirmo ex illa. lib. 2. & consi. omnium postremo. viso processu. ante fin. eod. lib. 2. & consi. 98. viso & considerato. colum. 2. versi. & hoc modo. lib. 1. Franc. Aret. in dist. l. fructus. colum. pen. ff. solut. matr. vbi videtur sentire. licet subdubius. hanc esse eius propriam ac peculiarem vim ac naturam. Card. Alex. in cap. 1. col. 2. titul. quid iur. si post alie. Iaso. in l. si quis ante. col. 2. versi. rui pondera dictionem postea. ff. de acq. poss. Phil. Dec. in c. 2. col. vlt. extra de offic. deleg. & in l. certi conditio. §. de posui. in primo not. ff. si cert. pet. & consi. 639. visa consultatione. col. 1. Hiero. Cagno. in l. 2. col. 6. versi. 4. not. ff. de orig. iur. Anto.

Burg. in c. si veditori. in prin. extra de empt. & vend. Porro quantum interuallum hac dictione significetur. paruumne. an longum. non inter omnes conuenit. Alij enim modicum dicunt. ob text. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. vbi glo. Petr. & Bar. col. 1. Alber. col. quoque 1. ff. ex quib. cau. maio. & idè Albe. in l. hæc adiectio. post princ. ff. de verb. sign. & Franc. Aret. in l. cum quidā. §. suum. col. 2. ff. de acq. hæred. quod & probare videtur text. in l. si fuerit. §. vlt. ff. de reb. dub. qui in vno gemellorū partu vritur hac dictione postea. inter natiuitatē vtriusque. cum dicitur. nā si postea edita est. cum tamen ibi adeo modicū esset interuallum. vt ambigeretur vter prior esset editus. & text. in l. quidam. post princ. C. de necess. seruis hæred. instit. quæ hac dictione postea. vritur in re in eodem testamento facta. & in l. Lucius. ff. de hæred. instit. qui similis est. in l. si quis. in prin. ff. de leg. 1. vbi ita scribitur. postea eodem testamento vel codicillis. Et in l. imperatores. ff. de manu. testa. quæ non tantum de re eodem testamento facta. sed de eadem ratione vno in testamento apposita. hoc verbo vritur. & in l. si is quem. C. de lib. caus. in illis verbis. sed si postea quàm cognouisti. de sententia iudicis appellasti. Nā illa dicitio postea. debet intelligi illico. per text. in l. litigatoribus. C. de appell. aur ad summū intra eundem aut alterū diem. per text. in l. eos. §. si autē. eo. tit. facit & text. in c. 2. de præscr. lib. 6. cum dicitur. postea quando cunque. quasi scilicet nō fuisset intellectū de lōgo interuallo. si dictum simpliciter fuisset postea. sine illa adiectione. quando cunque. Et gl. in c. scriptū est. in prin. extra de elect. quæ exponit illum tex. qui dicit postea reuocari. scilicet sine interuallo. quam sequitur & sing. dicit in suo casu Pan. ibi. col. 4. versi. in glo. 1.

Qui asserat hac dictione postea. longū interuallū designari.

Dicitio postea. an paruum aut longum interuallum significet.

Autoritas ea de re opinio.

prin. & Barb. in cle. literas. col. 3. in paruis. de rescrip. Ex quorum sententia. si vera est. quod nunc non diffinitio. hæc dicitio postea. intelligitur in d. l. sancimus. siue statim. siue ex interuallo.

7 Ego autē dico ordinem quendam & sequelam vel loci. vel temporis. vel cuiusvis rei ad aliam hoc verbo itapte natura intelligi. vt etiā Priscianus tradit li. 14. & è nostris Alex. consi. 141. viso testamento. col. 2. versi. confirmo ex illa. lib. 2. Et nunc quidem incontinenti. & sine interuallo. nunc ex interuallo aut longo aut modico. ex subiectæ rei argumento. Neque enim simpliciter certū aliquod tempus demonstrat. sed prorsus dubium & ambiguum. secundum Dyn. Rayn. Barr. Alber. Raph. Co. Rom. & Iaf. in d. l. fructus. ff. solut. matr. Cyn. in d. l. i. col. vlt. in 6. oppo. ff. si cert. pet. Bal. Imol. & alios in d. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. instit. Bal. consi. 64. quidam promissit. lib. 1. Alber. in l. rem quandam. in fin. ff. de dol. mal. dum dicit ex eo text. hanc dictionem non semper denotare interuallum. Alex. consi. 224. viso processu. ad fil. lib. 2. & cōf. 116. in causa inquisitionis formata. col. 2. versi. in dubio. lib. 3. Card. Alex. in c. commissum. col. 1. in 2. locis. extra de spōsal. & Mar. Philip. Dec. in d. l. bonæ fidei. col. 3. versi. quartò not. C. de pactis. & Matthæ. Affli. in consi. Sicilia incip. quæstiones iurisperitortum. in 3. not. Et probat text. in d. c. 2. in illis verbis. postea quando cunque. de præscr. lib. 6. Ob idque Rom. Fran. Aret. & Iaf. in d. l. fructus nō approbant quod supra diximus in prin. huius gl. de rebus deponentibus testatorem instituisse hæredem Seium. postea Sempronium. Nam cum inquitur. incertū sit ob eam dictionē postea. vtrum intelligatur in continenti. & sine interuallo. an eū interuallo. nec valeat quantum ad secundū. si sit ex interuallo: certè ea probatio tanquam ambigua non cōcludit. per d. c. in presentia. de proba. & l. matrem. ff. eo. tit. & l. nō hoc. C. vnde legitur. cū similib. Dicit tamē Iaf. q. durum esset recedere ab opi. Barr. & communiori. At quantum ad priorem illum casum pertinet de insultu & vulnere. nullus hactenus tenuit contrarium. quia etiam cum dubium sit ex eo testimonio. an incōtinenti aut ex interuallo vulnus sit illatum. in dubio quod mitius est. sequimur. vt iam diximus. & probat text. in l. præses. & in l. interpretatione. ff. de feri. Igitur hæc dicitio. postea. vt repetamus. dubium. & ambiguum tempus dicit.

8 Sicuti & dicitio antea. quæ illi opposita est. vt planè liquet ex l. commissum. C. de adul. atque ex illo ipsius Suetonij loco in Domitiano. paulo post princ. in primisque poetice tam in suæum antea libi. quàm postea spreum & abiectum. Ideoque & ea denotat interuallum incertum. ob idque arbitrio iudicis ex subiecta materia æstimandum. vt etiam voluit Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. in penult. q. & ibi Alex. in addit. ff. de quæst. & Imol. in l. qui aliena. §. vlt. ff. de acq. hæred. Vt & de dictione. ante dicemus postea. nu. 19. incipiente. de dictione post.

9 Similitereque dicitio deinde. quæ idem significat quod post. siue postea. vt probat text. in l. 2. §. prius. vbi id no. Frā. Aret. col. 1. ff. de vulga. & pupil. substit. & in l. tigni. §. si quis cum iudicij. ff. ad exhi. & in l. si filius fa. in princ. ff. de relig. & sumpt. fune. & in l. si seruus Stichum. §. nunc videamus. ff. de verb. obli. & in l. edicto. §. cum ante. ff. de iure fisci. & in l. si seruus §. vlti. ff. de acq. hære. & in l. quibus. §. quidam. ff. de condit. & demon. & in l. vlt. C. ad leg. Corn. de fals. dum dicitur. primitus ei qui scripturam obtulerit. deinde ei. & c. & in §. vlti. Instit. de lege Falcid. cum simi. & glo. in clem. dudum. versae deinde. in ipso verbo deinde. de sepult. Et illud Cicronis in Pisonem. Qui sis ausus primum facere. deinde Torquato grauissimo & sanctissimo viro premēte conseruare. &c. Et in Philip. 14. Nollem primum reip. cau-

sa. deinde etiam dignitatis tuæ. Ideo & Signor. cōf. 115. in quæstione Petri. col. 1. dicit hanc dictionem esse ordinis designatiuā. & allegat l. 2. §. deinde cum census. & iterum. §. post aliquot deinde annos. & iterum §. deinde Cornelius. versi. post deinde. ff. de origine iur. Et idem dicit Bald. consi. 295. primo dicam. post medium. lib. 2. Ex quo etiam post deinde nonnunquam coniunguntur. l. 2. §. post deinde. ff. de orig. iur. vbi Zasius vir nunquam satis laudatus. id intelligens dicit. deinde. abundare. sed ornatus causa positum esse. Et est similis tex. in l. vlt. ff. commu. prædio. & in l. Seia. ff. de euidio. & in §. his igitur. statim post princ. Instit. de iusti. & iur. & in §. si quis agens. Instit. de actio. & apud Terentium in Andria: Nunc primum fac istæc vt lauet. post deinde quod iusi ei dare bibere. Sed & nunquā deinde & postea copulantur. vt in l. nō quocunque. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si iure. & l. si tibi. ff. de lega. 3. & in l. filium. §. si contra. ff. de leg. prætan. & in l. 1. sciendū. ff. de suis & legit. hæred. & in l. & seruorū. ff. de stat. homin. & in l. si plures. §. quamuis. ff. de administ. turo. & in l. si quis ita. §. si Titio. ff. de adm. lega. & in l. illud. §. si idè. ff. ad leg. Aquil. & in l. sicut. §. superuacaneum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. & in l. quoties. §. vlt. ff. de noxa. actio. & in l. vlt. ff. de castr. pecu. & in l. filiusfam. §. 1. ff. de milit. test. & in l. vlt. ff. iudica. sol. & in l. si indebitum. §. 1. ff. rem rat. hab. & in l. illud. ff. de peri. & commo. rei vend. & in l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. & in l. si cum testamento. §. si fundum. ff. de excep. rei iudic. & in l. quamdiu institutus. ff. de acq. hæred. & in §. 1. instit. de replica.

10 Ex quibus satis constat hanc dictionem deinde. quod supra diximus. idem significare quod post vel postea. Ideoque & illa etiam intelligitur incontinenti. & sine interuallo. vel etiam cum interuallo. sicuti & post & postea. Id enim voluit glo. in dist. l. 2. §. prius. in verbo deinde. & ibi clarius Fran. Aret. col. 1. ff. de vulg. & pupil. substit. & Philip. Dec. in l. pacta nouissima. col. 3. versi. secunda solutio. & ibi quoque Alci. in glo. vlt. col. pen. versi. tertius casus. C. de pact. Ideo Tullius in vltima in Verrem actione. vt amoueret dubium. an statim. vel cum interuallo intelligeretur hæc dicitio deinde. et coniunxit eam dictionem statim. cum ita scribit. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatum. Glo. autem in l. illud §. si idem. ff. ad leg. Aquil. exponit. deinde. ex interuallo. & ibi Flor. not. hanc dictionem denotare interuallum.

11 Igitur vt ad casum l. nostræ priuatim veniamus. Hæc lex an procedat cū post donationē nati fuerint donanti liberi. siue incontinenti post. si de illis non cogitabat. quia fortè diutius ab vxore prægnate abfuisse. siue ex interuallo qualicunque. aut longo. aut modico. id est. sine vilo tēporis post donationem discrimine. nempe ex subiecto l. nostræ argumēto. cum semper & omni tempore post donationem obtineat ipsius l. ratio. Et ita quidem expressim per pauca quedam ex iis quæ diximus. voluit Franc. Ripa hūc 39. quæstio. Et id certè non absimili ratione videre licet in casu l. 1. ff. de capt. & postlim. reuer. vbi ita cauetur. Quod seruus eius. qui ab hostibus captus. postea stipulatus est. hoc habebunt hæredes. Nemo enim. vt opinor. dubitabit illud obtinere. siue confessim post domini captiuitatem. siue longo post tempore seruus stipulatus fuerit. cum nihil sit inter vtrunque discriminis. Et idem in l. si ita fuerit. ff. de leg. 3. vbi fit mētio de eo qui postea natus erit. in re familiam venerit. quive postea cognatus fuerit. Et multa alia exempla in nostris legibus comperies. ex quibus manifestè deprehendes hanc dictionem. postea. omne sequens tempus comprehendere. & propinquum. & remotum.

Hæc lex an procedat cū post donationē nati fuerint donanti liberi.

Diffinonum postea & postea diffentia.

Nec me tamen latet, las. in multis locis, videlicet in l. si quis ita promiserit. §. Seia. col. 4. in 6. not. ff. de verb. oblig. & in d. l. non erit. §. si neq. ff. de iur. iur. & in d. l. fructus. ff. solut. matri. & in l. post dotem. col. 1. co. tit. & in d. l. iur. gentium. §. quoniam. ff. de pactis, sibi fecisse finxisseque differentiam novam quidem illam, sed admodum vanam, inter hanc dictionem postea, & dictionem post: quæ si vera esset, subverteret omnia quæ diximus. Ea autem est, dictionem postea, suapte natura denotare interval- lum: post autem, minimè, sed pro confestim intelli- gi. Idque probat ex d. §. quoniam, vers. id respon- sum, in illis verbis, post emptioem ex intervallo. Nam frustra, inquit, adiectum fuisset ex intervallo, si id intellectum fuisset. Quod & idem voluit Ioan. Crotus, nulla las. mentione facta, in repe. cap. 1. in 1. nota. de constit. lib. 6. per d. §. quoniam. Quibus ad- de & alium tex. in l. mulier. §. si hæres, ibi, post mul- tum tēporis. ff. ad Sc. Trebel. E diverso autem, vt & hoc illi addas, iurisconsultus cum postea addit con- festim, in l. peregre, in princ. ff. de acquir. post. quasi sine ea adiectione intellectum fuisset ex intervallo, ex ipsius las. sententia. Et simile est quod dicitur, postea sine mora, in l. scire debemus. §. si à iure. ff. de verb. oblig. Et quod Terentius in Eunuchio iungit continuo cum postea. Hæc enim sunt verba illius, Hos prius introducam, & quæ volo, simul impera- bo, postea continuo exeo. Sed & las. sententiam confirmat, quod voluerunt gl. & Inn. in c. congregato, vterque in verbo, postmodum. extra de elect. interpretantes eam dictionem postmodum, ante- quam diuertant ad alium actum, ac durante eodem contextu electionis, & quod scribit Domi. in c. frequen- sationem, in princ. de restit. spoliat. lib. 6. quod si testes dicunt aliquem possedisse post talem, intelligitur immediate & sine intervallo.

Autoris ea de re sen- tentia.

13 Verum ego (pace las. & Croti dixerim) nihil omnino video interesse inter eas dictiones, post, & postea, non magis quidem, quam inter ante, & ante, quantum ad intervallo, de quo tractamus, per- tinet. Ideoque & dictionem post, sicut postea, am- biguum etiam intervallo significare, secutus Bar. & alios id nuncupatum de dictione post asserentes in d. l. fructus, & Fran. Aret. in l. Gallus. in prin. col. 5. vers. in gl. vlt. & ibi etiam Lancello. Galli. in repetit. col. 7. vers. item verbu. ff. de liber. & posthu. & eun- dem Aret. in d. l. si quis ita promiserit. §. Seia, in 2. notab. ff. de verb. oblig. & in l. in duobus, in prin. ff. de duobus reis, & Philip. Franc. in c. 1. in 1. notab. de constit. lib. 6. & ante hos gl. quæ id aperte sentit, in dist. clem. literas, in verbo, post datam, quam ibi ex- pendit Barb. col. 7. & seq. de rescript. & ex externis scriptoribus Aclium Donatum, vñ quidem vnum qui vocum verborumque naturas ac proprietates optime calluit, hoc quoque nuncupatum confirman- tem in Eunuchio Terentij. Idemque de dictione ante, quæ respondet dictioni post, scribit Bald. consil. 179. ad euidenciam est permitrendum, lib. 2. vbi dicit quod significat incertum intervallo; quod & dicit Franc. Aret. in dicta l. 2. §. prius, col. 1. ff. de vulga. & pupil. substit. Nam quod breue aliquando signifi- cet, vt hoc illi addam, aperte probat text. in l. si ita fuero. §. cum pecuniam. ff. de nouat. Et quod etiam aliquando longum, probat item text. in l. ff. de vi bon. raptu. cum similib.

De eadem re.

14 Nam & quamuis hæ dictiones ante & post sese mutuò veluti respiciant, tanquam relatiua, siue reciproca, vt patet ex l. si bona. ff. de bonis liber. ibi, post venditionem, & ante venditionem. & l. 2. §. in auro, ibi, ante conceptionem, & post conceptionem. ff. de decurio. & alibi sæpe. & planissime apud Tul- lium, si is est, lib. 4. artis Rhetoricæ ad Herennium, quo loco de demonstratione differit. Id fieri, in-

quit, poterit, si quæ ante, & post, & in ipsa re facta erunt, comprehendemus. Hæc ibi. Et lib. Acad. q. 4. Et cum in hoc mundo ornatus hic sit tam mirabi- lis, innumerabilis: supra, infra, dextra, sinistra: ante, post: alios dissimiles, alios eiusdem modi mundos esse. Sicuti & antea, & postea, se quoque vicissim respiciunt, vt supra diximus, & probat etiam tex. in l. seruitutes, §. si antea. ff. de seruit. vrb. prædio. & in l. 2. §. qui ad munera. ff. de vaca. muner. & in l. quo- niam. §. si vsus, in fin. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consu. & in l. 2. §. sed cum perspeximus, vers. admo- nuimus. Cod. de veter. iure enucle. & in l. 2. Cod. de offic. quæstor. & in §. igitur, vers. in quibus, in pro- cœmio Instit. & in cap. nulli, de electio, lib. 6. & illud Tullij statim post principium Oratoris ad Brutum, Multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fue- rant, nec postea defecerunt. Et ad Lentulum lib. 1. episto. Appius in sermonibus antea dictabat, post- ea dixit etiam in senatu palam. Atque illud Macro- bij lib. 3. Satur. c. 6. Delon neque antea, neque post- ea hoc incommodo vexatam. Tamen sæpissime vnum aliud mutatur, cum eoque coniungitur, tanquam nihil inter ea interfit. Videmus enim ante & postea copulari, & è diuerso antea & post: vt in eodem §. in auro, & in ead. l. 2. §. in filiis, & in l. liber- tus, §. filium. ff. ad municipa. vbi ita scribitur, cum antè militasset, vel postea, & in l. ex facto. §. si quis aut. ff. ad Sc. Trebel. vbi dicitur, quis ante, & quis postea decesserit. & in l. epistolam. §. 1. ff. eod. tit. cui- us hæc verba sunt, vtrumque post mortem suam, an antea, & in l. sancimus, §. cum autem, C. eo. quoque rit. vbi ita scribitur, vel post litem contestatam, vel antea & in c. tanta, in prin. extra qui fil. sunt legit. & in c. post translationem, paulo ante si, de renuntiat. & in cap. duo pueri, paulo ante fin. de desponsa. im- pube. & in c. si beneficia, de præb. lib. 6. & in sexcen- tis aliis locis, & apud Plin. lib. 28. c. 10. foueri, inquit, frigida & antè postea iubent, & ipsum Tullium in 3. in Verrem actione, Si habuisset iste edictu, quod ante istum, & postea omnes habuerunt, & Teren- tium in Andria, Nam is postquam excessit ex ephē- bis, Sofia, liberius viuendi fuit potestas, nam antea Qui scire posses, &c.

15 Imò & ex multis legibus manifestè apparet has dictiones post & postea esse eiusdem significatio- nis & naturæ, videlicet in l. forma. §. quæ post cen- sum. ff. de censib. vbi quod primo loco per dictio- nem post dicit, idem statim per postea pronuntiat. Quæ post, inquit, censum editum nata, aut postea quæ sita sunt, &c. & in l. 1. in princ. ff. quando de pe- cul. actio. anna. est. vbi etiã post & postea in eadem significatione ponuntur. & in l. 1. §. restit. ff. de vi & vi armata, vbi etiam quod per postea primo dixerat, secundo loco dicit per post, & in l. legem. C. de natur. liber. vbi primu dicit postea, quod paulo post dicit post eandem legem. & in l. 1. in prin. ff. de milit. testa. vbi iurisconsultus nunc vna vritur, nunc alia in re eadè aut simili: adeoq. vtrancq. cõsum dit, vt clarè cognoscas, nihil illu curasse vtra vtere- tur. & in §. si ab hostibus, vers. sic dictu est, Insti. quib. modis ius patriæ potest. soluit, vbi primu scribitur postliminiu dici à post & limine, deinde id expones vtitur dictione postea, pro illo post. hæc enim sunt verba illius loci. Dictu est autem postliminiu à limine, & post, vnde eiq. qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuer- sum rectè dicimus. Sed & vt ex eodè loco aliter in- telligas nihil interesse inter has dictiones post & postea, scias eum locu esse exceptum ex Scauolæ illius antiqui iuriscõsulti sententia, quæ Tullius lib. Topicorum ita adscripsit, Scauola autem P. filius postliminum iunctum putat esse verbum, vt sit in eo & post, & limen: vt quæ à nobis alienata sunt, cum

Qui affir- ment dicitio- nes post & postea esse eiusdem signifi- catio- nis.

cum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam li- mine exierint, hinc cum redierint post ad idem li- men, postliminio videantur rediisse. Vides enim, vt pro illis verbis Scauolæ, aut Ciceronis, cum redie- rint post ad idem limen, & in fines nostros postea peruenit: vt iam non dubites ex horum locoru coniunctione nihil referre, siue post siue postea dixeris. Sed est & bonus tex. in §. quibus, Insti. de hæred. quæ ab intesta. defer. vbi quod primu per post dixerat, cõfestim per postea dicit. & in aliis infinitis. Nã & nihil omnino discriminis est inter eas dictiones, nisi quod post præpo- sitio est, quæ cū accusatiuo sæpius coniungitur, in- terdu cum ablatiuo, cum dicitur, longo post tēpo- re. Postea autem, quod est post conficitur, aduerbiu est, quod nullum casum requirit: tamè & ipsa dictio post, interdum quoque aduerbialiter ponitur pro postea, vt in l. siue libertus. in prin. ff. de iure patr. & alibi sæpe, & apud Virgil. lib. 1. Aeneidos:

Post mihi non simili pœna commissa luctis.

Et lib. 4. Georg. *Atque aliis post commemoranda relinquo.* Et Terentium quoque in Adelphis, *Post faciet tamen.*

Sicut & antè, quæ præpositio est, interdum etiam aduerbialiter ponitur pro antea, apud eundem Vir- giliu in Bucol.

Antè leues ergo pascentur in æthere cervi.

Et de vtroque in illo Tullij loco supra in 2. ab hinc vers. citato. Et probatur etiam apud nostros in l. si libertus, §. vlt. ff. eo. de iure patro. & in l. 1. §. emanci- patus. ff. de collat. bono. & in l. 1. post princ. ff. de bonis lib. & de vtroque est text. in l. si re parens. C. de suis & legit. & in locis infinitis. & hæc quidem an- notata quoque sunt à Prisciano lib. 1. 4. non vno in loco. Et similiter antea nonnunquam ponitur pro antè, vt apud Ciceronem in oratione pro Sexto Roscio Amerino, Cuius antea prædia possedisti, quom ipsum agnosti. Vides enim ibi antea quàm dici pro antequam. Idcirco & antiquiores Romani iisdem notis vtrunque, scilicet ante, & antea, signifi- cabat, nempe his a n r. vt scribit Valerius Probus, vt ex hoc facile cognoscas, etiam si nihil aliud sit, veteres illos proprietatis verborum obseruantissi- mos, nullum omnino discrimen inter vtrūque po- fuisse, sed passim vtroque sine delectu ac promif- cuè, & prout legentibus libuisset, vsos fuisse.

16 Nec huic nostræ sententiæ, quicquam obest text. in d. l. iuriscogentium. §. quoniam. Nam non ob aliud ibi adiectum fuit, post venditionem ex inter- uallo, nisi quia dictio post, sicut & dictio postea, vtrunque poterat significare, & post venditionem confestim & sine intervallo, & post venditionem ex intervallo. Ideo ne sine intervallo intelligeretur, subiungit ex intervallo. In qua re vt vnum tibi aut alterum exemplū ex multis proponamus, in l. post contractum. ff. de don. in qua ita scribitur, post con- tractum capitale crimen donationes factæ valent, non magis intelligitur de donationibus factis con- festim post crimen admiffum, quàm de factis ex in- tervallo. Imò verò quæ confestim crimen sequun- tur, magis obnoxie sunt reuocationi, aut nullitati, quàm quæ lōgo post tēpore sunt cõfecte, vt ibi no- per Bar. col. 3. ver. quinto præsumitur. & Alber. post Quid. col. 2. ver. Oldr. in hoc, & alios, ibi, & Bal. in l. si quis in 2. locis. C. de bo. prosc. & Paul. Cast. cõsi. 337. primò quaritur posito q. de vero, col. 3. vers. sexto præsumitur, lib. 1. Sicuri & cum è diuerso maleficiu cõfestim sequitur alienationem, vt per Bal. in auth. sed iam necesse, col. 1. & ibi etiam Ang. in fin. C. de don. ante nupt. & eundem Ang. in l. vlt. col. 2. ver. itè si donauit ante maleficiu, C. de bo. proscrip. cum aliis multis concord. adductis à Philip. Dec. consil.

Post con- tractu cri- men capi- tale dona- tiones fa- cta valer.

235. in causa magnifici, col. 2. vers. quinto præsumi- tur. Similiter in l. 1. C. ex delic. defun. vbi scribitur, Reo criminis defuncto post liti contestatione suc- cessores eius teneri, num intelligitur reo cõfestim defuncto liti contestata tantu, an verò etiã longo post tēpore? Et certè nemini dubiu nihil interesse.

17 Quid quòd tex. habemus in l. Paulus. §. Caius. ff. de liber. cau. & in l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. & in l. latinus, in princ. ff. de leg. 2. & in l. qui quadraginta. §. qui ducenta. ff. ad leg. Falcid. his ver- bis vtentes, post aliquantulum temporis, & post ali- quantum temporis, quæ idem significant, quod statim post. Ex quo retorquendo argumentum las. son. in eum ipsum, postea assumere, id verbum post, simpliciter prolatum intelligi de longo intervallo. Nam aliàs frustra adiectum fuisset aliquantulum temporis, si intellectum fuisset. Quòd si quis neger ea verba, post aliquantulum temporis, significare statim aut confestim post, & ita sine intervallo, le- gat text. his verbis post statim vtentem, in l. petens. C. de pactis. Seu, inquit, antecessit pactum, seu post statim interpositu sit. & in l. is qui. §. Aristo. ff. quod vi aut clam. vbi dicitur, statim post venditionem contractam. & in l. 1. ff. iudic. solui, ibi, post rem iudi- catam statim dies cedit. & in l. 1. §. dies, ibi, post sen- tentiam dictam statim & c. ff. quando appel. fit. & in §. an seruo, Insti. de leg. vbi in duobus locis dicitur, statim post factum testamentum. & in l. 2. §. constat, ibi, statimque post sententiam. ff. de pœnis. & in l. li- berto. §. vlt. in ff. de annuis leg. cum dicit, conse- stim post mortem patris. & similis tex. in l. deo que. ff. de Carbonia edicto, ibi. Nam si confestim post patris mortem, &c. Er paulo post subiungitur, si ve- rò interposito tempore, & cetera: vt facilius hinc agnoscas vim horum verborum. & in l. filium, quæ est pen. ibi, confestim post aditam hæreditatem. ff. de optio. leg. & in l. 1. §. exactio autem. C. de rei vxo. actio. in ex stipulatu actionem transfusa, cum dicitur, statim post dissolutum matrimoniu. & Suetoni- u in Augusto. De reddenda publica bis cogitauit, primò post oppressum statim Antoniū. Sed & ha- bes tex. in c. causam, extra de elect. vbi scribitur, con- tinuò vnus post aliū. & apud Plautu in Menechmis, Paucis diebus post Tarenti emortuus est. & Cæsa- rē lib. cõment. de bello Gallico 4. Paucis post die- bus teie daruros dixerūt. Et iterum li. 6. paucis post diebus ciuitatem recepit. Et paulo post, interim pau- cis post diebus sit ab Vbiis certior. & Tullium Phil- lipp. 1. liberatus cædis periculo paucis post diebus. & iterum Philippica 10. Cassius lapsis paucis post diebus, & Salustium in Catil. Post paucos dies Lu- cius senator in senatu literas recitauit. & Corneliu Tacitum lib. 15. Paucos post dies vni ex illo cõtami- natoru grege denupsit. vt omittamus illam loquen- di formulam, qua & nostri & alij probatissimi scri- ptores vtuntur, cum scilicet dicitur paulo post, vt in §. vlt. in fi. Insti. de exhæ. lib. & alibi sæpe. & Plau- tus in Pseudolo, Paulò post magis ille homo meus est. & Tullius in epist. ad Octauium, post etiam paulo temporibus ita postulantibus cedā vrbe. Et rur- sum, paulo post fugatum illu hostem &c. Sicuti & de dictione ante, quæ eandem vim (vt diximus) ha- bet, est illud ipsius Cæsar. l. 1. Reperiebat etiã Cæ- sar inquiredo præliū equestre aduersum paucis an- te diebus factu. Et sæpius dixerunt paulo ante opti- mi scriptores, & omnium princeps Tullius sæpissi- me, sed in nullo loco apertius declarauit propriam vim & significatione huius locutionis, quàm in 6. in Verre actione, cum scribit, Nuper homines no- biles eiusmodi indices, quid dico nuper? Imò verò modò, ac planè paulo ante vidimus, & c. Ex quibus planè conficies per arg. las. in eū detortu, dictione post, suapte natura nō itatim intelligi, siue continuo,

Diffio post, simpli- citer pro- lata, intel- lige potest de longi temporis intervallo.

aut intra modicum tempus. Nā ad quid ea dictio- nes adiceretur, si ex illius dictionis post, vi ac pro- prietate intelligeretur sicuti & de diuerso in dictione postea habemus tex. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. cuius hæc verba sunt, & postea post longum interuallum mortuus sit. Nam si ar. lat. est effica, haud dubie di- ctio illa postea suapte natura nullum aut modicum interuallum significasset sine illa adiectione post lōgum interuallum, quod ipse lafon non admittit.

Distiones post & post ea utrum- que & sine interuallo & ex inter uallo signi- ficant.

18 Sed quid in tot ambagibus & inuolucris im- moramur, cū habeamus alios text. clariū omni lu- ce probantes id quod asserimus, videlicet dictiones postea & post vtrūque significare, & sine interual- lo, & ex interuallo? De priori quidē in d. l. in duobus, in prii. ff. de duob. reis. vbi postea verba, vbi licet ante prii. responderit, postea posterior, continuū subiungit & hæc verba, si ex interuallo concipiatur. Quasi scilicet illud quod dixerat, postea posterior, posset intelligi & ex interuallo, & sine interuallo, nisi adiecisset, si ex interuallo concipiatur. Id quod annotauit Franc. Aret. in prin. ex hoc inferens ad id quod supra diximus de teste deponente per dictio- nem post, & ita etiam aperte innuens nihil has dic- tiones differre, vt cum trahat illum tex. de vna lo- quentem, ad alteram.

De eadem re.

De dictione post, habes & tex. in l. vt iurandi. §. iurare, l. r. ff. de pe. lib. vbi hæc verba scribuntur. Iurare autem debet post manumissionem, vt obli- getur, & sine statim, siue post tēpus iurauerit, obli- gatur. Vides enim primū lector amantissime, vt quod primo loco simpliciter dixerat post manu- missionem, mox interpretatur, siue statim, siue post interuallum. deinde vides quod statim & post tem- pus ponuntur vt diuersa, sicuti etiam sit in l. vlt. §. vlt. ff. quod vi aut clam. & in l. si quis ita. ff. de man. testa. vbi & gl. interpretans tex. qui ita (vt diximus) loquitur, scilicet sine statim, siue post tempus, hæc scribit, id est siue in testamento, siue postea ex in- teruallo. Ex quibus etiam illud intelliges, cam glo. eas dictiones post & postea confundere & misce- re, quantum ad significationem interualli. Sed & in l. 3. §. Strichus. ff. de statulib. illico & post tempus po- nuntur quoque vt diuersa, & in l. generaliter. §. si cui legatum, ff. de fideicom. liber. vbi etiam consertim & post tempus vt diuersa ponuntur, & in l. si patro- ni. §. qui fideicommissariam. ff. ad S. C. Trebel. vbi est similis text. sicuti etiam est in l. vlt. §. vlt. ff. quod vi aut clam. Et in l. obligari. §. tutor. ff. de aucto. tut. vbi in ipso negotio, & post tēpus, vt varia quoque adscribuntur. Et est similis text. in §. tutor. Inst. de eo. tit. vbi gl. expressim intelligit illud post tempus, sci- licet non modicum. Nam aliās non conueniret tex. vt ibi ostenditur, & in l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. præd. cū dicitur, siue quod in præsentia, siue quod post tempus, &c. Et apud alios quoque probatissi- mos scriptores post tempus significat confecta re, & inemptiuē, siue non suo tempore, vt Plautus in Captiuis, Serō post tempus venis, & Tullius in oratione pro P. Quintio, Ego pro tenunc hoc con- silio post tēpus, in aliena re, quod tu in tua re, cū tempus erat, consilium oblitus es. Et apud nos in §. fideiussores, Inst. de fideic. ita scribitur. Plus enim est statim aliquid dare, minus est post tempus dare; sicuti & diuerso ante tēpus significat etiā nondum tēpestiuo tēpore. Tullius in 5. in Verrē actione, Vt in alienā prouinciā mittat literas ante tempus. Et in epist. ad Octauianū, Decreuit in foro statim locū in Senatu, summū honorem ante tempus. & Salustius in Jugur. Ante tēpus domo digressos cōturbare rē. Et in l. pecuniā, in si. ff. si cer. pec. vbi ita dicitur, ante tempus petere videor. Et in eadem significatione dicitur ante diem, vt apud Ouidium lib. 1. Metam.

Filius ante diem patrius inquiri in armo.

Et lib. 4. Fastorum:

Et pecus ante diem partus edebat acerbos. & in epistola Sapphus ad Phaonem:

Ante diem lachrymas ossa bibere meas.

Et Sratius lib. 2. Syluarum,

Sic tener ante diem vultu gressisque superbo Vicerat aequales.

Et ante hos Virg. lib. 4. Aeneid.

Sed cadit ante diem.

Et alibi eodem lib.

Sed misera ante diem.

Sed vt redeamus, sunt & alij quoque tex. probātes eam dictionem post, interuallum significare. vt in l. 1. in prin. & iterum §. 1. rursumque in l. cū post mor- tem. ff. quan. de pecul. actio. anna. est. In quibus ma- nifeste apparet eam dictionem significare tempus annale. Et in d. l. post dotem. ff. sol. mat. vbi post do- tem datam non potest pater stipulari eam sibi resti- tui factio diuortio sine voluntate filie. Quod haud dubie intelligendum est ex interuallo, vt etiam gl. & doct. ibi intelligunt, quia in continenti pater id si- bi inuita filia posset stipulari. l. quotiens, cod. rit. Id quidem quoque text. in l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de ori. iur. vbi diuus Augustus 16. prætores consti- tuit, post deinde Claudius duos prætores adiecit. Cum tamen inter Augustum & Claudium fuerint duo imperatores, Tiberius scilicet & Caligula, qui diutius regnarunt. Et tex. in §. vnum, in auth. de res- ti. & ea quæ par. cum dicitur, post priores nuptias antequam annus expleatur. Quibus verbis apertis- sime ostenditur omne tempus quod intra annum est, comprehendit. Et in c. ab exordio. 35. dist. scribitur quod post diluuium lex data fuit per Moysen. Et tamen fati constat Moysen secutum fuisse dilu- uium multis non dicam annorum, sed seculorum curriculis. Ex quo & Dom. ibi not. in 3. not. eam di- ctionem post, dici etiā de longo interuallo. Et text. in c. cum de appellationibus, in si. de appel. lib. 6. cū dicitur, saluis iis quæ super appellationibus post sententiam interpositis sunt statuta. Nā & ea dictio post, illic comprehendit appellationem decima post die interpositam, ex aliis iuribus, sicuti & scite an- notauit ipse Do. in eo. c. §. si vero, col. 2. ex hoc infe- rens id quod supra diximus, hanc dictionem post significare actū, qui fit ex interuallo. Et rursum tex. in c. non solum, co. tit. & lib. tum in prin. c. ibi, inno- uata post appellationem, tum in si. illa verò, in illis verbis, quæ post appellationem interpositam ante diffinitiuam sententiā innouantur. In quibus locis idem Do. no. videlicet in priori ad princ. illud idem quod in d. §. si verò. Nempe quod hæc dictio deno- tat actum qui fit ex interuallo. Et in posteriori etiā in princ. no. has dictiones ante & post, significare actum & mediātū & immediātū. Quod & idē dicit ipse Do. in d. c. frequēs, in prin. post medium, & ibi quoque Phil. Fran. in 3. not. de resti. spol. li. 6. per d. c. c. 2. in pri. & ibi ante eū Pet. Arch. de cōf. eo. quo- que lib. & idē Do. in c. post ordinem, & ibi quoque Car. Alex. vterq; in 4. no. §. dist. & lmo. in l. cū quidā. §. suū, & ibi etiā Fran. Are. col. 2. ver. in gl. super ver- bo, post certū. ff. de acq. her. & idē Fran. Aret. in d. l. Gallus, in pr. col. 5. ver. in gl. vlt. ff. de lib. & posth. vbi illud nūcupatim dicit hæc dictionē vtrūque signifi- care, & ex interuallo, & in continenti. Et rursum in d. l. 2. §. prius, co. r. ff. de vul. & pup. vbi idē dicit de vtra- que dictione ante & post, & Card. Alex. in c. si quis post, in 1. no. §. 1. dist. & Clau. Aquensis in l. non solū. §. morte, in 1. q. Bar. super materia protestationis, & ibi quoq; Ant. Rub. in rep. ff. de ope. no. nun. & Phi. Dec. qui ex hoc cōsuluit in pulchro casu consil. 431. cuius superscriptio incipit, verba directā, col. 2. ver. sed tamen prædictis. & ante hos Bald. cuius nullus illorum

Ante & post dictiones, signifi- cant actū & media- tum & im- mediātum.

illorum meminit. in c. cū tu. ad fl. vlt. no. ext. de testi. dicit quod actus momentaneus non recipit has di- ctiones ante & post, & idem consil. 179. ad euentiā, lib. 2. afferit has dictiones ante & post, posse intelli- gi & cum interuallo, & sine interuallo. Ideoq; sicut statim & postea ponuntur vt diuersa, vt supra dictū est in prin. ita & statim & post, vt in l. si voluntas. C. de rescin. vend. vt hinc etiā intelligas nihil omnino interesse inter post & postea. Et tradit Barba. in l. 1. §. qui præsens, col. 4. ff. de verb. obl. hanc dictionē post ex propria natura denotare interuallum, & allegat quadam loca loquentia de dictione postea, tanquā scilicet sentiat nihil esse discriminis inter vtranque. Sed bene facit tex. in ea l. qua lafon innititur, scilicet in l. iurispentium. §. siue autem. ff. de pact. vbi ab initio, & post pactum, ponuntur vt diuersa.

De eadem re.

20 Quæ cum ita sint, idcirco multi dixerūt testes deponentes Titium possedisse post Caiū, non con- cludere hunc post illū illico, & vt nostri loquuntur, immediatē possedisse, cōtra quā supra ex Do. diximus. Ita enim voluit & ipse Dom. sibi palam con- trarius, & post eum Phil. Fran. in d. c. 1. de const. lib. 6. & idem Dom. in c. vlt. & ibi quoque Card. Alex. vterque post prin. 24. dist. rursumque vterque in c. qui semel, in 2. not. §. dist. & Barb. in proemio cle. §. hæc sanē, col. 1. & Anto. Burg. in c. si venditor, in prin. ext. de empt. & vendi. pro quibus est tex. supra à nobis citatus, in c. causam. extr. de elect. ibi, vnus continuū post alium. Et idem si testis loquatur per dictionem ante, ita scilicet, Caiū possedisse ante Ti- riū vt hō prober immediatam vtriusque possessio- nem, affirmat Dom. in c. Romana. §. cum autem, in 2. no. de appel. lib. 6. vbi nuncupatim dicit posse referri ad actus mediatos, & immediatos, & trahit ad id quod diximus de teste, & rursum in c. 1. §. licet, in 3. no. de procur. c. habeatur. 18. dist. & ipse item Dom. & Card. Alex. in c. si quis etiam, in fin. 32. dist. & idem Card. in c. ante sententiam, in prin. 2. q. 6. & Barb. in l. qui ante calendas, col. 2. ff. de verb. obli. Et vtranque voluit ipse Do. & Card. in c. 1. post princ. 26. dist. & Fely. in c. licet causam, col. 6. verfi. item de testib. extr. de proba. Et est optimus text. etiam pro- bans dictionem ante, significare actum & mediātū & immediātum, in c. capellanus, vbi Pan. not. in 2. no. ext. de feri. Et facit etiam tex. in c. ex tua, ibi, qui in proximo ante eos ecclesias tenuerunt, extr. de fil. presbyt. & similis text. in c. Michael, eo. tit. & text. in c. cum p. ibi, vnus post alterum instanti vicissitudi- ne, extr. de accus. Igitur cū hæc dictiones possint vtranque significare, consequens fit probationem quæ de immediata possessione debet fieri, hic non concludere tanquam ambiguum, vt supra diximus in simili, per c. in præsentia, de probat.

A dictio, interdum post signi- ficat.

21 His adde quod cū præpositio à plerunque idem significat quod post, vt in l. 2. §. quod ad ma- gistratus. ff. de orig. iur. cum dicitur, & veluti secun- dum locum à regibus obtineat, id est, post reges, vt scienter exponit Zazius, qui & ad hoc citat illud Plinij lib. 28. Equarum virus à coitu in lychnis ac- censum, id est post coitum. Cui adde & eundē Plin. lib. 6. c. 6. Sternuisse à coitu, abortiuum est. & lib. 25. c. 5. Hoc contingere, si à conceptu succus proinus bibatur in passo, paulò post, quarto die à balneo coire eas. & Plautum in Curculione, Quid antepo- nis Veneri à ientaculo. & illud Suetonij in Tibe- rio, A comeatu castra repetentes, id est, post ientaculum, & comeatum. Certè etiam eadem dictio potest significare & statim post, & ex interuallo, vt probat illud eisdem Suetonij in Cæsare: plebs statim à funere ad domum Brutij & Cæsij cum facibus ten- dit. Nam si ea locutio à funere simpliciter signi- ficasset continuo post funus, frustra Suetonius sta- tim addidisset, vt diximus in simili de dictione post.

Vel cū in- teruallo,

Quanquā idem Zazius in ead. l. 2. verfic. initium, in verbo, à cæde, arbitratus est eam dictionem habere vim immediati tēporis, motus autoritate illius loci Suetonij, qui diuersum probare videtur: sicut & il- lud eiusdem in Tiberio: Sed nō statim post à fune- re ad negotiorum consuetudinem rediit. Neque ta- men inficere eam dictionem cū tempus aut locū diuidit, significare immediatum tēpus aut locum, vt si dicatur, à die, à fundo Tirij, & similia, vt in l. pater. §. sexaginta. ff. de adul. quam & ipse Zazius ci- tat, cum simi. Ideoq; Fran. Are. consil. 71. diligenter & mature, col. vlt. scribit quod ea verba, à prima ho- ra mortis, significant immediatē finita prima hora. 22 Quod autem supra dictum est ex gl. & Inno. in d. c. congregato, de elect. nihil nostræ sententiæ con- tradicit, quando non negamus has dictiones, post, postea, postmodū, etiā posse intelligi cōfestim, post, & sine interuallo, secundum subiectam materiam. Nam & illic ita intelligi debere suadebat tex. in cap. cū post petitam, extr. eo. quem allegant glo. & In- noc. Sed id tantum dicimus non necessariō nec ex natura dictionis esse. Quin etiā habemus text. pro- bantem dictionem postmodum, qua vitur dict. c. congregato, significare etiam interuallum, in l. 2. C. de cult. reor. prout illū intelligunt Iaco. Bu. & Ang. ibi, & Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus, in pen. & vlt. quæ- stio. ff. de quæst. & Barb. qui hoc nuncupatim ad- scribit huic dictioni, in d. l. si à fure, col. 3. ff. de verb. obli. & in c. potuit, col. 7. verfi. & pondera istum, ex- tra de locat. & consil. 54. illud adferam, col. pe. lib. 1. & consil. 60. sapienter scripsit, col. ante pe. eo. lib. 1. & consil. 9. præclare scribitur, col. 4. lib. 2. & consil. 71. co- dēque vlt. sapienter magnus ait, col. 10. ver. secun- do pondero, eo. lib. 2. vbi & ad hoc allegat tex. in c. in præsentia, extr. de probat. quem dicit meliorem totius iuris. & consil. 25. scribitur sapientiæ se primo, col. 3. lib. 2. & est bonus tex. in c. 1. ad si. iuncta glo. in verbo, postmodum, circa medium, extr. quo mer. caus. & in c. ex parte B. extr. de corp. vitia. & in c. 1. de iur. cal. lib. 6. cū dicitur, postmodum in qualiter parte litis. Et ipse Bar. in eo. consil. 9. lib. 2. ex eo inferret etiam dictionem, post, significare interuallum, & id quidem longum, tanquam scilicet postmodum & post sint eiusdem significationis. Sed & de dictione postmodū, habemus & alios optimos tex. in d. c. nō solū, ibi, postmodum infra decenniū. de app. li. 6. & in c. literas, ibi, postmodum anni spatio reuolu- to, extra de conce. præben. Ex quo Fran. Ripa. in c. cū M. Ferrar. in 16. no. dicit etiam hæc dictionem postmodum, denotare interuallum magnum vel modicum secundum subiectam materiam. Et text. optimum in c. accusatus. §. licet verò, de hæret. li. 6. ibi, & postmodum voluit corrigere dictum suum. Et ibi gl. in verbo, postmodum, interpretatur ex in- teruallo: quam sequuntur Ioan. Mo. Archi. Io. And. Do. & Phil. Fran. & tex. in c. commissā, verfi. ceterū, iuncta gl. ibi, quæ interpretatur postmodum, elapso anno, de elect. lib. 6. Nec omitamus tex. in l. neque. C. de decur. li. 10. ibi, vel postmodum quoquo tem- pore, & in c. potuit, extra de loca. cum scribitur, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consilium stu- diisset. Nā si ea dictio suapte natura modicum tē- pus significasset, frustra hæc verba, celeri satis- factione adiecisset. Porro Terentius in Hecyra vitur hac dictione postmodum, ne quis putet eā barba- ram. Neque abs re mmeritō esse accusatam post- modū resciscat. Cy. autē in d. l. 1. in 6. oppo. ff. si cert. pet. pares facit has dictiones post & postea, afferit- que vtranque significare tempus dubium.

Etiā ma- gnum & modicum.

De eadem re.

23 Denique vt hoc caput finiam, si plura scire cu- pis de natura & significatione harū dictionū post- ea, post, ante, vide text. & no. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. & in d. l. qui ante calendas, vbi plenē

Rapl.

Raph. Co. Rom. & Fran. Aret. ff. de verb. oblig. & in l. anniculus. §. ante diem, & ibi docto. præsertim verò Alciat. qui eum locum doctè ac scienter interpretatur. ff. de verb. signi. & gl. i. in c. anteriorum. 2. q. 6. Oldr. consil. 49. consuevit, colum. vlt. versicul. quod quandoque ante. Alber. in proœmio ff. in §. illud autem, & ibi etiam Hiero. Cagno. & eundem Alber. in suo vberissimo lexico, in verbo, postea, latè Bar. & alios post gl. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. Bar. Saly. Imol. Fran. Aret. Alex. & alios recentiores in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. 1. & ibi etiã ipsum Frã. Aret. in prin. l. 2. Bar. in tract. de insula, in verbo, quod si vno, col. 1. vers. videndum est de ante. & Bar. & Bal. in l. insulam. §. fructus. ff. sol. mat. Signo. in reper. l. postquam, col. 2. vers. venio ad oppo. C. de pactis. Bal. in l. ex his verbis, circa medium. C. quando dies leg. ced. & in l. 2. C. ne de statu defunct. vbi per eum tex. dicit hanc dictionem tempus præteritum perfectum significare. & in d. c. cum tu, in vlt. not. de testi. & d. consil. 179. ad euidenciam, lib. 2. Saly. in l. si pacto, col. 5. vers. ad l. nuda. C. de pactis. Ang. consil. 275. thema super quo consilium petitur, col. vlt. vers. nunc venio ad depositionem. & Raph. Com. consil. 99. quædam possessio, in vlt. dubio. Pau. Cast. consil. 117. super primo dubio si queritur, col. 2. lib. 1. Card. Flor. consil. 105. consilium redditur, col. 2. vers. durat ergo tandiu, & iterum col. pe. versic. ad quintam. Dom. consil. 121. attenda forma, col. 1. Alex. in l. si quis eum, §. 1. col. 1. & ibi etiam Fran. Are. in l. 1. not. ff. de vulg. & pup. & in linter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. & consil. 141. viso testamento, col. 2. vers. confirmo ex illa dictione postea, lib. & Franc. Aret. in l. si ita quis, in 2. not. ff. de vulg. & pup. Barb. in c. vlt. col. 8. de rescri. & in c. post cessionem, col. 1. de proba. Soc. in l. sed in illo. §. sed circa, col. 2. ff. de reb. dub. & Anto. Corf. in suis singu. in verbo, postea. Phil. Dec. cõs. 431. cuius superscriptio incipit, verba directa, circa med. & consil. 593. viso puncto, col. 2. vers. prædictis tamen non obstant.

SUSCEPERIT LIBEROS.

Leganter dicit, suscepit liberos, pro genuerit. Tullius Philippica 3. Ipse ex libertini filia suscepit liberos. Et in oratione ad pontifices pro domo sua, Habet uxorem, suscepit etiam liberos. Et in 5. in Verrem actione, Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ. Et Virgilius lib. 4. Aeneid.

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles.

Corne. Tacit. lib. 2. Ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur. Et vndecimo, velut suscipiendorum liberorum causa conuenisse. Et apud nostros iuriconsultos sæpissime, vt in l. ex facto. §. quæ autem. ff. ad Trebel. Nam & Constantij & Constantis tempore, quorū hæc l. est, nondū omnino exciderat nitor atque ornatus Romani sermonis, sed paulò post non elegantia solum, verum & puritas quoque linguæ Latinæ prorsus est amissa, passimque putida barbaries recepta, vt videre licet ex multorum recentiorum imperatorū legibus, quæ ansam præbuerunt Bal. vt diceret in c. 1. §. & quæ vidimus, col. 6. ver. & interdū, tit. qui feud. dare pos. quod imperator quadoque grosso modo & impropiè loquitur, quod & post eum vsurpanit Barb. in repe. rub. C. qui admitt. col. 9. Quod & iuriconsulti quoque nonnunquam faciunt, si credimus Accursio in l. si ita stipulatus fuero. l. si Titius, in prin. in verbo, dena. ff. de verb. obl. Quin sunt & qui contendunt verba non admodum proba, nec satis recepta, vt inquirunt, à probatis scriptoribus, vt certiorare, meliore, certificare, certificatio, & alia id genus, à iuriconsultis (quorum tamè summus cir-

Suscipere liberos.

Imperator sepe grosso modo & impropiè loquitur. Et iuriconsulti nonnunquam. Verba quædam non proba à iuriconsultis vsurpata. Certiorare. Meliorare. Certificare.

ca verborum proprietatem labor est, vt scribit Fabius lib. 5. ad fi. fuisse vsurpata: vt in l. 3. §. si heres. ff. de minor. & in l. ita veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred. & in l. iusurandum ad pecunias, in prin. ff. de iureiur. & in l. si vt certo. §. idem denique. ff. commod. & in l. si quis in pignore. §. 1. ff. de pig. actio. & in l. quod & lex. §. is qui nescit. ff. de libe. ho. exhi. & in l. 4. §. planè, ff. de fideic. lib. & in l. si pecuniam. §. si seruum, in prin. ff. de condi. caus. dat. & in l. 1. §. eleganter. ff. de pos. & in l. voluit. in prin. ff. de inter. act. & in l. 1. §. vlt. in fi. ff. de eo qui pro tut. & in l. si fideiussor, in prin. & iterum in §. hoc idem, in duobus locis. ff. mand. & in l. sed & reprobari, in prin. de excu. tuto. quaquam illud postremum, vt reor, sit magis interpretis cuiuspiam, quam iuriconsulti. Nam ea lex (ni fallor) Græca erat, & in l. cum tabernam. §. idem quæsit. ff. de pign. nisi & is locus sit interpretis, non iuriconsulti. & in l. 1. §. vlt. & l. quæro, in 3. locis. ff. de actio. emp. & in l. 1. §. quid ergo si seruus. ff. si quis omis. cau. test. & in l. vlt. in prin. in duobus locis. & iterum in §. quæri. ff. si quis ord. in bo. poss. fer. quæ lex est Marcelli, ne putēs Vlpianum solum hoc vocabulo vsum fuisse. & in l. hæredes. §. in testamentis. ff. de test. & in l. æquissimum. §. inde quæsitum. ff. de vsur. in quo loco meliorare scribitur. & in l. 1. §. sed ego quæro. ff. quod iussu. & in l. 1. §. vlt. ff. de eo qui pro tut. nego. ges. Et verbo quoque meliorandi vñs est imperator in l. sicut. C. de cuiusq. & in l. si quis autoritate. quæ est pen. C. de omni agro deser. li. 11. & in l. nemo, quæ est pe. C. de fund. rei priua. eod. lib. 11. Sed & medietatis vocabulum vsurpauit Paulus in lantiqui. ff. si pars hæred. pet. Quamuis Tullius ea voce vti ausus non sit, vt ipse asserit in libello de mundo. Ideoque excusari possunt ipsorum iuriconsultorum interpretes, vt scribit Catellianus Corra, vir tamen minimè barbarus, & Gomefius qui illum non memorat, in §. sic itaque, col. 8. Inst. de act. si & ipsi barbarè ac grosso modo loquuntur, quia permissum est eis ita loqui, vt lex vel imperator loquitur, siue propriè, siue impropiè, vt dicit Bal. in l. 1. C. de bon. pos. vnde liber. Quando & Tullius ipse parens linguæ Latinæ Plinio dictus, in l. lib. de legibus sese excusat, quod quoniã in populari ratione omnis sua verfaretur oratio, populariter interdum loqui sibi necesse erat. Idemque nonnunquã non tã propriis nominibus, quam notioribus vitur, vt tradit Boetius in cõment. Topiæ eundem Tullij. Et Solò Atheniensium legiflatoz traditur in suis legibus pingui Minerua fuisse locutus. Ex quo nonnulli Solocismū dictum putat. Pato quoq; scripturus de legibus, ita loquitur l. 1. Neque de his, ait, disputamus, elegãtiam vel ruditatè verborū obseruaturi. quasi scilicet in conscribendis legibus non admodū elegantiam curaret. Galenus autem omnium medicorum eloquentissimus simul & doctissimus, lib. Therap. 1. scribit non admodū referre, nihilq; ad rei scientiam incommodi afferri, si quis solocismū cõmittens nominet, modò de qua re nomè pronuntiet, clarè explicet. Cui concinit tritum illud prouerbiū à Gellio lib. 12. c. 5. memoratū, *ἡ μὲν ἑστὶν ἡμῶν ἡ ἀσπὴρ ἡ ἀσπὴρ*, id est, rudiū siue indoctiū loquere, & apertius siue clariū. de quo multa Erasmus Chilliadis l. cent. 1. c. 39. Proculdubio autem noster in l. insula, in fi. ff. de acq. rer. dom. dicit se verbis abuti, vt facilitus intelligeretur. Et facit l. nec seruus. ff. de pec. Id quod cū semper aliàs obseruandum sit, tum præsertim cum res sacras, cuiusmodi sunt leges. l. leges sacratissimæ. C. de legib. tractamus. Nam eæ res sacræ omnem prorsus elegantiam ornatumque aspèrantur & abiiciunt, vt videre licet apud Laëtantium lib. 3. diuinarum insti. c. 1. & iterum lib. 5. c. 1. & Euseb. multis in locis præparationis Euangelicæ.

2 Sed vt ad l. nostram ex hoc veluti diuerticulo redeamus, intellige hæc verba, suscepit liberos, scilicet legitimos, simul & veros, simul & naturales. Neque enim vel legitimi solum, id est, adoptiui, aut spirituales, vel aliàs ficti, vel etiam naturales tantum reuocant. Vt de primis, id est, adoptiuis, voluit expressè Pau. Cast. in l. 2. in fin. C. si in fraud. patron. & consil. 433. respondeo per ordinè, col. 1. vers. præterea si aliud diceremus, lib. 1. & nulla illius mētionē facta. Alex. consil. 40. super primo dubio, col. vlt. ver. nec puto etiam, lib. 4. & Soc. consil. 226. quæstio presentis consultationis, col. 4. lib. 2. Calca. cõs. 20. ista quæstio habet tria dubia, col. 3. versic. vltimo addunt. Iason in l. generaliter. §. cum autem, col. 5. ver. octauò limita, & ibi Phil. Dec. col. 6. vers. septimo ista lex. C. de insti. & substi. & idem Dec. in c. in præsentia, col. 15. ver. quartò non habet locum, extr. de probat. & consil. 366. pro declaratione, col. 3. vers. non obstat quod supra. & consil. 491. conclusionem, col. 1. & Fran. Ripa. hinc in 24. q. qui vnum Alex. citat. & Fran. Curt. iunior, qui & illum tantum citat, in l. 1. col. 3. nu. 9. C. de pact. & Pau. Parisienf. consil. 72. vlt. hoc vocabulo vsum fuisse. & consil. 73. donatio ista, col. 4. nu. 29. eo. lib. 1. Rochus Curt. in tracta. de iure patro. in verbo, ipse vel is à quo, in 34. q. col. 2. vers. sextò facit. Cæsar Lambertinus in tractatu eundem tit. in 9. art. 2. q. princ. 2. partis lib. 1. col. 2. vers. sextò adducit.

3 Et id sanè verum est. Nam aliàs semper esset donanti parata via, quandocunq; vellet, infringendi reuocandique donationem à se factam: quod fieri non debet, vt in simili dicitur in l. nec ei. §. 1. ff. de adopt. ibi. ne esset in potestate tutorum (adoptando scilicet, nam de hoc loquitur) & finire tutelam, & substitutionem à parente factam extinguere. Hæc ibi. Et ita quoque in potestate donantis esset ius alteri quæsitū auferendi per adoptionē, in qua fraus facillè confingi potest, vt ex se patet, & attestatur Tullius in ea oratione, quam pro domo sua ad pontifices habuit. & Io. And. in addi. Spec. tit. de success. §. 1. col. pe. vers. nec obstat, per text. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. & in l. vltim. §. ex bonis. ff. de bon. dam. Ideoque etiam cauetur in l. fideicommissum. ff. de cond. & dem. fideicommissum à filiis ita relictuū si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adoptionis cõmento nō excludi. Et alibi scribitur, quod si cui in tempus liberorū aliquid relictuū est, non potest adoptado illud consequi. l. si ita quis. §. is cui in tēpus. ff. de leg. 2. de quibus vide quid scribant gl. Bar. Bal. Ang. Imo. Raph. Co. Paul. Cast. Alex. Franc. Are. & Ias. in l. posthumus, in prin. ff. de lib. & posth.

4 Nec aliàs profunt adoptiui filij ad consequenda priuilegia, quæ dantur ob liberos. l. 2. §. adoptiui. ff. de vaca. mun. & §. 1. vers. sed adoptiui. Insti. de excu. tut. & gl. in l. 2. §. 1. in verbo, legitimos. ff. cod. tit. Id quod iuris antiqui fuisse planum est ex ea oratione, quam P. Scipio Censor habuit ad populum de moribus. In qua inter ea que reprehendebat, quod cõtra maiorum instituta fierent, id etiam culpauit, qd filius adoptiuus patri adoptari inter præmia patrū prodesset, vt retulit Gellius lib. 5. c. 19. vbi & verba ipsius Scipionis adscribit. Nec tamen potuit Scipio vetus illud ius adeo reuocare, quin & postea, & vsq; ad tempora Neronis Imper. obseruaretur, vt filij adoptiui prodesset ad consequenda munera, vt planè liquet ex verbis Cornelij Taciti lib. 15. Percrebuerat, inquit, ea tempestate prauissimus mos (aut vt alij legunt) grauisissimus, cum propinquis comitiis aut forte prouinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerēt filios, prætereaque & prouincias inter patres sortiri statim emitterēt manu, quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia senatū aduēnt, ibi naturæ munus, labores educandi ad-

Adoptiui filij an reuocent ex hac l.

De eadem re.

uersus fraudē & artes & breuitatē adoptionis enumerant. Et paulò post, Factum ex eo (senatusconsultū, Ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici inuaret. Hæc Tacitus. Quibus adde quæ dicemus infra in eadem gl. vers. 87. incip. similiter.

5 Sed vt vterius progrediamur, & ad nostros redeamus, dicit gl. in §. 1. in verbo, quale, in authen. de hære. & Falc. & in §. 1. in verbo, hoc obseruando, in omnibus in auth. de trien. & semit. quod constitutio quæ auxit legitimam filiorum, nō compræhendit filium adoptiuum. & sequuntur Ang. ibi, & Iac. Bur. Bar. & alij in l. si arrogator. ff. de adop. vbi Bald. etiam dicit in col. 3. iura statuentia filium grauatam restituere, posse duas quartas detrachere, vt in cap. Raynutius, & c. Raynaldus. de testa. non habere locum in filio adoptiuo, per l. Papinianus. §. pe. in fi. ff. de inoffi. testa. quod dictū reputat singulare Cæpez. in tractatu statutorum repellentiū foeminas à successioneibus, q. 40. incip. quid in filio. Sed & illud de augmento legitimæ voluit Bened. Capra consil. 80. punctus quidam Raynaldus, in 2. dubio & iterū consil. 115. cum prout in facto præsupponitur, col. vlt. & Nicol. Vbal. in tractatu de success. ab intesta. char. 4. in 5. specie filiorum. Quibus accedo, licet totis virib. eorum sententiã impugnet Barb. in repet. d. c. Raynaldus, col. 36. versic. sed vnum pondera, & duabus col. seq. & ante eum Petr. Cyn. & Alb. quos non allegat, in d. l. si arrogator. & idem Petr. & Cy. in l. 1. C. de adop. de quo etiam Saly. ibi, & in auth. nouissima, col. 2. ver. quæro secundò an quarta, & ibi etiam Fabi. Gioch. in repe. in 6. q. 4. q. princ. C. de inoffi. testa. & Iason consil. 141. vifa longa & seriosa, col. antepe. & seq. lib. 4.

6 Præterea Ang. in d. l. cum in adoptiuis, col. 2. C. de adop. scribit, quod si ex statuto debeatur gabel-la ex qualibet acquisitione, filius adoptiuus teneatur soluere gabellam ex eo quod sibi relictuū est à patre adoptiuo, licet filius naturalis non teneatur, vt supra latè diximus in præfati. l. nostræ, vers. 19. incip. & sanè in hæc omnia. & reddit rationem Ang. quia nomen filij simpliciter prolatum, & sine adiectione adoptiui, non conuenit filio adoptiuo & ita dicit se ex facto consuluisse. Et hanc de iis. sequitur Bertha. in tracta. gabel. in 5. part. 8. partis prin. in 14. q. & Soc. in l. cum auus, col. 23. vers. adducit etiam pro communi. ff. de cond. & dem. & Geor. Nat. in repe. c. quamuis, col. pe. vers. cogitabam, de pact. lib. 6. & Barb. in repe. d. c. Raynaldus, col. 29. vers. præterea si dicatur, & iterum col. 36. vbi supra de testa. & consil. 49. illud asseram, colum. 2. lib. 1. quamuis ipse contrarium teneat in d. c. Raynaldus, vbi supra in præcedenti vers.

7 Sed & Bal. quoque consil. 24. statuto ciuitatis cauetur, lib. 1. dicit quod statutum loquens de filiis, nunquam intelligitur de adoptiuis. Sunt enim, inquit, filij ficti, quod & idem dicit in d. l. fideicommissum. ff. de cond. & demonst. & consil. 146. titulus principis, col. 1. vers. respondeo ad dubia, eod. lib. 1. Quibus adde tex. in l. filio quem, in prin. ibi. vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, & ibi ne imagine naturæ veritas obumbreretur. ff. de libe. & posthu. ex quo probatur filium adoptiuum non esse verum ac proprium filium, sed veluti imaginarium. Et ad id etiam expendit cum tex. Alex. in l. adoptiuum, in prin. post medium. ff. de in ius vocan. & ibi quoque Soc. qui præterea dicit & probat ex multis, in nulla dispositione venire filium adoptiuū appellatione filij, cõtra quàm ibi tradit Paul. Cast. Sed & hoc quoque probat rex. in d. l. cum in adoptiuis. §. sed ne articulū. C. de adop. in illis verbis, quasi imaginaria quadam. & in l. adoptiones, in verbis, perinde quasi ex vero filio, & iterum in verbo, videatur. ff. de adop. & in l. mulierem, in verbo, perinde.

Cõstitutio qua auxit legitimam filiorum, non compræhendit filium adoptiuum.

De eadem re.

Nomen filij simpliciter prolatum non conuenit filio adoptiuo.

perinde. C. eo. quæ quidem verba improprietatem & fictionem denotant, vt de dictione perinde, est tex. in l. qui à patre, & ibi Bar. ff. de confir. tut. & voluerunt gl. & Bar. in l. sacrilegij. §. i. ff. ad legem Iulia pec. Bar. in l. in prin. ff. de recep. & in l. si is qui pro emptore, col. 5. & ibi Iafon non femel. ff. de vsuca. vbi etiam de dictione quasi. Ro. & Alex. in l. si quis vi, in prin. per illum text. ff. de acq. poss. cum similit. De verbo autem videtur, est etiam text. in l. si pater filio, & ibi gl. ff. de his quæ in fraudem credi. & in l. si duo, & ibi etiam gl. in ff. de acq. hære. & voluit item gl. in l. naturaliter, in prin. ff. de acq. poss. & Bar. in d. l. si is qui pro emptore, cum similit. Quibus adde Caium iuriconsultum, si is est, lib. i. Institutionum, tit. 4. hos adoptiuos filios adfiliatos appellasse, tanquam legitimos dixeris, respectu legitimorum: quod euidenter ostendit esse discrimen inter eos, & veros filios, vt inter legitimos & legitimos. Adde etiam Bal. in c. cum in cūctis, in fi. extr. de elect. vbi appellat filios adoptiuos filios abufiuos. Nam de illis loquens allegat. l. quidam cum filium. §. sed videamus. ff. de verb. oblig. qui text. loquitur de filio adoptiuo. Ex quo sequitur, nec in eis hanc l. posse intelligi, per ea quæ dicimus infra nu. 24. sed attende lector, ad fi. & iterum 44. & tu quidem cōfirma. Sed & idem Bald. in l. ciues. C. de appel. illud dicit, appellatione filiorum nō venire adoptiuos. & Pet. Anc. in c. si verò, de sen. excō. dicit, cum tex. loquētem in filiis, non habere locum in adoptiuis.

Adoptiuus filij adfiliatus appellatur. Et filij abufiu.

Adoptiuus filius non est proprie filius hæres patri.

Nec etiam eū tenetur pater alere vt naturalem.

Prohibetur alienare in potentiorē, &c.

sequitur Bertha. Firmia. in suo tract. de episcopo, in 4. parte lib. 4. in 45. q. vers. an autem prohibitus.

10 Sed quod propius huc accedit, certè l. cum acutissimi. C. de fideicō. & alia similia iura huic no. stræ. l. ad finia, non habent locum in filiis adoptiuis, vt scripserunt Pet. Cy. Ray. Alber. Ang. in lect. Flor. Guid. Pap. & Iafon l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & subtit. Alex. in lex factō. §. si quis rogatus, col. 6. vers. an autē habeat locū. ff. ad Treb. & Soci. in repe. l. cū auus, col. 23. ver. ex quibus videtur inferri. ff. de cond. & demon. Do. Guil. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. 149. & iterū in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 740. in si. rursumq; in verbo, si absque liberis moretur, le 1. nu. 10. in princ. de testa. Phil. Dec. in d. c. in præsentia, col. 15. vers. quare non habet locū, extr. de proba. & in l. precibus, col. 6. vers. & pro ista differentia. C. de impub. & ali. subtit. & in d. consi. 399. Quamuis cōtrarium & malè voluerit Fulg. in d. §. cum autem. & Raph. Co. in d. l. cū auus. ff. de condi. & demon. & Barba. in d. l. cū acutissimi, char. pe. ver. & limitat istam l. & in d. c. Raynaldus vbi supra.

Similia quadam iura huic l. non habent quoque locum in filiis adoptiuis.

Statutum præferens masculos foeminis in successione, non obrinet in masculis adoptiuis.

11 Nec etiam statutum præferens masculos foeminis in successione, obrinet in masculis adoptiuis, vt latè consuluit Bald. d. consi. 24. & latius Io. Ana. consi. 27. viso casu mihi proposito, & sequitur Lud. Bol. in addi. illius con. & iterum in cōsi. 58. dominus Antonius, col. 10. vers. ad prædictorum confirmationem. & Iafon d. §. cum autem, & in l. cum in filiofam. col. antepen. vers. tertio quærit. ff. de leg. 1. & in l. adoptiuum, quam legit cum §. pretor ait, qui est vlt. l. 2. ff. de in ius voc. Phil. Dec. in d. c. in præsentia, vbi supra & in d. l. generaliter, vbi supra. C. de insti. & subtit. & consi. 52. viso eleganti consilio, col. 1. & d. consi. 399. & in d. cap. in præsentia, vbi supra. & Io. Camp. in d. tract. statutorum repellentium foeminas. d. q. 40. Geor. Nata. in repe. c. quamuis, in 3. q. 3. quæstionis princ. quæ est in 45. col. de pactis, lib. 6. Domi. Bened. in repe. d. c. Raynutius, vbi supra, in primo loco. Fran. Rip. lib. 1. respon. c. 3. in c. filia dotata, col. 3. & Corn. qui vt à recentioribus non memoratur, ita nec superiorum meminit, consi. 85. plura dubia, col. 1. lib. 3. & ante eos Bal. cuius nullus etiam eorum meminit, consi. 24. statuto ciuitatis cauetur, lib. 1. vbi & huiusmodi filium fictum appellat, & iterum consi. 102. est considerandum, ante fi. lib. 4. dum dicit in casu huius statuti non præferri legitimum foeminæ, quia æquiparatur adoptiuo. Et id quoque videtur voluisse Rom. in d. l. si is qui pro emptore, col. 8. ff. de vsuc. & nouissimè Alber. Bru. in tractatu etiam statutorum repellentium foeminas, in l. q. 12. art. Et bene facit quod dicam in seq. vers. Et tex. in simili in l. patrem. ff. de Senatufc. Sila. vbi ita scribitur, patrem adoptiuum matri non obesse plerique probant.

12 Nec denique concessio feudi & emphyteusis facta pro se & suis filiis, comprehendit filios adoptiuos, vt de feudo est text. apertus in c. adoptiuus, & ibi Bal. & omnes tit. si de feud. fuer. contr. inter. dom. & agn. vas. vbi & ex hoc not. Card. Alex. q. statutu vel consuetudo de simpliciter non extenditur ad fictum, tanquā scilicet filius adoptiuus non sit simpliciter filius, sed filius fictus: quod & supra ex aliis diximus. Et cū id limitetur procedere, nisi adoptio ita fuerit facta à principe, vt adoptatus succedat in feudum, secundum Bal. ibi. per §. naturales, eod. tit. tamen hæc limitatio ita etiam debet intelligi, vt si sint filii, quæ ex pacto possunt succedere in feudo, nec iste quidem ita adoptatus excludat, quin potius ab iis excluditur, vt sentit Andr. Iser. in dicit. c. adoptiuus, & ibi expressè Card. Alex. Quamquam etiam cū filia succedit in feudo, hoc intelligitur deficientibus masculis, non aliàs, per c. 1. §. filia, tit. de success. feud. id

Comprobatio de emphyteusi.

De eadem re.

Liberorum appellatio non ad adoptiuos filios.

De eadem re.

feud. id quod multum facit ad id quod supra diximus in præced. vers. Ex illo autem tex. in d. ca. adoptiuus, ne illud omittam, dicit generaliter Alex. in d. l. adoptiuum, post prin. filios adoptiuos non cōprehendi in priuilegiis.

13 De emphyteusi autem, quod scilicet illius concessio pro se & filiis, non comprehendat adoptiuos, voluit Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 68. Rayn. & Imo. in d. l. si ita quis. §. is cui. ff. de lega. 2. Bal. in d. l. fideicommissum. ff. de condi. & demō. Pau. Cast. consi. 461. visis diligenter examinatis priuilegiis, col. pen. vers. primo an sub illis. & Alex. qui id dicit no. & Socin. in d. l. adoptiuum. ff. de in ius voc. & Barba. in d. cap. Raynaldus, vbi supra, & Iafon in d. l. 2. col. 67. vers. 4. quæritur hic. C. de iure emphy. Phil. Dec. in d. l. generaliter, col. 6. vers. septimō. C. de insti. & subtit. Geor. Nat. in repe. d. c. quæuis, vbi supra.

14 Et huc quoque pertinent no. ab Aug. in l. i. C. de his qui ante apert. tab. quod dispositio eius l. nō habet locum in filio adoptiuo. & Barb. in repe. rub. C. qui admi. char. 16. vers. sed vnum est quod circa hunc passum annotatur, patrem scilicet adoptiuū non posse adire hereditatem delatam filio adoptiuo, ipso filio existente in extremis, vt facere potest in filio naturali, vt ipse paulo ante tenuerat post alios multos. Similiter idem Aug. in l. i. ubemus. C. ad senatusc. Treb. tradit eam l. non habere locum in adoptiuis filiis, & sequitur Phil. Dec. consi. 610. viso themate, col. vlt.

15 Nec tamen prætermiserim quod liberorum appellatio, qual. nostra hic videtur, nō pertinet ad adoptiuos filios. Neq; em̄ temere reperies, nec apud nostros Iuriscōsul. nec apud alios recepte autoritatis scriptores, adoptiuos liberos, sed filios, nec adoptare liberos, sed filiū siue filios, sepe autē procreare, gignere, suscipere liberos, quæ verba nature sūt, nō iuris. Tanquā etiā hæc liberorum enūtiatio ius sanguinis tantum demōstret, filiorū autem & sanguinis & iuris. Quæ rem, vt verū fatear, nondum à quopiam obseruatam cōperimus, sed si quis solerter eos legat, quos diximus, id facile repræhendet. Quin ex Aulo Gellio li. 5. c. 19. intelliges extraneos adoptatos in liberorum locum sumi, tāquam ipsi non sint liberi, sed in locum liberorum eosdem filios fieri, veluti ipsi sint filij, quamuis non liberi. Nā statim in prin. illius capita scribit, Cū in alienā familiam, inq; liberorum locū extranei sumuntur, & c. Et quibusdam interiectis verba rogationis populi adscribit, quæ sunt huiusmodi. Velitis, iubeatis, vt L. Valerius L. Titio tā lege iureque filius sibi fiat, quàm si ex eo patre matreque; familias eius natus esset. hæc ille. Nā aliud est talem fieri, & aliud pro tali vel loco talis haberi, vt no. per Bal. in proemio ff. in prin. col. vlt. Et ad id fortè quod diximus, respicit tex. in d. l. fideicommissum. ff. de cond. & demon. & in d. l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. Cuius quidē posterioris autoritate Alb. in l. quod si nepotes, paulo ante fin. ff. de testa. rut. & in suo omnium vberimo lexico tradit simpliciter liberorum appellatio non contineri adoptiuos.

16 Quamquam alicubi reperies liberos adoptiuos vt in l. 2. §. liberi. ff. ad Senatufc. Treb. sed is locus enūari potest, vt qui confusim & promiscuè loquatur de liberis naturalibus adoptiuis, vt etiam l. liberos. ff. de Sena. & l. 3. ff. vnde libe. & l. 1. §. liberos. ff. si tab. testa. & Sallustius in bello Iugurth. in oratione Micipæ ad filios: Ne ego meliores liberos sumpsif se videre quam genuiff. Nā & ibi promiscuè de Iugurtha filio adoptiuo & aliis filiis naturalibus, vt tamē ad adoptiuū filiu referatur verbū sumpsif; ad naturales genuiff. Et cū parentes dicantur respectu liberorū: patres, filiorū: ideo factus reperies

patres adoptiuos, vt in l. si dominū. ff. de sur. & alibi vbiq; patres verò vix reperies. Imò in ea linuencies patres vocatū naturalē, patre verò adoptiuū, scilicet in l. si te patres. C. de suis & legitis. Et quod hanc nostram opi. adiunat, Phil. Dec. in c. in præsentia, col. 18. vers. si tamē volumus, de probat. tradit qd si quis stipuletur emphyteusim pro se & liberis, cōprehēditur etiam filij naturales per lex factō. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. At si quis stipuletur pro se & filiis, nō cōprehēditur. & ita dicit intelligi quod scribit Ang. in l. generaliter. §. cum autē. C. de insti. & subtit. Tanquā scilicet nomen liberorū magis ad naturam pertineat quàm filiorum. Ceterū vix reperies suscipere liberos, vel etiam filios de adoptiuis, nisi etiam promiscuè de naturalibus & adoptiuis loquamur, vt in l. Senatoris filium. ff. de Senat.

17 Quin si ea liberorū appellatio adoptiuos quocōprehēderet, nedū naturales tamen de his tantum in dubio intelligeretur, non itē de illis. Nā verba quæ & naturaliter & ciuilitate possunt intelligi, debent naturaliter potius quàm ciuilitate in dubio accipi. vlt. & ibi Bal. Saly. Pau. Cast. & alij. C. de his qui veni. aza. impe. & lex ea patre. §. in insulā, & ibi Bar. & alij. ff. de verb. obli. & l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. & c. susceptum, & ibi gl. in verbo, non morte, Domi. in 3. no. & Phil. Fran. de rescri. li. 6. & no. glo. in c. placuit, le 2. in verbo, mortuus. 16. q. 1. Bal. in c. licet, in fin. extra de offi. leg. Per. Anch. in repe. c. vit. in vlt. q. prin. vers. consuluit etiā, de consi. & Alex. consi. 4. ponderatis verbis testamenti, col. 1. lib. 4. cum aliis concordat à me collectis in nostro tractatu de iure primogenituræ, in 1. q. num. 10. sed nec illud, & seq. & vide quæ dicam infra in vers. 44. incip. & tu quidem, & seq.

In dubio verba naturaliter potius quàm ciuilitate accipienda sunt.

18 Aduerte tamen ad vnum casum, quem nondum à quopiam tactum comperimus. Nam semper supra locuti sumus de adoptione facta post nationem: & in ea quidem tantum obtinet locum maior ac potior pars rationum, quæs supra adduximus, vt potè quia semper posset donans adoptādo donationem perfectam & alioquin irreuocabilem reuocare. Quid igitur si tempore donationis pater habebat filios adoptiuos, sed quos mortuos esse falso rumore putabat, id quod nostri doct. idē esse cēsent, ac si nō haberet, quantū ad l. nostrā pertinet, vt latè diximus supra in verbo, filios non habens, vers. 15. inci. sed & illud in quæstionem vocatur, & seq. postea autē compertū est eos viuere, vtrū reuocetur donatio? Certū est enim adoptiuos parētibus succedere. l. si te parens. C. de suis & legit. & l. pe. §. si quidem. C. de adop. Etiam de iure auth. vt per Cylin. auth. in successione. C. de suis & legi. quam tamen legit sub tit. ad S. C. Tertul.

Vtrum adoptiuus filij, quos pater habet tempore donationis, reuocet ex hac lege.

19 Nec id tantum in ceteris rebus, sed & in iure patronatus ecclesiæ, vt nouissimè voluit Casar Lambertinus in tract. de iure pat. in 24. art. 2. q. prin. 2. part. lib. 1. De quo tamen vide eundē latius in 9. art. eiusdē q. 1. partis, & li. post Rochum Cur. in tracta. eiusdē tit. in verbo, ipse velis à quo, in 34. q. Et in regno quoque, etiam cum aliis liberis naturalibus & legitimis, vt in Iugurtha comprobātū est, qui ex adoptione Micipæ Numidarū regis successit in regno cū Adherbale & Hiēsale filiis naturalibus ac legitimis ipsius Micipæ, tam ex eiusdem patris, quàm S. P. Q. R. iudicio, vt videre licet apud Salustiuū in bello Iugurthino. Sic & Tiberius Augustus, Nero Claudio, Traianus Neruæ, Antonius Pius Adriano, & ipsi Pio Antonius Philofophus, & Iustino maiori noster Iustinianus, & alij aliis per adoptionē in imperio successerūt, vt testes sunt Cornelius Tacitus, Suetonius, Dion, Aurelius Victor, Aelius Lāpridius, & ceteri imperatorū scriptores.

Adoptiuus parentibus succedunt.

Et in regno.

Quis autem nescit Ioannam reginam Siciliae adoptasse in filium Alphonsum regem Arragonum, qui ei ob id in regno successit: cum & id e nostris scriptis Bald. in l. mulierem. C. de adopt. prout illum citat Cesar Lambert. in d. tract. de iure patr. in 2. art. 7. q. prin. i. partis lib. i. col. 2. nu. 18. quamvis id non sit scriptum in meo codice Bald. Porro Galba adoptaturus Pisonem, eleganti oratione probat hunc morem probatissimum more priscorum principum apud Tacitum. Nam & ipsi adoptiui dicuntur filij regis aut imperatoris, sicuti & senatoris, & decurionis. l. senatoris filium, & l. seq. ff. de senat. & l. cu adoptiu, que est C. de decur. li. 10. vbi & id probatur, filios adoptiuos potiri privilegij filiorum.

20 Et ita quidem adoptiui succedunt, vt transmittant hereditatem etiam non aditam ad suos heredes, sicuti & alij filij naturales & legitimi, secundum glo. not. in l. seruus alienus, que est 3. §. vlt. in glo. ff. mag. in fi. ff. de her. inst. quam ad hoc dicit sing. Bal. in sua marg. in verbo, adoptio, vers. 2. Et vt etiam excludant naturales tantum filios, vt pulchre voluit Ang. in §. vlt. siquidem, post prin. in auth. qui. mo. nat. effi. sui. per illum tex. simpliciter loquentem de legitimis. Excludant, inquam, ascendentes & vxore, vt scribitur Matth. in tract. de succ. ab int. col. 6. ver. item dubitatur, & Ang. Aret. in §. sed ea omnia, col. 2. vers. quero an talis, Inst. de her. que ab inte. def. vbi id dicitur obtinere de rigore iuris. & Guil. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxore nomine Adelasia, nu. 748. ext. de test. & est bonus tex. in l. 2. §. liberi. ff. ad Senat. Tertu. & in l. aequissimu, in prin. eo. tit. Sed & iidem perinde ac naturales & legitimi impediunt bonorum publicationem, si non fraudis causa adoptio facta sit, nempe in reatu, aut in desperatione rerum, vt dicit tex. in l. vlt. §. ex bonis. ff. de bonis dam. Reuocantque sicuti naturales & legitimi alienata in fraude. l. vlt. ff. si quid in frau. patr. & voluit Bal. in l. 2. col. i. vers. quero an filius. C. eo. tit. & Bar. in l. non vsq. ff. si a par. quis manu. sic. Raph. Fulg. conf. 228. Antonius de morando, col. 2. Et sic debetur legitima. l. si arrogator. ff. de adopt. & §. cum autem, Inst. eo. Et quarta, l. §. si impuberi. ff. de colla. bono. & d. l. vlt. ff. si quid in frau. patron. Atque alimenta ex quorundam opi. vt supra diximus. Veniuntque ipsi contra testamentum patris, si fuerint preteriti aut exheredati, l. i. in prin. & l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de bono. poss. cor. tab. l. filius a patre. §. i. ff. de lib. & posthu. & l. i. §. liberos. ff. si tabu. testam. nulla extab. & §. adoptiui. Inst. de exher. libe. & §. i. Inst. quibus modis testa. inst. & voluit gl. in l. filio quem parer. ff. de lib. & posthu. Cyn. in l. impuberem. in fin. & ibi Saly. & Raph. Fulg. C. de adop. idem Salyc. in rep. l. si arrogator. in 13. q. & ibi quoque Iason char. vlt. ff. eo. & idem Ias. conf. 141. visa longa, col. ante pe. li. 4. De quo tamen, & qualiter intelligatur, vide que supra diximus, & tex. glo. in l. certum. ff. de iniust. restam. & Host. in summa de restam. §. qualiter infirmetur, vers. secundo. In eisque habet locum Senatusconsult. Syllania. l. i. §. domini appellatione etiam filiusfamil. ff. de Senatusconsult. Syllanian. Mittiturque venter in possessionem bonorum aut adoptiui. l. i. §. si filius ff. de ventre in posses. mit.

21 Suntque & ipsi sui heredes, quicquid supra diximus ex alijs, per l. 2. rogata §. vlt. ff. de adopt. & l. cu in adoptiuos. in prin. ibi, sui iuris habere iura. vbi Bal. not. C. eo. tit. & in d. l. certu. in prin. ff. de iniust. testa. & in l. i. §. suos heredes. ff. de suis & legit. & in §. intestatoru. Inst. de her. que ab inte. dese. & voluit gl. in l. 2. §. vlt. in verbo, non mutat, in fin. ff. de her. inst. & Bal. in l. eam quam, col. i. C. de fideicom. Rom. qui eam gl. dicit ad hoc sing. in l. venter. ff. de acqui. her. & ibi etiam Fran. Aret. col. 13. vers.

Aded vbi transmittant hereditatem non aditam ad suos heredes.

Et impediunt bonorum publicationem.

Et veniunt contra testamentum patris si sint preteriti.

Adoptiui sunt sui heredes.

vtimo adde. vbi etiam id dicit esse & proprie & vere respondere ad iura, que videntur probare contrarium. & Iason in conf. 141. col. 4. vers. secundo principaliter. lib. 4. Et sic defertur tutela legitima, secundum Iac. Raph. Alber. & Bal. contra gloss. in l. i. in princ. ff. de legi. tut. Nec ij sine venia possunt patres adoptiuos in ius vocare, vt voluerunt omnes in §. sed ea omnia contra gloss. ibi. Inst. de her. ab intest. & Bened. in repe. cap. Raynutius, in d. verbo, & vxorem nomine Adelasia, nume. 742. extra de testa. In eisque habet locum l. hac consultiissima §. ex imperfecto. Cod. de testa. qua valet testamentum patris inter liberos cum duobus testibus aut alijs imperfectum ratione solemnitate, vt voluit Ioan. Fab. in verbo, & parentibus. Potestque eis substitui pupillariter. l. si arrogatus. ff. de adopt. & l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. Alexand. conf. 126. in hac hesitatione, col. i. libro 4. Saepaque alijs veniunt appellatione filiorum etiam in odiosis. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de rit. nup. Vt etiam pater adoptiuus venit appellatione patris, etiam in odiosis. l. nec in ea, in princ. ff. de adul. Denique Albe. in l. senatoris filium, versiculo item colligo. ff. de senator. quod si statuto quis possit subrogare filium, in consilio ciuitatis potest quis subrogare filium adoptiuum, per glo. ibi, que dicit huiusmodi filium sortij dignitatem patris, & in id facere gl. in l. adoptiuum, in prin. ff. de in ius voc. & & ita dicit fuisse determinatum.

22 Nec hic quidem in ea specie superius propostura subest fraus aliqua aut commentum, de quibus loquuntur dict. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. & dictus §. ex bonis, nuper citatus. Nec simulatio aliqua, de qua etiam loquitur Senatusconsultum, quod supra ex Tacito aduocauimus. Ideoque forte & in eo adoptiuo quem parer, cum donat putat esse mortuum, putare & ipse locum esse nostrae legi. Nam & Raynutius, in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. in ea est opi. vt filij iam ante testamentum a filio adoptati faciant deficere eam substitutionem, si filius ipse sine liberis decesserit, licet non faciat postea adoptatus, per d. l. fideicommissum. & sequitur And. Alci. rare vir eruditionis, lib. 3. de verb. signi. Et hac erit loco prima limitationis ad id quod diximus hanc legem non habere locum in filiis adoptiuis: que tamen non procederet in hoc nostro regno Francie, in quo filij adoptiui nullo modo succedunt, vt tradit Mauer. consuetud. Francie peritissimus in tit. de probat. vers. item & si defunctus. & Domi. Guil. Bened. quo loco nuper citauimus, nu. 758.

23 Secundo limita nota. vt procedat quod dictum est filios post donationem adoptatos non ea reuo care ex hac lege, nisi ea adoptio fieret instinctu siue rogatu, & vt nostri loquuntur, ad instantiam donatarij, vt nuncupatum tradit Soci. in l. si cognatis, col. 10. vers. tenedo tamen sol. ff. de rebus dubijs, quem sequitur, idq. dicit no. Hipp. Marfi. sing. 350. danum quod quis. Mouetur aut Soci. ad id dicendum ex solutione qua Bar. in d. l. si cognatis, tradit ad contrarium quod ipse ei l. opposuerat, de d. l. fideicommissum, de condi. & demonst. & d. l. si ita quis. §. is cui in tempus. ff. de leg. 2. supra a nobis citatis: quibus traditur fideicommissum a filiis ita relictum, si quis ex his sine liberis decesserit, non excludi adoptione filij. Similiterq. si relictu sit alicui in tempus liberorum, non is illud consequitur adoptando. Na hac volumus repetere, vt facilius intelligeres quod hic dicimus. At in d. l. si cognatis, nuncupatum scribitur, quod si cognatis quicquam legatum sit id etiam consequitur adoptiuus filius. Quae cum ex diametro contraria viderentur, Barho. in postremo loco, col. 2. ita id dissoluit, vt ea lex procedat, si aliquis

Autoris sententia de adoptiuo, que pater, cum donat, putat esse mortuum.

Solutio contrarium.

De eadem re.

aliquis efficitur cognatus factio ipsiusmet testatoris, vt quia ipse quempiam arctat in filiu vel nepotem. Leges autem contrariae procedant, cum quis efficitur cognatus factio tertij, neque enim tunc ad mittitur, ne sit in ipsius potestate faciendium ad mitti. Et hanc quoque; sol. sequitur Imo. in d. l. fideicommissum. & Barb. in dict. cap. Raynaldus, quo loco supra citauimus. & Geor. Nat. in d. ca. quauis, in 3. q. prin. vers. in contrarium tamen facit. Et pro hac etiam facit text. quem Rapha. Co. in d. l. si cognatis allegat, videlicet in l. si quis posthumos, in prin. iuncta 3. lect. gloss. ff. de liber. & posthu. vbi institutio posthumi trahitur ad eos quos postea ipse testator arrogauit, vbi & ipse Com. pro simili allegat d. l. si cognatis, & Barto. ibi. Ex eaque solutione id elicit Socin. in d. l. si cognatis, quod supra diximus ad casum l. nostrae, vt scilicet filius a donante adoptatus instante donatario, reuocet donationem.

24 Sed arte de lector. Nam d. l. si quis posthumos (vt hoc primo loco expedi) intelligitur, quando nulli alij erant posthumi, ne alijs rumpatur testamentum, vt nuncupatum dicit glo. ibi, quam omnes approbat, & reputant not. ac sing. que res nihil huc pertinet. Quantum autem ad reliquas leges illa sol. Barto. qua cum illis concordat dicta l. si cognatis, non videtur concludere, nec quadrare. Nam in d. l. si cognatis, non de liberis fit mentio, sed de cognatis. Appellatione autem cognatorum veniunt ra ciuiles quam naturales. l. i. cognationem. ff. vnde cogn. vbi ita ad verbu scribitur, vbi cunq. de cognatis agitur, ibi sic accipimus, vt etiam adoptione cognati facti contineatur, & vt scribitur in l. no facile. §. cognationis. ff. de grad. affi. quaedam cognationes iure ciuili, quaedam naturali conectuntur. & paulo post, ciuilibus autem per se sine naturali cognatio consistit per adoptionem. Propterea non miru est, si in d. l. si cognatis, legatum relictum cognatis coepet etiam adoptiuus. Liberorum autem appellatio, de quibus loquuntur leges contrariae, nunquam ad ciuiles pertinet, vt supra diximus. Et quauis filioru enu tiatio ciuilibus interdum contineat, id tam abusiue fit. Na proprie ad naturales & legitimos refertur, vt probatur in l. filiu distinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. tutelae, in prin. & ibi Bar. ff. de capi. dimi. & supra diximus. Ideo no mirum si in distis legibus contrarijs non comprehendantur filij ciuiles tantum, praesertim cum illic filij ipsi non in dispositione ponantur, sed in conditione, que proprie ac vere, non fidei. intelligenda est. l. Mavius, & l. qui heredi. ff. de condi. & demon. ad quod facit not. in simili per Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Quod hic maximè debet obtinere, vbi praeterquam quod filij ponuntur in conditione hac, scilicet si nati fuerint, vt supra saepius diximus, etiam sumus in materia stricta contractuum, in quibus verba proprie debent intelligi. l. quicquid astringendae. ff. de verb. oblig. & dicemus infra vers. 44. & tu quidem confirmat.

25 Verum Soc. ipse qui hac penitissimè introspekerat, in d. l. si cognatis, non aude discedere a sententia Bar. quam dicit esse communem, singu. & bene signandam, & quae in practica prauaerret, quauis, inquit, habeat difficultatem. Sed & ea sing. quoque & solennem dicit Fran. Aret. in d. l. si quis posthumos, in prin. col. 2. ff. de libe. & posthu. Licet etiam aperte ea intelligat, quae contra eam supra diximus. Et eam etiam, quod iam diximus, nuncupatum sequuntur Imo. & Barb. & Geor. Nat. Et ex hoc quoque inferit Soci. id quod supra diximus, scilicet filios adoptiuos non admitti ad feudu & emphyteusim concessam pro se & filiis, intelligi, nisi adoptati fuerint instante domino. Et similiter licet dubium sit, vtru legitimus excludat substitutu, idq.

multas distinctiones & limitationes recipiat, hand dubie tamen excludit, quando grauatus legitimeret filium consentiente testatore, secundum illam doctrinam Bar. Nam & videmus (quod ea non modo dicitur fulcit) q legitimus a testatore praeteritus rumpit testamentu. vt no. in d. l. filio que pater, in si. ff. de lib. & posthu. cum concor. a melate congestis infra eo. vers. 79. incip. ex hocque inferunt. Idem autem quod Soci. supra dicit de filio adoptato instante siue consentiente domino feudi, voluisse videtur Io. Fab. quem non allegat, in §. sui, inst. de her. que ab intest. defer. Vt scilicet adoptio filij facta a vasallo consentiente domino, prauidicet ipsi domino in successione feudi, licet non agnatis.

26 Nec item spirituales ac mystici filij, quos scilicet ex sanctifico fonte leuamus, atque ita ad altera genituram, siue regeneratione, quae *παλιγγενεσία* dicitur, perducimus. Hi inquam donationem non reuocant ex hac l. vt qui nobis nullo modo succedunt, sicuti prodidit Ant. in c. transmissa, extr. qui fil. sunt legit. & Panor. in c. ata, col. 3. eo. tit. Marti. Laud. in tract. de legitimatione, col. 9. vers. quinta specie, & Card. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem, char. ii. in fi. 3. q. prin. eo. tit. & Guil. Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasia, nu. 761. de testa. Bened. Capra, conf. 148. cum vt praesupponitur, col. 2. vers. sunt & secundo. & Ni col. Peri. in tract. de succes. ab inte. char. 3. vers. septima & vlt. species, & iterum char. ii. col. 2. vers. de filiis spiritualibus. & Lud. Bol. in addi. Marthel. in tract. de succ. ab intest. chart. 8. in addi. incip. vltimus gradus, ver. quid autem in filiis. Quibus in locis Nicol. & Lud. addunt rationem, quae ad hunc casum maximè pertinet, quia inter eos est quaedam gratuita, sancta, ac spiritualis necessitudo, quae nihil habet comune cum bonis istis externis, profanis, & temporalibus. Nec etiam excludit substitutum, vt asserit Bal. in authen. nisi rogati, col. penul. vers. sed tunc quero. C. ad Treb. quem sequuntur Barb. in c. Raynaldus, col. 36. de testa. & Franc. Cur. senior in tract. de testibus in 30. conclusionem, ad fin. Phil. Fran. in c. i. in prin. col. 2. de cogna. spiri. libr. 6. Phil. Dec. conf. 399. conclusionem, col. 1. & Ioan. Campe. in tract. statutorum repellentium foeminas, in q. 40. vbi hoc dicit sing. & Geor. Nat. in cap. quamuis, in 3. q. 43. quae est prin. de pact. lib. 6. & Catel. Corta qui id quoque dicit sing. in memor. incip. filius spiritualis, vbi hoc dicit obseruari in practi. & Do. Guil. Bened. in repe. dict. ca. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasia, num. 761. & iterum in verbo, si absque liberis moreretur, nu. 10. ad fin. ext. de testa. & Fra. Ripa, in l. ex facto. §. si quis rogatus, col. 12. nu. 43. ff. ad Trebel. Quibus ego magis accedo, quam Barb. sibi contrario, & alijs semper noua rum opi. admodum cupido, qui scilicet in repe. l. cum acutissimi. col. 125. vers. faciat elegans & sing. C. de fidei. audenter asserit filium spiritualem excludere substitutos. Et huc faciunt multa quae diximus in praeced. capit. de filio adoptiuo, videlicet fraudis facilitas, & liberorum appellatio, & quae tradit Alex. conf. 125. viso themate praemisso, col. 2. vers. & dato quod statutum, lib. 4.

27 Et ego sane in hac sum sententia, vt haec l. non procedat in filio spirituali: quaquam multa sunt quae diuersum suadere videntur, veluti praesentia aut certe aequantia hanc coniunctionem spiritualem carnali. Na scribitur in c. i. in prin. 30. q. 3. ita diligere debet homo eum qui ipsum de sacro fonte suscepit, sicut patrem. Et glo. in c. seq. in cip. pyctacium in verbo, multo magis, asserit arg. illius tex patrem spiritualem esse magis diligendum, quam carnale. Nec huic rei asserre prauidicium quod in dict. c. i. scribitur, aequè esse diligendum. No enim propterea

An filij spirituales donationem reuocet ex hac lege.

Autoris hac de opinio.

remouet, quin plus sit diligendus. Subditque ea gl. paulo post, plus esse deferendum patri spirituali in exhibitione reuerentia quam carnali. Et illam glo. dicit sing. Barb. in l. 2. col. 7. ff. de verb. obl. & in rep. di. l. cum acutissimi, col. 114. Licet huic sit affinis & alia gloss. in cap. qui dormierit. 27. quaest. 2. trades affinitate spirituales maiorem esse quam carnale. Propterea etiam dicit & alibi gloss. in cap. aut facta, in verbo, parentem, de poeni. dist. 1. per tex. in dict. cap. pyctacium, non minus puniendum esse qui interimit patrem spirituales, quam qui carnalem, quem sequitur Alex. in addi. Bar. in d. diuus, & ibi etiam Hippo. Marfi. in ff. de parric. Et sicut cognatio carnalis impedit matrimonium, ita & spiritualis, vt per totum titu. ext. de cog. spi. Imo plus impedit, si credimus Pan. qui in col. 4. ext. de purg. cano. tradit magis abstinendum esse a cognatione spirituali, quam a carnali, cum illa sit hac nobilior & dignior per d. c. 1. & d. c. pyctacium. Vnde, inquit, ecclesia Romana nunquam dispensasse legitur circa cognationem spirituales, quamuis quotidie dispenset circa carnalem. Id quod refert & dicit singul. Fely. in c. at si clericus, ad si. prin. de iudi. & Philip. Dec. conf. 462. visa legitimatione, col. 1.

No minus puniendus est qui interimit patrem spirituales, quam qui carnalem.

Filius non vocat spirituales patres in ius sine venia, vide tamē num. 36.

Pater aut filius spiritualis in d. c. recusat, vt potest, vide tamē num. 37.

Nec sunt testes idonei, vide num. 38.

28 Ex his fit, quod quemadmodum filius non potest in ius vocare parentes naturales sine venia, ita nec patres sine matres spirituales, id est, susceptores ipsos, qui scilicet eos leuant ex sacro fonte, vt supra diximus. Quae fuit sententia Guil. Cu. Bal. Ang. Rom. Pau. Castr. Alex. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius voc. ipsius Ang. & Ful. in l. adoptiuum, per illum tex. ff. eo. Phil. Franc. in cap. postremo, col. pen. de appel. & in d. c. 1. de cogna. spir. lib. 6. Mart. Laud. in dict. tractatu, de legitimatione, vbi supra. Ange. Aret. in §. poenales, col. 4. vers. ex quo inferitur, & ibi etiam Ias. col. 10. vers. nunquid ergo, & Ludo. Gomef. col. 11. vers. & omnia praedicta: & Zazi. col. 2. Infit. de actio. & D. Guil. Bene. in repe. cap. Raynutius, vbi supra in 1. gloss. nu. 765. & Alex. in l. 1. in prin. Cod. de in ius voc. & Baptista a S. Blasio, in tract. de act. in 102. actione. Pariā puteo in tracta. syndica. in verbo suspicio, col. 1. A quibus stat quod supra diximus de exhibitione reuerentia, & quod item tradit Bal. in c. 1. §. vlt. col. 4. vers. dubitatur tandem, tit. de prohi. feud. ali. per Fed. q. cum reuerentia actionem furti excludat, non possit propterea quis patrem spirituales actione furti conuenire, arg. l. non debet. ff. de dol. mal.

29 Et his conuenit quod voluerunt multi maximae autoritatis, posse recusari iudicem patrem aut filium spirituales aduersarij. Nam in hac sententia est Spec. tit. de appel. §. nūc dicamus, vers. circa hoc autem, in 2. parte, & sub obscure in tit. de relat. §. qua liter, in 3. forma inci. sanctissimo & c. nouerit sanctitas vestra, & c. Io. And. in c. Roma. §. quod si obiciatur, & ibi Domi. col. pe. de appel. lib. 6. & in ca. cum speciali, super 4. gl. & ibi etiam Imol. col. 8. & Panor. col. 2. vers. & pone exemplum, & Phil. Dec. col. 2. extra eo. idem Imo. in cap. prudentiam, de off. si. deleg. Phil. in cap. postremo, col. vlt. de appel. Firmia. in tract. de epis. in 4. col. 8. vers. secunda est, si est compater, & in suo indice, in verbo, compater, vers. 13. & Ias. in l. cum apertissimi, col. 3. C. de iudi.

30 Quin sunt & multi non minoris autoritatis, qui negant eos esse testes idoneos, & inter hos Bal. in d. l. generaliter. ff. de in ius voc. Fulg. in l. 4. §. preter ait, eo. tit. Saly. in l. testis idoneus. ff. de testib. per tex. in l. si quis alumnā, in fi. & ibi not. C. de nupt. Alexand. consil. 143. quoniam abunde, col. 2. vers. quidam etiam ex illis testibus, lib. 2. vbi tamen nuntat, & consil. 33. viso processu, col. pen. vers. ad hoc etiam accederet, lib. 3. vbi etiam negat se in hoc facere magnum fundamentum. Phil. Franc. qui hoc

dicit sing. in d. capit. 1. in prin. col. 2. de cog. spir. lib. 6. Matthae. Affli. in const. Siciliae, inci. mores dissolure viuientium, vers. 30. Steph. Bertr. consil. 178. viso processu, nu. 13. lib. 2.

31 Sed & Ioan. Fab. in l. 1. C. de alen. liber. asserit hos filios spirituales esse alendos. Quod & voluit Bal. subdubius tamen, in auth. nisi rogati, col. vlti. vers. sed tunc ego quaero. C. ad Trebel. & sequitur Philip. Franc. qui id dicit nota. in d. cap. 1. de cogna. spir. lib. 6. & Nicol. Perus. & ipse subdubius, in dict. tracta. succes. ab intest. vbi supra. Barb. in repe. cap. Raynaldus, col. 37. de test. & Catel. Cot. qui id sing. dicit in memor. incip. commater. Fran. Cur. in trac. de testib. conclu. 30. ante fin. & Budaeus vir nunquam satis laudatus, in l. 1. de philologia, vbi scribit proditam esse quandam actionem honorariam ad eorum nutritionem, si egeant. & Franc. Ripa in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, col. 12. nu. 43. ff. ad senatuf. Trebel. & Ludo. Goz. consil. 13. in hac causa, col. 2. nu. 18.

Hi filij erant alendi sunt, vide n. 40.

32 Nec etiam praterendum quod ab eodem Io. Fab. proditum est in §. sunt praterera, vers. sed & si quis, col. 1. Infit. de actio. quod huiusmodi persone non possunt conueniri, nisi in quantum facere possint, quemadmodum nec parentes & filij naturales, de quibus ibi, & hoc nuncupatum sequuntur Io. Plat. & Ang. Aret. ibi, col. etiam vterque prima.

33 Nec illud itē quod scribit Bal. in l. 1. col. 12. vers. sed an comater. C. qui accu. nō pos. q. mulier comater potest accusare occisorem sui compatri, tamquam id faciens censetur prosequi suorum iniuria, quauis id nulla lege aut decretali, vt ipse subdit, cauti reperitur. & hoc sequitur Ro. loquens de filia spirituali, in l. quauis, col. vlt. ff. de in ius voc. Ioan. Ana. in c. cum dilectus, col. vlt. ext. de accu. Alex. d. consil. 34. vbi supra, li. 3. Bernar. Laud. in addit. Alber. Gād. in tit. qui accu. possunt, col. 1. Ias. qui dicit sing. in d. l. apertissimi, col. 2. vers. sexta causa. C. de iudi. & in d. l. generaliter, col. 1. ff. de in ius voc. licet vtrubi que mendose citet Bal. in tit. C. vnde vi. & Catel. Cotta, qui & hoc dicit sing. & memoria dignum, in d. memor. incip. commater. & Steph. Bertr. dict. consil. 178. lib. 2. Compatri autem vitur vocabulo in hoc significatu, vt illud obiter dixerim. Laurent. Valla, vocabulorum obseruator religiosissimus in Barptolomaeum Facium.

Mulier comater potest accusare occisorem sui compatri.

34 Quid quod pulchre Pau. Castr. consil. 295. viso supra scripto puncto, & contentis in eo, col. 4. vers.iculo & confirmantur praedicta, libr. 1. respondit, quod sicut qui promittit alium defendere aduersus omnes, non intelligitur promittere aduersus se & suos, per not. in c. petitio, extra de iureiu. cum similit. ita nec contra compatrem, cum non minor sit hac coniunctio, nec minus habeat virium, quam carnalis. Et sicut paritur ei qui recepat bannitū cognatum, l. 2. ff. de recepta. ita & qui compatre, eadem ratione. Quae sing. sunt notanda, vix enim alibi ea reperies.

Coniunctio spiritualis non minus habet virium, quam carnalis.

35 Sed haec certe minimē obsunt priori sententiae, etiam si omnia vera essent. Nam non cōcludunt ad casum legis nostrae, sicuti nec ad alios, in quibus est diuersa ratio. Nam & videmus q. licet coniunctus pro coniuncto admittatur sine mandato non tamē huiusmodi personae quibuscū est nobis cōiunctio spiritualis aut aliā ciuilibis tantū admittuntur sine mandato, secundum Archi. in c. statutum. §. cum autem, de rescrip. lib. 6. Host. in summa eiusdem titu. §. quae possunt, col. 26. vers. nunquid canonicus. Io. And. & Pan. in cap. vlt. de procu. Ioan. And. & Domi. in cap. nonnulli, & ibi latē Fely. in §. sunt & alij, col. 17. vers. limita tertio, extra de rescript. Anto. in c. ex parte decani, eod. tit. Imo. in clem. religiosus, col. 1. per illum tex. de procu. idē Imo. & Ant. in c. cum

Quomodo coniunctus pro coniuncto admittatur sine mandato.

cum M. Ferra. & ibi quoque Panor. col. 3. nota semper hoc dictum, & ibi latē etiam Fely. col. 7. vers. in ea glo. ibi habebat, extra de const. vbi ipse Fely. etiā intelligit de hac coniunctioe spirituali, de qua nūc loquimur, dum dicit quod licet quantum ad ius reuerentiale non minus consideretur cōiunctio spiritualis quam carnalis, per dictum c. pyctacium, tamen quod ad alios effectus non consideratur, quod multum facit ad casum de quo prius hic loquimur, adducitque Fely. & alios concord. quos ibi videre poteris. Cui addes Ias. idem tenentem in l. exigendi, col. 3. vers. 13. de procur.

36 Nec tamen omnino indubitatum est, quod supra dictum est, filium spirituales non posse vocare patrem & ipsum spirituales in ius sine venia: quando eius rei contrarium teneat Ioā. Fab. cuius maxima est autoritas, in d. §. poenales. vers. & in eum, in prin. vbi id negat iure caueri, ideo non necesse esse veniam petere, licet curialius, ait, sit, vt petatur. Roma. sibi contrarius in l. sed et si hac. §. prator. ff. de in ius voc.

Primum recusatio iudicis compatri eius admittatur.

37 Nec mirum est quod de recusatione iudicis ex hac coniunctioe diximus, quando legis causa faciat reici iudicem, vt not. in c. insinuante, & in cap. cum R. canonicus, extr. de offi. deleg. cū si. Quamquam & hoc quoque dubium esse asserit Ioā. And. quem supra pro contraria sententia adduximus in d. c. si Romana. §. quod si obiciatur, de appel. lib. 6. Bened. autem in repeti. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, l. 2. nu. 20. ext. de testa. dicit iudicem compatrem tuum demum recusari posse, si ex more patriae tanta ex ea re confurgat amicitia sicuti ex consanguinitate inter propin quos, tanquam scilicet amicitia magis in ea re cōspiciatur, quam simplex compaternitas. Illud autē scio, hac recusatione nō admitti in senatu Parisiensi.

An filius spiritualis sit idoneus testis in causa compatri.

38 Sed quod dictum est de testibus, nō est verū, si credimus Bar. consil. 192. in quaestione vertente inter dominum Simonem, col. 3. vers. nec ob. q. ipse est, & idem voluit Bal. sibi cōtrarius in l. parentes, col. 2. vers. quaero igitur vtrum, & ibi etiam Saly. sibi item contrarius, Cod. de testi. idem Saly. & Flor. in d. l. testis idoneus. ff. eo. Ro. Alex. sibi itē cōtrarius, Soci. & Ias. in d. l. generaliter. ff. de in ius vocā. Io. Plat. in §. testes, Infit. de testa. Io. Ana. in ca. cum dilectus, ad fi. ext. de accusa. Albe. non ille quidem Rosar. vt vulgus purat, sed alius cognomēto Maleta, vt videre licet ex Phil. Dec. cōsi. 43. cuius superscriptio incipit, an reus, col. vlt. Is. inquam, Alb. in tract. de testib. in 1. parte, 1. partis, col. 8. in paruis, vers. fact. quid erit de patre spirituali. Alex. in addit. Bar. in l. in legibus. ff. de testib. & cōsi. 42. in causa & lite vertēte, col. vlt. vers. nec obst. quod vnus, lib. 3. & consil. 125. vifo themate, col. 2. lib. 4. & 186. viso processu causa vertentis, col. 2. vers. non obst. etiam si diceretur. lib. 7. Fran. Aret. in c. cum oporteat, col. 4. de accusa. Corn. consil. 61. visa copia, col. 3. vers. ostendo itaque, lib. 3. Cepol. causa. ciuiliū consil. 5. in quaestione vertente inter Ser. Nicolaum, col. 3. vers. nec etiam ex eo. Fel. in c. cum nuntius, col. 1. vers. & in quantum, extr. de testi. Ias. in d. l. apertissimi. C. de iud. & in d. §. poenales, vbi supra. Caro. Ruin. consil. 81. viso processu, col. 7. nu. 19. lib. 3. D. Guil. Bene. in repe. d. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adalasia, vers. 767. de testa. Lanfran. Ori. in repe. c. quoniam contra falsam, in materia testium, char. 13. quomodo disputat de testimonio parentum in causis filiorum, extr. de proba. & D. Auferius in in tract. de probationibus testium, in litera P. vers. pater spiritualis. & Vigilus Phrysius in §. pater, in glo. 1. in fi. Infit. de testa. Steph. Bertr. sibi cōtrarius, consil. 300. nobilis, paulo ante finem, lib. 2.

De eadem re.

39 In hac doct. varietate sequendum esse arbitror

quod tradit Firmia. in suo reper. in verbo, compater, vers. 14. non omnes esse repellendos, sed eosum fidem minui, quod & ante illum voluit Fulg. consilio 11. emphyteuta irrequisito domino, circa medium & idem quoque voluit Alex. consil. 237. perpectis his, col. vlt. vers. & posito, li. 6. Quibus accessit Phi. Dec. illos tamē nō memorās, in c. cum speciali, col. 2. vers. tertio ab. concludit, extra de appel. post vtranque illam op. relaram concludit hoc esse relin quendum arbitrio iudicis. Et huius sententiae esse videtur Alciat. dū simpliciter scribit in l. 1. in prin. C. de in ius voc. hos non esse testes omni exceptione maiores. in qua etiam sententia videtur tamen Fran. Cur. in d. tract. de testib. conclu. 30. vbi tamen tam obscurus est, vt vix intelligas quam in partem inclinet. & nouissimē Franc. Rip. in Ladmonendi, nu. 181. ff. de iureiu.

An alimonia filijs spiritualibus sunt praestanda.

40 Quod autem postea dictum est de alimentis huiusmodi filijs spiritualibus praestandis maior pars eorum quos in id citauimus, subdubitanter, vt iam diximus, loquuntur, prout etiam expendit D. Guil. Bened. qui & contrarium sentire videtur, in repe. d. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adalasia, num. 767. de test. vbi & ipse negat in eis habere locum athen. res qua. C. commun. de leg. Negat item eos habere legitimam in bonis patrum spiritualium. Ac ne dotandam quidem filiam spirituales, & in vniuersum omnia iura parentum & liberorum in eis locum non habere, praterquā reuerentiae, constanter affirmat.

Spirituales coniunctio an possit contrahi per procuratorem.

41 Vnum autem non omiserim in hac tractatione coniunctionis spiritualis minimē contemnendum, licet nihil ad casum nostrū pertineat, sed quoniam est in vsu quotidiano, hanc scilicet coniunctionem non posse contrahi per procuratorem, ex sententia Archid. Ioan. And. & Phil. Franc. in ca. 1. de cog. spir. li. 6. & eundē Archi. in c. ad limina. 30. q. 1. & in c. nō plures, de cōse. dist. 4. Io. And. in c. potest quis, de reg. iur. li. 6. in Merc. Fed. Senen. cōsi. 15. q. 1. lis est, syndicus Bart. Ang. Imo. Paul. Castr. Alex. Frā. Aret. & recentio in l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posthu. Alb. in rub. C. de procur. & in suo reper. tū in verbo, compaternitas, tum in verbo, impedimētum, Bal. in l. si quis alumnā. C. de nup. Ant. sub. obscurē, dum se remittit ad Ioan. And. in c. veniens ext. de cog. spir. & in c. per venerabile, col. 16. & per hoc infertur, qui filij sunt leg. Rom. sing. 33. quaero an filiatio. & Io. Corferi. in decisi. Tholo. & ibi Aufer. in addit. illius quaest. 157. an cōpaternitas, Fel. in c. ex parte decani, col. 5. vers. amplia secundo, de rescrip. Catel. Cotta in memor. incip. statuta quod bannitus. Quamquam contrarium tenuit Bald. sibi, vt aliās semper contrarius in leg. 1. §. ne autem. col. vlt. vers. quaero solet. C. de cad. tol. vbi dicit id de consuetudine obseruari. & Card. Flor. qui & id dicit. & Panor. post. Martin. Sil. praecptorem Ioan. And. in cap. 1. de cog. spir. & ibi quoque Card. Alex. qui & hoc dicit consuetudine obseruari, sicuti etiam dicit Raph. in d. §. forsitan. & Ange. Aret. in §. illud, col. 2. vers. quaero hic de quaestione, Infit. de nup. An autem procurator ipse efficiatur compater, & an id fieri possit per nuntium, vide per recentiores in d. §. forsitan, & per omnes in d. c. veniens.

Filijs liberis non renouantur ex hac lege. An monasterium.

42 Similiter nec aliās fidei filij reuocant donationem: verbi gratia, monasterium, quod is qui donauit, ingreditur, vicem liberorum obtinet, vt plerisque videmus placere, per tex. in §. sed & hoc praesenti, in auth. de sanctif. epis. vnde depropta est athen. nisi rogati. C. ad Treb. & in d. ca. in praesentia, de prob. Et id quidē vsque adeo, vt Spec. in tit. de lo ca. §. nunc aliqua, vers. 154. scripserit, quod si quis acceperit feudum pro se & filijs suis, & postea ingreditur monasterium, feudum transit in mona-

sterium, de quo tamen tu vide Imo. Pano. & recē-
tiores in d.c. in praesentia. Bal. & Aluarot. in ca. 1. tit.
de milite vasal. qui ar. bellica depo. Imò plus voluit
glo. in l. si ita quis promiserit. §. ca lege, in verbo, in
ereft. ff. de verbo. oblig. quòd prohibitus alienare
emphyteusim, potest tamen alienare in monaste-
rium, ipsum in ca re instituendo, tanquam in suum
hæredem, cum sit loco suorum, per d. §. sed & hoc
praesenti. Et ita vult ea gl. quod etiã in certa re mo-
nasterium habeatur loco filij: quam ad hoc dicit
sing. Bal. in c. cum in magistrũ, ext. de elect. & in ca.
pen. col. 1. ext. de præscrip. & eam quoque sequitur
ipse Bal. conti. 233. casus talis est, col. 2. lib. 3. & consi.
426. super puncto præmissio, col. 2. vers. in contrariũ
facit. lib. 4. sequitur item & commendat Petr. An-
cha. consi. 165. quæstio talis est, col. 1. & consi. 420.
quidam Ser. Antoninus, col. 3. vers. hoc præmissio,
& Imo. in c. in praesentia, col. pen. extra de proba.
Sed & est monasterium tanquam posthumus, vt
dicit ipse Bal. in l. filius a patre. §. 1. & ibi etiam Imo.
ff. de hæredib. instit. Ideoque reuocat testamentum
prius factum, vt probat tex. in auth. si qua mulier,
& ibi glo. Petr. Cyn. Paul. Castr. & alij recentiores.
C. de sacros. eccl. Bald. consi. 9. mulier fecit testa-
mentum, lib. 5. Fed. Senen. consi. 165. glo. referunt in
dubium. Imo. in l. 1. col. 6. ff. de testa. & in d. c. in præ-
sentia, & ibi recentiores, qui cõcor. adferunt. & Ro.
consi. 236. oppositionem hanc. per totum. Bened.
Capra. consi. 147. in nomine domini, vt cum præsup-
ponitur, cum si quod tamen non simpliciter proce-
dit, sed cum distinctionibus per eos in dic. locis ad-
scriptis.

Monasterium nōre
uocatur dona-
tionem factam
ante ingressum
ex hac l.

43 Tamen indiscriminatum & sine vlla distinctio-
ne monasterium in casu l. nostræ non reuocat dona-
tionē factã ante ingressum, vt expressè voluit so-
lus antiquiorum, quorum nunc meminim, Alb.
Rosa. in hac ipsa l. col. vlt. vers. itẽ quæro si aliquis,
vbi tamen ad hoc nihil aliud allegat, quàm quòd
hæc l. habet locum in veris filiis, non in fictis, & ex
recentioribus idem firmat Fran. Aret. in l. 1. col. 7. ff.
de testa. per tex. in §. illud, iuncta gl. in auth. de mo-
nac. l. in auth. si qua mulier, col. 7. vers. si enim tes-
tator. C. de sacros. eccl. etiam per tex. in dic. §. illud.
& nouissime Sebast. Sap. qui neutrum illorum
allegat, in addi. Panor. in capit. vltim. col. 3. extra de
prob. & Fran. Rip. hic in 34. allegans tantum Albe.
& Fel. in d. c. in praesentia, vbi tamen Fely. de hac re
nihil dicit. Franc. Curt. junior in l. 1. col. 3. num. 9. C.
de pact. qui & Fely. vbi supra citat. Et idem videtur
voluisse Bal. post Marc. Sil. in authen. nisi rogati,
col. vlt. vers. denuo pone donauit. C. ad S. C. Treb.

Einstitiõem
probatio. Fictio non
habet locũ
in contra-
stibus.

44 Et tu quidem hoc confirma, vltra ea quæ dixi-
mus in præcedentibus casibus. Nam fictio non
habet locũ in cõtractibus, in quib⁹ fit stricta & pro-
pria interpretatio, vt dicit Bal. in l. filiũ, col. 1. vers.
ita not. q. monasteriũ. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iur. & in addi. Spe. vbi supra in d. vers. 153. per hoc re-
prehendẽs quod supra ex ipso Spe. diximus, & Fed.
Senen. consi. 173. ego putarem, vbi ex hoc dicit, q. in
statutis monasterium non venit appellatione filij,
nec hæredis. Imo. & Alex. in l. §. lex Falcidia. ff. ad
leg. Falcid. Igitur cum ex hac l. reuocetur donatio
per natiuitatem liberorum, propterea quòd cenfeatur
hic tacita apposta à donante conditio reuocã-
di, si ipse liberos postea susciperet, vt supra late dixi-
mus in præfatio. l. nostræ, vers. 6. incip. hinc dicũt
plerique omnes. certè ea debet intelligi de veris &
naturalibus filiis, non de fictis, ne magis operetur
tacita conditio quàm expressa, contra leg. qui ad
certum. ff. locati. & l. filio. ff. de libe. & posthu. cum
simil. Et id quidem bene facit ad id quod supra dixi-
mus de adoptiuis & spiritualibus filiis.

Substitutio 45 Sed & facit quod scribit Pau. Cast. cõf. 30. super

puncto isto, in prin. lib. 1. quòd substitutio ita facta, facta in re
si institutus decefferit sine filiis, intelligitur de ve-
ris filiis, non de fictis, ar. d. l. vlt. C. de his qui veni-
eta. impe. & l. sancimus. Cod. de nup. quod & supra
late diximus. Subditque illos dici veros, qui na-
scuntur secundum naturam, fictos verò qui susci-
piuntur secundum iuris fictionem; vt hinc pienè
intelligas monasterium esse fictum & improprium
filium, vt etiam expressè tenet Bald. in l. cum acu-
tissimi, col. 1. vers. quæro quid si pater. C. de fideic.
& in l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. &
consi. 127. quidam Ser. Petrus in 2. dubio, lib. 5. &
Cep. causarum ciuiliũ consi. 36. quidam habens
secundum. col. 2. in fin. & l. in d. l. si ita quis promi-
serit. col. 4. vers. tertio habes. ff. de verbo. oblig. & a-
pertè intelligit omnes qui dicunt monasterium
haberi loco filij, quæ verba improprietatem & fi-
ctionem denotant. l. iuris ciuili. ff. de condi. & de-
mon. & not. Bart. in l. si is qui pro emptore, col. 5. &
iterum col. 15. ff. de v. luca. & l. si maritus. §. 1. ff. de a-
dult. Bald. in prima constit. ff. in fin. princip. & consi.
373. cuius initium est, verba Dyn. col. 2. lib. 1. cum si.
Et si aliter intelligerent aut dicerent, videlicet mo-
nasterium esse verum filium, nemo, opinor, tam sa-
næ mentis est, qui illis crederet.

Quomodo
monaste-
riũ habea-
tur loco fi-
lij.

46 Imò verò quod habeatur loco filij, procedit
in vltimis tantum voluntatibus in quibus loquun-
tur iura ad id allegata, nõ etiam in cõtractibus, se-
cundum Spec. sibi contrarium in eodem tit. de lo-
ca. §. nunc aliqua, vers. 120. quem refert & sequitur
Bal. in d. l. filium definimus. ff. de his qui sunt sui vel
alie. iur. Saly. in d. auth. nisi rogati, vbi & hoc dicit
tenuisse Ricard. & Anto. in d. ca. in praesentia, col. 7.
de proba. l. in pactum inter hæredem, col. 1. vers.
quarto quia in vltimis. ff. de pact. & in l. quæ dele-
gato, col. 3. vers. nõ nõ in contrarium facit. ff. de leg.
1. Non item in sententiis, quod eleganter respon-
dit Angel. consi. 235. ex quo dictus Albertus. Sed nec
semper in vltimis voluntatibus, verum in casibus
tantum expressis, & ad hunc finem, effectum, vt
excludatur qui substitutus est sub conditione, si de-
cesserit institutus sine liberis: in quo tantum casu lo-
quuntur text. supra allegati, vt voluit Bald. in d. l. fi-
lium definimus, quo loco supra citauimus. & in d.
auth. si qua mulier, in 3. not. C. de sacrosanct. eccl. &
in d. auth. nisi rogati, col. 3. & 6. & Fulgo. qui id ele-
ganter probat, consi. 53. quoniam superius & Pano.
in d. c. in praesentia, col. 5. vers. not. secundò princi-
paliter, & ibi quoque recentiores.

Qui ten-
neant mo-
nasterium
nullo casu
haberi pro
filio.

47 Sed & sunt qui constanter negant monasteriũ
villo casu haberi pro filio, & in iis Barr. in d. auth. si
qua mulier, in duobus locis. & in d. auth. nisi roga-
ti, post Ricar. Mal. ibi, & vtrobiq; ferè omnes doct.
post eum & rursus idem Barr. in l. si ita quis. §. si cui.
ff. de leg. 2. & Anto. in d. c. in praesentia, col. 13. Ro. in
l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig. &
Calc. consi. 7. quia à me quæsitũ est, col. 13. vers. imò
secundum veram op. vbi & alios allegat. & iterum
consi. 21. ista quæstio habet tria dubia, col. 4. vers. mo-
dò non obstat, atque etiam consi. 68. magister To-
ninus, col. 3. & Barb. qui id late probat, consi. 13. cle-
mentissimi, col. 7. vers. præterea facit ad prædicta, li.
1. Nec id, inquit, aliquo iure probatur. Nam quod
scribitur in d. c. in praesentia, non dictum est à Papa
statuente, sed à parte allegante, vt ibi etiam omnes
penè recentiores annotarunt, & ante eos Ange.
consi. 80. hæc quæstio subtilis est, col. 2. vers. con-
firmatur hoc. Ideoque ius non facit, vt voluit Ioa.
And. in c. dilecto, col. 2. in verbo, iuramentum, & ite-
rum in verbo, quem certum numerum, & ibi quo-
que ceteri scriptores, ext. de præb. Et quod plus est,
non ibi dicitur, quòd sit loco filij, sed hæredis, quòd
est multũ diuersum. Id quod etiã expedit Bar. in d.
auth.

auth. nisi rogati. Ceterum d. §. sed hoc praesenti, nõ
id probat, ad quod alij allegant, sed magis contra-
rium, dum dicitur, quòd conditio liberorum ha-
beretur pro non scripta, si quis ingrediatur monaste-
rium. Si enim monasterium haberetur loco libe-
rorum, conditio haberetur pro impleta. Id quod
etiam annotat Bart. cons. omnium primo, Parmen-
sis, vers. quarto. & Saly. in auth. si qua mulier, col. 1.
vers. redeo ad quæstionem. C. de sacros. ecc.
48 Tamen hic illud postremo notato, quòd licet
monasterium non totum reuocet vi huius l. tamẽ
ex alio capite reuocabitur vsque ad legitimam, vt ex-
pressè & not. consuluit Bal non semel, primũ scilicet
consi. 18. notissimum est quod ratione, in 4. du-
bio, lib. & iterum consi. 215. cuius caput est punctus
quidam donauit, in fi. lib. 5. quem videas cum quæ
diximus supra in verbo libertis, in ea quæstione
qua tractauimus de donatione facta ecclesiæ. Sed
hoc tamen non admittit Fran. Rip. hic. q. 35. vbi ci-
tat Bal. in priori illo loco tantum, eiusque rationi-
bus respondet. Nam Bal. dicit monasterium tanquã
filium reuocare debitum bonorum subsidium, &
allegat d. auth. si qua mulier. Nam non verum est,
inquit Ripa, quòd monasterium si loco filij. Nec
d. auth. procedit in donatione inter viuos facta an-
te ingressum, per d. §. illud in auth. de monast. Sed
tu de hoc vide per Saly. & recentiores in d. auth. si
qua mulier. & Dec. quem ipse Ripa citat, consi. 31.
cuius superscriptio incipit, quando valeat renun-
tatio, col. 2.

Vtrum mo-
nasterium
ex alio ca-
pite dona-
tionem re-
uocet vsq;
ad legiti-
mam.

Alumni lo-
cum nostræ
l. non fa-
ciunt.
Nutrix
mater dicitur.

49 Ex his item quæ diximus, satis constat alum-
nos, quos scilicet nutrices propriis vberibus aut
alij educant, post donationem alteri factam non fa-
cere locum huic legi. Nam licet nutrix sit veluti al-
tera mater, vt aperte patet ex illis Plauti versibus
in prologo Menechmi,
Adeo forma simili pueri, vt mater sua
Non internosse posset, qua mammam dabat,
Neque adeo mater ipsa, que eos pepererat.
Cui concinit & illud Virgilij lib. 8. Aeneid. de lupa
loquentis, quæ Remi & Romuli nutrix fuit,
Illic genus omne futura
Stirpis ab Ascanio, pugnatãque in ordine bella
Fecerat, & viridi satam Mauortis in anuro
Procuuissit lupam, geminosque hinc vbera circum
Ludere pendentes pueros, & la mero matrem
Impauidos.

Aluma fi-
lia dicitur.

Quo tamen in loco Seruius matrem, inquit, quasi
me matrem, cuius affectum pueris exhibebat. Et
apud Homerum illum naturæ peritissimum, Euti-
mone nutrix Penelopes, ipsam Penelopem filiam
appellabat, lib. 18. Odyssæ,
Ναὶ δὴ ταύτῃ γε πάντῃ τέκος κατὰ μοῖραν ἔειπες.
Et lib. seq. Euryclea Vlysses, quem & ipsa suis vbe-
ribus enutrierat, filium quoque vocat,
ἢ μάλ᾽ ὀδυσεύς ἐσσι φίλον τέκος.
Et paulò post,
Τέκνον ἔμδον, ποίον σε ἔπῃ Φύγεν ἔρικθ᾽ ἰδόντων.
Et iterum lib. 22. eiusdem operis,
Ναὶ δὴ ταύτῃ γε τέκνον ἔμδον κατὰ μοῖραν ἔειπες.
Iterumque:
Τοὶ δὲ ἔγωγε τοὶ τέκνον ἀληθέλω καὶ γέλω.
Sicut & Telemachus Vlyssis ipsius filium lib. 2.
eiusdem operis,
Τίπτε δὲ τοὶ Φίλε τέκνον ἐπιφροσὶ τῆτι νόμω.
Et iterum lib. 9. eiusdem operis,
Αἰ δὲ θηπὸς τεκνον ἐπιφροσύας ἀνέλοιο.
Quin & lib. 23. statim circa initium eandẽ Penelopen
quoque filia nuncupat, vt pote vxorem sui Alumnii.
ἔργω ἀπηλοπεία φίλον τέκος.

Et alumnus
filius.

Et alibi saepe in eodem lib. Et his concinens diuus
Paul. ad Theff. 2. Tanquam si nutrix foueat filios
suos. Nam & lib. 4. Efdra, cap. 1. Nõne ego vos ro-
gaui vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix
paruos suos vt essetis mihi in populum iudeo, &
c. seq. Paruuli illi vocantur filij ipsius nutricis cum
dicitur, nutrix bona nutri filios tuos.

Mater pro
nutrice.

50 Vt non immeritò Nonius Marcellus vir signi-
ficationis verborum scientissimus, matrem pro
nutrice plerunquẽ accipi tradat, fretus autoritate
Plauti, vbi supra. Ex quo & Alciatus in l. vlt. in ver-
bo, matris. C. de in ius voc. existimat, & alij nõnulli,
patrem ac matrem à Græcis πατήρ & μήτηρ dici à
pa. & ma. quæ sunt voces infantium, & verbo ἠπαύω,
id est, seruo, quasi pueros ipsos seruantes, quod est
commune & nutricum & alumnorum, vt nõn
abs re patres quoque & matres appellari possint
& debeant. Hincque negat ipse Alciatus alumnũ
posse vocare in ius nutricem aut etiam alium edu-
catorem sine venia. In idque etiam trahit tex. in l. 1.
ff. de obseq. à liber. & libert. præ. vbi hæc verba ad-
scribuntur in §. vlt. Indignus militia iudicandus est,
qui patrem & matrem, à quibus se educatum di-
xerit, maleficos appellauerit. Nam nomine patris,
inquit Alciatus, & matris, etiam educatorem ibi
intelligendum esse arbitror, ne illa verba, à quibus
se educatum dixerit, superfluant. Qui tex. quantum
ad id faciat, ceteri diiudicent.

Alorũ &
altricum
amor in a-
lumnos.

51 Ego verò scio horum aliorum altricumque a-
morem & affectum nonnunquam æquare atque
etiam vincere naturalium parentum amorem.
Quam rem & Papinius lib. 2. Syluarum in Epica-
dio in Glauciam Melioris, multis versibus prose-
quutus est, quos non grauabor huc annectere,
Fas mihi sanctorum venia dixisse parentum,
Tũque oro natura sinas, cui prima per orbem
Iura animis sociare datur: non omnia sanguis
Proimus, aut serie generis demissa propago
Alligat interius noua saepe accitque serpunt.
Fignora connexis: natos genuisse necesse est.
Hæc legisse inuat, tenero sic blandus Achilli
Semifer Hæmonium vincebat Pelea chiron.
Nec senior Peleus natum comitatus in arma
Troica, sed caro Phœnix hæreat alumno.
Optabat longè reditus Pallantis ouantis
Euander fidus pugnas spectabat Acetes.
Cumque procul nitidis genitor cessaret ab astris,
Fluctinagus volucrum comebat Persea Dyctis.
Quid res ram altricum victos pietate parentes?
Quid te post cineres, deceptaque funera matris
Tutius Inoo reptantem pectore Bacche?
Iam securã parens Tuscis regnabat in vndis
Ilia, portantem lassabat Romulus Accam.

Et subiungit docens non id tantum obtinere in
animantibus:
Vidi ego transfertos alieno in robore ramos
Altiũ ire suis.

Alumnus
pro filio.

52 E diuerso quoque alumnus pro filio à proba-
tissimis scriptoribus vsurpatur, vt tradit Nonius
Marcellus in id referẽs illud Virgilianũ li. 6. Aenei.
Necnon & Tityon terra omnipotentis alumnũ.
Sunt qui legunt, vt illud obiter dicã, omnipotentis.
Quo etiã in loco Seruius interpret scribit Tityon
ipsum secundũ aliquos filium terræ fuisse, secun-
dum alios à terra nutritum, ideòq; Virgilium ele-
gisse verbum alumnũ, quo vtrunquẽ significaret.
Homerus autem à quo Virgilius cum versum ac-
cepit, filium esse dicit lib. Odyssæ 7.
ἦγον, ἐποψόμενον πτυδὸν γαίηϊον ἦον.

Et iterum lib.ii. eiusdem operis:

Specialia favore nutriticum & alumnorum.

53 Sed & socio in nostris legibus multa specialia favore nutriticum & alumnorum esse statuta. Nam primum minor viginti annis, qui alias manumittere seruum non potest, potest tamen nutricem, educatorem, & alumnum, sicuti & patrem, & matrem filium, filiamve, fratrem, sororemve. l. si minor, cum 3. seq. ff. de manu. vind. & s. eadem lege, vers. iustæ autē. Instit. qui manu non lic. vbi ex hoc not. Ang. Aret. q. nutritrix & alumnus æquiparantur aliis coniunctis sanguine. Subditque alumnū esse de familia, per tex. quem dicit sing. in l. ancimus, C. de nupt. In quo memoria lapsus est. nam quamuis in eo. tit. sint duæ l. eius initij, neutra tamē earū hoc dicit, credōque illum voluisse allegare l. si quis alumnā, illo eo. tit. de qua statim aliquid dicemus. Sed vt redeamus ad alia, non omnes mulieres possunt suspectos tutores postulare, sed ex solæ quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt, vt puta mater, nutritrix, & auia. tex. est in l. i. §. consequens est. ff. de suspect. tut. Et alibi lex facit similem matri alumnū, qui pupillum instituit, eiq̄ue in tutore dando prospicere voluit. l. Nefennius. §. similis est matri. ff. de excuf. tut. Et educatores possunt petere tutores dari. l. si minores, quæ est 2. in princ. ff. qui pet. tut. Et alumni capiunt legata ex testamento imperfecto, & minis solenni. l. in testamento. ff. de fideicom. liber. qui tex. nuncupatim loquitur de alūno, licet gl. & alij trahant ad alios amicos: de quo plenè diximus supra in verbo, libertis, nu. 103. sed illud. Et pater non potest reniti quin filia nubat filio eius qui eam educavit. l. patrem. C. de nupt. Et non potest alumnus cum à quo educatus est accusare. l. iniquum est. C. de iis qui accus. non poss. Et in generali obligatione non veniunt alumni, vt quos non est credibile pignori specialiter datos fuisse. l. i. C. quæ res pign. oblig. poss. & l. denique. C. de pign. Et qui alumnus suum retinet, non minis tenetur quam qui & suum filium retinet. l. 3. §. si eū, in princ. iuncto vers. proinde. ff. de libe. homi. exhib. Et facit text. in l. alumnus. ff. de adi. leg. vbi quispiam in suo testamēto alumnā suam admodum commendat, & in l. alio, & l. a filio, in pri. & in l. Stichus, in princ. ff. de ali. legat. & in l. a filia. §. i. ff. ad senatusc. Trebel. & in l. quædam cum filium. ff. de verb. obl. & l. Lucius. §. Titius testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2. & in l. vxorem. §. Seium. ff. de leg. 3. vbi testatrix quædam anteponit alumnū suum filio fratris, & in l. quæsitum. §. prædia, & in l. qui habebat. §. peto, eo. tit. & in l. his verbis. §. alumnus, eo. quoque tit. & in l. qui vxori. §. idem testator. ff. de aur. & arg. leg. & in l. pe. §. vlt. ff. de prob. & in l. codicillis. §. Stichus. ff. de annu. leg. & in l. liberto. §. Largius. ff. eo. tit. & l. Titio centum, in princ. ff. de condi. & demon. & l. Seizæ. §. Caio, & l. prædia, in princ. ff. de fund. instru. & l. legem. C. de pact. & l. i. C. de pact. conuen. Nimirū ob hunc tantum amorem & affectum nutriticū & alumnorum (licet & aliæ quoque rationes adferantur) decretis summorum pontificum interdictum est, ne Christianæ mulieres sint nutritices infantium Iudæorum, c. Iudæi, le 2. & c. ad hæc. & c. et si Iudæos, extra de Iudæ. Nec id quidem tantum in domibus ipsorum Iudæorum, quod omnes astruunt, sed nec alibi quoq; ex sententia Io. Ana. Maria. Soc. & Fel. in c. ad hæc. Nam tex. in d. c. & si Iudæos, loquitur generaliter, & detestatur Iudæorum familiaritatē, quæ quidem maxima est inter nutritices & alumnos & eorum parentes. Licet in hoc dicto vltimo contrarium tenuerint gl. Io. And. Card. Flor. & Pan. in d. c. ad hæc. Ex lege autem Mosæica nō licebat coire cum nutriticibus, si credimus Iosepho lib. antiqui-

Qua mulieres possunt suspectos tutores postulare.

Decretis summorum pontificum interdictum est, ne Christianæ mulieres sint nutritices infantium Iudæorum.

82 Hinc quoque fit, quòd ex statuto quo masculi excludunt fœminas legitimari eas excludunt, vt legitimati, ex sententia Bal. in d. l. eam quam, col. 6. vers. item fuit quæſitum. C. de fideicom. & in l. cum acutissimi, col. 2. vers. idẽ puto de legitimatis, & ibi etiã Iafon, qui dicit ita bis consuluisse, & fuisse iudicatum eo. tit. Ang. suboscure, cum dicit aliter esse dicendum, si statutum loqueretur de filio legitimo & naturali, & ex iustis nuptiis procreato. d. confil. 76. col. 2. Pau. Cast. dum allegat Bal. in posteriore loco, in rub. C. de iur. aur. annul. vbi hoc dicit procedere in omni statuto loquente de legitimo, vt scilicet cõprehendat legitimatum. & iterum in l. sed si hac. §. patronum, ante fi. & ibi quoque Alex. Soci. & Iafon in 5. not. ff. de in ius voca. & rursus idem Pau. in l. si ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2. & confil. 27. dicendum est dictam hæreditatem pertinere, in prin. & iterum in fil. lib. 2. & d. confil. 34. super primo dubio videtur dicendum, col. 2. in fin. & iterum col. seq. ante fi. eo. lib. 2. & confil. 102. videndum est primò de ipso Alarico in fin. eo. lib. 2. Alexand. confil. 2. visis codicillis, col. 5. vers. & fortificantur prædicta, lib. 1. quod & repetitur confil. 87. lib. 2. & idem Alexand. cõsfil. 60. visa legitimacione. col. 2. vers. istud idẽ, eod. lib. 2. Corne. & Franc. Aretin. in l. liberos. C. de collat. idem Aret. in l. Gallus. §. si eius, ad fin. ff. de liber. & posth. Barbat. d. confil. 68. col. 4. vers. capio nunc aliam, lib. 4. Socin. in l. cū auus, col. 24. vers. infertur etiã ex præmissis. ff. de condit. & demon. & d. confil. 63. col. antepe. lib. 3. & cõsfil. 65. super posita questione. col. 3. eo. lib. 3. Iaf. in l. adoptiuum, quam legit. cū §. vlt. l. 2. ff. de in ius voc. & in l. cum filiofamil. col. vlt. ff. de legat. 1. & in l. generaliter. §. cum autẽ, col. vlt. C. de instit. & subst. & in l. 1. col. 3. vers. hinc est quòd stante. C. de bon. poss. contra tab. vbi tamen non confirmat & confil. 68. viso themate, col. 9. vers. præterea posito, lib. 3. & Phil. Dec. conf. 345. viso consilio, col. 3. vers. secundò hoc in simili, & confil. seq. incip. pro declaratione, col. 2. & Alb. Brun. in tract. statutorum excludentium fœminas, in 4. q. 12. arg. & D. Ioan. Cirierus Senator regius in tract. primogenituræ, in 13. q. col. 4. vers. item legitima. & Carol. Molin. in commen. consuet. Parisien. quos scripsit longo tempore post primam nostram huius legis editionem, in qua hos omnes citaueram, tit. 1. §. 8. glo. j. nu. 45. & Lud. Gozad. confil. 6. prima facie, col. 5. vers. quinto istud priuilegium.

Et statuto quo masculini excluduntur fœminas, legitimati eas excludunt vt legitimi.

83 Et ex hoc postremo dicto facile potes intelligere, per legitimatos aequè conseruari familiam atque agnationem, ac per legitimatos, cum ratio & veluti fundamentum illius statuti præferentis masculos fœminis, sit conseruatio agnationis & familiæ, secundum Cyn. & alios in l. 1. C. de adul. cum aliis infinitis à me nũcupatis citatis in commentariis nostrarum consuetu. tit. 20. §. 17. in gl. i. vers. 3. incip. cuiusmodi statutorum. Et hoc quidem, scilicet familiam & agnationem conseruari per legitimatos expressim asserit Alex. qui tamen nihil allegat. d. confil. 2. col. 5. vers. ad prædicta benefacit, lib. 1. & Barb. d. confil. 68. col. 4. vers. tertio facit. & col. seq. vers. fic.

Familia atque agnatio que conseruatur per legitimatos, ac per legitimos.

Legitimatus excludit substitutum si sine legitimis hæredibus.

Vtrum legitimati differant à legitimis.

Nihil, dictio, est vniuersalis negatiua, & debet vniuersaliter operari.

vers. item est masculus, lib. 4. vbi id dicit voluisse Dyn. in tit. de succes. ab intest. & Socin. d. confil. 63. vbi supra, lib. 3. & Philip. Dec. confil. 307. viso pũcto, col. vlt. & confil. 316. in casu proposito, col. pen. vers. sed prædictis. & d. confil. 365. viso consilio, col. 3. vers. secundò hoc confirmatur. & cõf. 433. visa copia, col. vlt. & ante hos Angel. quem nullus horum memorat, confil. 17. comes Brandisius, col. pen. vers. præterea concludendo & Saly. in auth. item sine legitimis, col. 1. vers. quæro an legitimatus. C. de nat. lib. & in l. imperialis. §. sic itaque. C. de nup. De quo tamẽ vide eundem Dec. confil. 277. in causa qua Lucæ agitatur, col. 4. vers. 2. & col. seq. vers. sed tamen.

84 Similiter autem in casu d. l. cum acutissimi, quæ huic nostræ l. (quod iam sæpius diximus) admodum affinis est, & aliàs quoque in substitutione ita facta, si institutus moriatur sine legitimis hæredibus, legitimatus excludit substitutum, vt plenè not. per Alber. & alios in d. l. generaliter. §. cum autem C. de instit. & subst. inter quos Alex. ibi dicit hanc esse commu. opi. & Iaco. Aret. cuius disputationem in eam rẽ refert. & sequitur Ioan. And. in addi. Spec. tit. de succes. ab intest. §. 1. ad Ang. in sua dispu. incip. quidam nobis genere. Anto. in d. c. per venerabile, circa medium, vers. alius est effectus, extra qui filij sunt legitimi, & est communis nostrorum calculus, secundum Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi & recentiores adducunt concor. Quibus adde Petr. Anchar. confil. 225. prima facie. in primo dubio. Paul. Castr. dict. confil. 30. col. 1. lib. 1. & Ludo. Bolo. qui etiam alios asserit in addi. consil. Ioan. Ana. confil. 46. dubia qua tacta fuere, in 3. dubio. Nam & l. hac consultiſſima. §. ex imperfecto. C. de testa. habet locum in legitimatis vt dicit Fran. Curt. iunior ibi.

85 Horum omnium est optima ratio, quoniam legitimati nihil differunt à legitimis, vt est tex. ita loquens per illam dictionem vniuersalem, nihil, in §. sit igitur licentia, ibi, nihil à legitimis filiis differentes, in auth. quib. modis naturales efficiuntur legitimi, & in §. & quonia variè, ibi, nihil dissimilis legitimis, in auth. quib. mod. natu. eff. sui. & rursus in §. si quis ergo filios legitimos nõ habens, in illis quoque verbis, nihil à legitimis filiis differentes, in eadem authent. Ponderanda est enim ea dictio, nihil, quæ est vniuersalis negatiua, & quæ debet vniuersaliter operari. l. vlt. ff. de liber. & posth. & l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. & not. gl. in §. 1. in verbo, parum, in auth. de hered. & Falcid. & doct. sepe. Et ne existimes ea loca authent. fuisse perperam versa in illis negatiuis vniuersalibus, illud te scire velim, Græcũ Iustiniani Codicem vti iis dictionibus, οὐδὲν & οὐδὲν, quæ & ipsæ eandem vim & significationem habent. Nam in titulo, οὐδὲν ἔσθαι, id est de spuriis siue naturalibus, vt vocamus, qui quidem titulus is est, qui in nostris Codicibus ita inscribitur, quibus modis naturales efficiuntur sui: in eo inquam titulo, in primo loco supra à nobis citato, ita scriptum est οὐδὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς: id est, nihil dissimilis legitimis. In alio autem ita, οὐδὲν ἔσθαι νόμιμον πατρὸς ἢ μητρὸς, id est, nihil à legitimis filiis differentes, & vt vertit Gregorius Haloander, in nullo à legitimis differentes liberos. Quæ verba denotant nullam esse profus differentiam: quod & asseruit text. in l. eum qui in prouincia. §. diuus. ff. de rit. nupt. vbi legitimati perinde habentur, ac si legitime essent concepti. Ex quo consequitur, quòd omnia iura loquentia de filiis legitimis, habeant regulariter locum in filiis legitimatis, ex regula quæ de æquiparatis traditur per Bart. & alios in l. 1. per illum text. ff. de leg. 1. Præfertim cū legitimatus dicatur verè legitimus, vt supra diximus. Ideoque haud dubiè disposita de

vno habent locum & in alio, ex not. per Bar. Imo. & Alex. in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid.

86 Nec videntur obſtare rationes allegatæ pro priori parte: quæ illa prima est & potissima, quòd in præiudicium donatarij nõ citati nihil operatur legitimatio. Quæ ita facile refelli potest, quòd quòd pater consentit legitimacioni filij eo tempore, quo potest præiudicare, & de suis bonis disponere, non est necesse eum vocari cui ius est quæſitum, per id quod voluit Bart. què omnes sequuntur in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Sed & si pater disponat vt filius possit post suam mortẽ petere legitimacionem, licet ipso patre mortuo ius agnato sit quæſitum in hæreditate ipsius: potest tamen filius eo non citato petere legitimacionem. Id quòd etiam voluit Bal. confil. 361. verba Bart. in prin. lib. 5. Ioan. Lig. & Ioan. Ramp. in consil. supra à nobis citato. Et ita etiam ex istorum sententia potest ab agnato hæreditatẽ sibi reuocare, vt pote cum huiusmodi legitimatio procedat ex voluntate & cõsensu patris, quo tempore poterat agnato præiudicare. At in casu nostro talis reuocatio videretur etiam procedere à tacita mète patris à lege præsumpta eo tempore, quo donauit, videlicet quòd si hunc casum cogitaſset, non donauisset. Quod hinc patet, quòd hæc fundatur in hac tacita mente & conditione reuocandi, si donans postea susciperet liberos, vt plenè iam sæpius diximus. Quæ conditio intelligitur de filiis legitimatis, sicut de legitimis, vt plenè quoque supra probatum est in præcedenti vers. & aliis superioribus. Et hoc etiam ex eo confirmatur, quod & supra diximus, filium legitimatum excludere substitutum sub ea conditione, si institutus decedat sine liberis. Nec aliquis eorũ qui hoc dicunt, citationem substituti requirunt in legitimacione, quamuis institutus non potuisset disponendo præiudicare substituto, quod non ob aliud fit, quam quòd auis substituendo sub ea conditione, si filius institutus nõ relinqueret liberos, censetur verisimiliter habuisse eandẽ affectionem ad hunc nepotem legitimatum, quam ad ipsius patrem remota macula genitura, vt expressè & in hac specie scriptit Petr. Ancha. conf. 223. videtur prima facie dicendum, col. pen. arg. l. dedit dotem. ff. de collat. bono. & not. per Bar. in l. 1. de accusat. Nã & quòd ad naturale fœdus, vt dicit ipse Petr. Ancha. naturalis proles habetur pro legitima. l. adoptiuus. §. ferules. ff. de rit. nupt. cum aliis multis quas videbis supra in verbo donatione largitus, nu. 288. incip. sexta ratio.

Solutio contrariorum.

Vtrum substituto sit statum ius quæſitum, sicut donatario.

87 At substituto, dicit quispiam, nõ erat ius quæſitum tempore legitimacionis, sicuti hic donatario. Item donatio est actus perfectus, & ex se irrevocabilis: testamentum verò, in quo institutio facta est, reuocabile est ad nutum testatoris. Imò verò quantum ad primum pertinet, ius erat quæſitum saltem spe, cum institutus non poterat, vt iam diximus, præiudicare substituto, sicuti de iure primogenituræ dicunt doctores in c. licet. de voto. Quantum verò ad secundum legitimatus etiam post mortem testatoris, & ita eo tempore, quo testamentum reuocari non potest, excludit substitutum, vt supra latè diximus. Præterea non consideratur actus perfectus in hac l. qua etiam donationẽ aliàs perfectam reuocat ex tacita conditione. Quamuis & hic quoque dici posset nondum esse omnibus modis perfectam, donec illa tacita conditio pender. Et sic ex iis qua diximus, potest intelligi tale præiudicium non induci immediatè & simpliciter ex actu legitimacionis: sicuti in dict. §. & quid si tantum. nec ex actu restitutionis, vt in dict. c. quamuis. de rescript. lib. 6. sed ex mente donantis iam à tempore donationis præsumpta, vt videlicet censetur fecisse donationem sub ea conditione, vt reuocaretur si

postea susciperet liberos: tanquam noluerit preferre extraneum propriæ posteritati, quæ affectio pariter filium legitimatum respicit, sicut legitimum, ut nuper diximus. Nec hic retrorahitur legitimatio in præiudicium donatarij. Nam nec ideo nocet, quod retrorahitur, nec illud etiam necessarium est, sed satis est quod à tempore legitimatiōis tantum pro legitimo habeatur.

Donatio in hoc casu 88 Ex quibus planè etiam constat non obstare, quod sequentibus prioris sententiæ rationibus dictum est, donationem perfectam non esse reuocandam, nec autoritate quidem rescripti, ex casu superuenienti, & si quæ aliæ sunt rationes eiusmodi: quia, ut diximus, in hoc casu reuocatur donatio euentu conditionis reuocandi tacite intellectæ in ipsa donatione, & ex præsumpta mēte donatis, quæ æquè locum habet in legitimatis, vt in legitimis.

Verum facilius sit adoptare, quam legitimare. 89 Similiter nihil obesse potest, quod de facilitate fraudis dictum est, ex d.l. fideicommissum. ff. de condit. & demon. loquente de filio adoptiuo. Nam est longè dissimilis ratio, cum facilius sit adoptare, quam legitimare. Potest enim quilibet idoneus adoptare apud simplicem magistratum. l. 2. ff. de adoptio. Legitimatio autem non facile, nec nisi à principe impetratur. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & §. vlt. in auth. quibus modis natur. eff. sui. & c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. Impossibile autem reputatur, quod solus princeps potest concedere. l. apud. Iulianum. §. vlt. & ibi doct. ff. de leg. 1. & not. glo. & docto. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. cum si mil. Et ex aduerso adoptio facile reuocatur per emancipationem, idque confestim, si placuerit, fraude facta. quod animaduertent qui illud senatusconsultum fecerunt, de quo locuti sumus supra in eadem glo. vers. 4. incip. nec aliis profunt. vbi inter cætera breuitatem adoptionis enumerabant. Et Tullius in oratione pro domo sua ad pontifices. Quæ maior, inquit, calumnia, quam venire imberbem adolescentulum, bene valentem ac meritum dicere filium, senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire & videre omnes, non vt ille filius instituatur, sed vt à Patriiis exeat, Tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari: neque id obscure, nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptari? Idque etiam leges nostræ considerant, vt paulo post dicemus. Ideo cessat ratio illius l. fideicommissum, loquentis de commento, id est fraude, quæ facile fieret ad exclusionem alterius, prout etiam eam l. intelligit Bart. in l. si cognatis, col. 2. vers. op. prout hæc l. ff. de rebus dubiis. Et de huiusmodi etiam fraude, quæ fit per adoptionem, fit mentio in l. cum ratio. §. ex bonis. ff. de bonis damn. & apud Plinium iuniorē libr. epist. 8. ad Rufinum epistol. incip. falsum est, Confors (inquit) frater in patris potestate emancipatam filiam adoptionis fraude reuocauerat, & quidem cum opibus amplissimis.

De eadem re. 90 Et hoc maximè procedit in casu l. nostræ: quia quis posset eodem momento fieri filius adoptione & extraneæ emancipatione, vt dicitur in d.l. cum in adoptiuis. C. de adop. & ita per adoptionem reuocaretur donatio, nec tamè reuinceret per emancipationem, per id quod in simili dicit Bart. in casu l. nostræ, in l. Titia. §. imperator. ff. de legat. 2. & quæ dicemus infra in hac cad. glo. no. 187. incip. in diuersam tamen sententiam. & aliis seq. Quod ita non potest contingere in legitimo. Et hanc fraudis differentiam inter legitimatiōem & adoptionem non ineleganter descripsit Io. And. in addi. Spec. tit. de succed. ab intest. §. 1. vers. item scire debes, qui est in col. pen. & Alex. conf. 2. visis codicillis, col. 8. vers. non obstat. 2. arg. lib. 1. quod iterum reperitur conf. 87. lib. 2. & Socin. in d.l. si cognatis, col. 9. vers. secundum.

dò ex dictis. ff. de reb. dub. Et de fraude etiam emancipationis loquitur tex. in l. 1. §. is quoque. ff. de collat. bon. Præterea filius adoptiuus non habet iura naturæ, sed tantum ciuilia. legitimatio autem vtraque. Ideo fortior est legitimatio adoptione, vt diximus supra in verbo, donatione largitus. num. 226. imò verò plus. Et ita quoque responderi potest ad d.l. filio. ff. de lib. & posth. quæ similiter loquitur de filio adoptiuo, qui nō rumpit testamentum, quamuis legitimatus rumpat, sicut diximus, nempe in quo natura simul & lex locum habeant.

91 Nec postremò obstat, quod dictum est, filium spurium natum tempore donationis, non posse reuocare, cum de eo satis pater cogitasse videatur, nec ex hac l. reuocetur donatio, nisi ob liberos postea susceptos: quia ante legitimatiōem, & sic tempore donationis nōdum poterat filius appellari, cū filius sit & dicatur quem nuptiæ demonstrant, & sic qui ex viro & vxore natus est. l. filium. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. nec talis poterat succedere. Ideo nulla est interim illius habenda ratio quantū ad casum l. nostræ pertinet, sed habendus est, tanquam si non esset natus. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. pos. cōtra tab. De quo tamè vide quid dicā in seq. q. Remota autem ea labe originis, censetur de nouo natus, ac veluti posthumus, vt supra diximus: id est, vt hæc omnia breuius dicam, pater tempore donationis non cogitabat de huiusmodi filio tanquam sibi successuro, & qui posset donationē reuocare.

92 At verba, inquit, vt etiā dictum est in illa postrema ratione, naturaliter sunt intelligenda, nō ciuilitate. Illud quidem minimè inficior, sed id etiā assero, legitimatum censi vtroque modo filium, & cum quidem legitimum, scilicet naturaliter & ciuilitate, vt qui habeat vtraque iura, & naturalia & ciuilia, vt supra etiam diximus: vt interim illud omitam ex iure pendere, non ex natura, quis sit legitimus, vt tradit Bar. in l. si is pro emptore, col. 14. vers. item queritur circa prædicta. ff. de vfu. & Ang. in l. 3. ff. de instit. Et vt scribit Pet. Anch. conf. 225. videtur prima facie, col. 2. vers. non obstat. quod iste dicatur, verbum legitimatum semper sonare in ciuilem intellectū. Et hoc probatur ex l. legitima. ff. de pact. & l. testamenti. & l. si queramus. ff. de test. & §. liceat autem patri, in auth. quib. mo. nat. eff. legit. quæ iura in id citat Ias. in d.l. si is qui pro emptore, nu. 229. Et ideo cum lex hunc facit legitimum, nihil est quod non sit etiam legitimus ad exclusionem donatarij. At in l. vlt. C. de his qui veni. æra. impe. non potest lex facere de minore maiorem. Ideo ibi mera natura, à qua & ipsa res dependet, inspicitur necesse est. & ita ad illum tex. responderi Ant. in cap. cum vintoniensis, col. 2. in 2. oppo. extr. de elect. & Alex. conf. 2. visis codicillis, col. 9. vers. non obstat. l. si lib. 1. quod reperitur conf. 87. li. 2. & Phil. Dec. conf. 155. cuius superscriptio incipit, an natus ex muliere, col. vlt. & iterum conf. 1258. in casu domini Franc. col. 3. vers. non obstant supra allegata. & est ex mente Petr. Ancha. vbi supra, dum respondendo ad d.l. vlt. id dicit quod supra ex eo retulimus.

93 Et id generale est, vt lex fingendo aut vtendo verbis fictionis in actu qui pedit à potestate legis, verè id facit, non fictè, vt per not. per Bar. in d.l. si is qui pro emptore, in 3. q. prin. quæ est de fictione inductiue ad fin. ff. de vfuca. & conf. 62. punctus talis est, quidam effectus cuius, ipsum Ant. conf. 20. nulla mulier, circa medium. Idque est quod alij dicunt, ea quæ iuris sunt, verè induci à iure, licet loquatur per verba sonantia in fictionem, quia quæ possunt verè induci, non inducuntur per fictionem. l. in rebus, in fi. & ibi Bal. C. de iure dot. Barto. in d.l. si is qui pro emptore, Corn. conf. 1244. memini, col. 2. vers. ad idem litis, lib. 3. Non mirum igitur si in hoc casu, qui

Spurium ante legitimatiōem non potest appellari filius.

Quomodo in dubio pater donans non presumatur cogitasse de liberis.

Verum lex possit de minore facere maiorem.

A quibus refertur hæc secunda opinio, & circa qua.

Ea que iuris sunt, verè inducuntur à iure, licet loquatur per verba sonantia in fictionem.

qui ex legis dispositione pendet, legitimatus tanquam legitimus est suus patri hæres, si rumpit testamentum, si excludit substitutos ex conditione si sine liberis institutus moreretur, & filias cōmunis patris, ex statuto eas repellente existentibus filiis masculinis, non secus quam si ab initio legitimus natus fuisset, vt supra diximus. Ergo etiā multo maiore ratione debet reuocare donationē ab extraneo.

94 Si hanc posteriorem partem sequaris, eam ita primo loco intelliges, vt procedat in filio naturali legitimo viuentē patre. Nam si post mortem ipsius legitimaretur non vocato donatario, certè donatio non reuocatur, ex sententia Saly. Ioan. Lig. & Fran. Rampo. d. conf. 17. & seq. inter confi. Bal. lib. 4. quorum verba supra adscripsimus, atque etiā Phil. Dec. conf. 366. pro declaratione, col. 3. vers. secundo præmittendum, & expressius, col. seq. vers. vltimò non obstat. Nisi forte fuisset legitimatus post mortem patris ex dispositione testamenti ipsius. Nam perinde tunc valet, ac si viuentē & consentiente patre id actum fuisset, per auth. si quis. C. de nat. lib. & voluerunt ipsi Lig. & Rampo. vbi supra.

95 Secundo intelliges, quod licet aliàs cum dubitatur an pater donans cogitauerit de liberis, in dubio præsumitur non cogitasse, & ita etiam in dubio habet locum hæc l. vt dicit Bar. in d.l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. cum multis concor. supra collectis in præfati. ver. 66. incip. sed hæc in quæstionem vertitur, & seq. tamen illud tantum procedit in filiis legitimis & naturalibus, non etiam in merè naturalibus postea legitimatis, vt videlicet propter legitimatiōem in dubio non reuocetur donatio, sed tū demum, si ex probabilibus cōiecturis appareat donatorem motum fuisse ad donandum ob defectum liberorum, quos habere desiderabat, nec tamen legitime habere poterat, quia habebat vxorem sterilem, cum qua diutius mansit sine liberis, & iterum ex vxore alterius spurij suscepit: postea vero mortua vxore sua, & marito illius mulieris, eam ducit vxorem, ob idque spurius ille legitimatur. Ideoque verisimile est quod si hunc casum cogitasset, non donauisset: aut certè donauisset sub ea conditione reuocandi, si filium legitimatum, aut ita vt diximus, legitimatum postea habere contingeret. Cessantibus autem iis, aut aliis similibus cōiecturis, in dubio non reuocaret legitimatus donationem sicut legitimus, vt sic in hoc tantum differant legitimati à legitimis, quantum ad l. nostram pertinet, videlicet in casu dubio, non autem in certo. Ita expressius & singul. voluit & consuluit Pau. Cast. d. conf. 435. col. 1. & 2. lib. 2.

96 Attende tamen lector, quia rationes quibus potissimū innititur posterior opinio non omnino sunt concessæ. Nam prima, quæ est veluti fundamentum, qua scilicet dictum est legitimatum esse verum legitimum, multos habet aduersarios, multasque rationes quæ eam subuertere videntur, vt videre licet apud Iacob. Bel. in §. tribus, in auth. quib. modis natur. eff. legit. Iacobum Butrigar. in procemio C. Bald. in l. eam quam, col. penul. vers. quæro vtrum legitimatio. C. de fideicom. & in l. quoties, col. 2. vers. & hæc faciunt. C. de rei vendic. & in l. vlt. C. de his qui veni. ætat. impetr. & in l. si ea quis. §. is cui. ff. de lega. 2. & in addit. Spec. tit. de succed. ab intesta. §. 1. ad fi. & Benedic. Plum. in dicta sua disputat. incip. statuto Pisano cauetur, in primo dubio. Signor. conf. 218. quidam dominus Ioannelus, col. pe. vers. præterea legitimatus & Ant. Rosel. in tract. legitimatiōum, lib. 1. in causa finali, in prin. & Rom. d. l. si is qui pro emptore, & ibi latissimè Iaso. in repet. col. 31. vers. nota diligenter & perpetuo, cum multis seq. ff. de vfuca. Alexan. d. conf. 2. col. 8. & seq. lib. 1. Barba. in repet. l. cum acutissimi,

char. antepen. & seq. C. de fideicommiss. & conf. 27. scripsit doctissimus, col. 13. vers. capio aliam dubitationem, & multis seq. lib. 1. & Socin. conf. 246. eleganter, col. vlt. vers. tertio ista conclusio, lib. 2. quod etiam ponitur inter confi. Franc. Curt. senioris, conf. 18. & ipsum Franc. Curt. seniore conf. 13. statuto Ianuæ, per totum. & conf. 74. super memorata facti narratione, in tertio dubio. & Phil. Dec. in l. liberos. C. de collat. & conf. 275. in causa quæ Lucæ agitatur, col. 5. vers. sed tamen supradictis, & seq. cum simil. & conf. 284. viso puncto, col. penul. & vlt. & conf. 610. viso themate, col. 2. & seq. vsque ad fin. vbi & ex hoc negat dispositionem d. §. ex imperfecto, in l. hac consultissima. C. de testa. habere locum in legitimatis. atque etiam consil. 610. viso themate, col. 12. & seq. Ludo. Bolo. conf. 38. dominus Antonius, per totum, cum simil. Innitunturque hi omnes, vt diximus, multis magnisque rationibus, & testimoniis, sed nullum mihi efficacius videretur, quam text. quem nullus tamen eorum (si me non fallit memoria) citat, in l. 1. Cod. ad legem Viscel. vbi qui ius aureorum annulorum à principe impetrarunt, imaginem tantum, non etiam statum ingenuitatis obtinent. Imò verò sunt qui negant filium legitimatum propriè dici filium, ac comprehendī sub statuto loquente simpliciter de filio. Cuius sententiæ fuit Bald. conf. 102. est considerandum, paulò ante si. lib. 4.

97 Quod autem postea sequitur legitimatum rumpere testamentum, si verum sit, quod tamen non est vsquequaque indubitatum, ac expeditum, vt videre est apud Socin. & Iaso. in rubr. ff. de liberis & posthu. & Stephan. Bertran. conf. 160. visa copia, col. 2. lib. 3. Tamen nihil ad hoc nostrum negotium pertinet, in quo agimus de præiudicio tertij nihil ad patrem legitimantem pertinētis, cum illic ipsius tantum patris præiudicium vertatur, cuius ob id testamentum rumpitur, estque illi liberum confestim, si velit, aliud testamentum facere.

98 Et quamuis multi constanter tenuerint legitimatum, etiam ex rescripto, sicuti & legitimum repellere foeminas ex statuto eas repellente existentibus masculis: plurimè tamen ex illis ipsis in aliis locis, & alij quoque multò plures ac frequentiores contrarium asseueranter voluerunt, qui vt numero vincunt, ita & ratione. Hi autem sunt Bal. in c. per tuas, extrà de maior. & obed. per tex. in §. quoniam varie, in authen. quib. mod. natu. eff. sui. & idem Bal. conf. 214. casus est talis, quidam habet vxorem, ante med. lib. 2. & conf. 102. considerandum, ante si. lib. 4. Ang. conf. 76. posita pro constanti, col. 2. vers. venio ad tertium. Bened. Plumb. in sua disput. incip. statuto Pisano cauetur, in 4. dubio. Anto. in c. tanta, post princ. extr. qui fil. sunt legit. & in c. per venerabilem, char. pen. vers. sed potest esse dubium, & ibi etiam latè Iaco. Zochus in repet. & Card. Alex. ibi in §. quod autem, char. 27. vers. quarto. 15. principalliter, col. 2. & alibi sæpe in ea lect. Alter Ant. Rosel. in tractatu legitimatiōum, in primo libello, sub rubr. causa finali legitimatiōis, col. 1. vers. hic quæro an stante statuto. & iterum in secundo libello de causa finali vel effectiua col. 16. vers. vltimis facit. Imo. & Raph. Co. in l. si ita quis. §. vlt. ff. de lega. 2. Raph. Fulgo. in l. vlt. ff. de iusti. & iure. & conf. 62. stante statuto. Roma. in l. necessarius, & ibi etiam Alex. col. pen. ff. de acquir. hære. vbi ipse Ro. dicit de hoc esse text. aureum in d. §. & quoniam varè, quem dicit se didicisse à Catalano quodam singulari & mirabili viro sibi incognito, dum fortè cum eo peregrè proficisceretur. & idem Rom. in l. si is qui pro emptore, col. 10. vers. circa eandem fictionem, & ibi etiam Ias. col. 36. vers. iuxta prædicta. ff. de vfuca. vbi Roma. ipse ita dicit se consuluisse in ciuitate

Verū sicut legitimatum rumpit testamentum, ita possit reuocare donationem.

Qui tenent legitimum ex rescripto, non repellunt foeminas ex statuto eas repellente existentibus masculis.

Lucana, priusque consil. fuisse approbatum à multis celeberrimis docto. Senen. & id quoque procedere in legitimo per matrimonium, contra omnium opin. Paul. Cast. sibi contrarius, in l. vlti. C. de his qui veni. aeta. impe. & in l. cum acutissimi, col. i. ff. de fideicom. in lex facta. §. si quis rogatus, & ibi etiam Alex. col. vlt. ff. ad Trebel. & idem Paul. conf. 180. super eo quod primo loco quæritur, col. vlti. lib. i. & consil. 252. quæstio ista determinatur, lib. 2. & consil. 343. circa primum articulum, ante fin. eo. lib. 2. Alexan. consil. 60. vifa legitimatione, col. 3. vers. sed præmissis non obstantibus, lib. 2. Franc. Aretin. in l. Gallus. §. si eius, in fi. ff. de liber. & posthu. Socin. in eadem l. §. & quid si tantum, col. pen. & consil. 246. eleganter & subtiliter, col. pen. vers. præterea dicta clausula, lib. 2. quod consil. repetitur inter consil. Fran. Curt. senioris, consil. 18. & ipse Curt. consil. 13. statuto Ianuæ, post princ. & consil. 16. clarus vir, col. 4. & consil. 35. statuto seu in capitulis, col. 4. vers. venio modo. & consil. 74. super memorata, in 3. dubio, vbi & dicit se ita alias consuluisse cum Socin. & Vinc. Pale. & ita fuisse iudicatum. & ita sanè comperimus ipsum Pale. consuluisse inter consil. eiusdem Curt. consil. 17. vifo puncto, col. 3. Georg. Nata. in rep. cap. quamuis, col. 4. vers. cl. secundo quæro an filius naturalis, de pact. lib. 6. lafo. in l. i. col. i. vers. item attende. C. quando non per. par. Philip. Dec. in l. liberos, in fin. C. de colla. & in l. i. col. 4. vers. tertio intelligitur. C. de bon. poss. contra tabu. & consil. 52. vifo eleganti consilio, vbi in eam rem in specie consuluit, & iterum consil. 155. cuius superscriptio incipit, an natos, col. 3. & consil. 275. in causa quæ Lucæ agitur, col. pen. & col. seq. vers. 3. non obft. & in addit. illius consil. col. pen. vers. superest tertium, vbi hanc dicit esse communem opin. & consil. 316. in casu proposito, col. penul. & consil. 333. vifo puncto, col. i. & consil. 392. quæritur an filia, col. 2. vers. non obstant allegata. Lud. Bol. dict. consil. 58. col. 6. vers. his sic præmissis, & col. pen. vers. non obft. etiam doctrina. & in addit. consil. Ioan. Ana. consil. 27. longa professio. de quo & nos etiam diximus in nostro tractatu primogenituræ, quæst. 34. nu. 51. sed redeundo.

Verum legitimatus excludat substitutu.

Cur in filio naturali qui natus erat ante donationem, & postea legitimatur, hoc lex non ita lo:u habet si ut in eo qui post donationem constituitur, & legitur.

quantum ratione illius qui iam natus erat. Ideo Bald. quem supra nu. 70. citauimus in dict. l. i. C. de inoffi. donat. in eo tantum loquitur, qui natus erat ante donationem, vt scilicet is non reuocet, si fuerit postea legitimatus: quasi sentiat aliud, si postea natus esset. Et idem quoque sentire videtur Pau. Castren. dict. consil. 434. in secundo dubio. lib. 1. nam de legitimatione, inquit, potuit donans tempore donationis quo iam natus erat filius naturalis, cogitare, cum penderet ex suo ipsius arbitrio, & ex causa de præsent. lege si quis domum. §. hic subiungi. ff. de loca. & l. si vxor. §. diuus, & quod ibi not. Bar. ff. de adulter. & l. quod Seruius. ff. de conditione ob causam, perinde ergo habendum est, ac si cogitasset. dict. §. hic subiungi. sed & idem voluisse videtur Socin. dict. consil. 226. lib. 2. Et hanc differentiam expressim fecit Philip. Deci. in addit. posthumo, col. eiusdem addit. 2. C. de bono. posses. contra tab. & dicto consil. 366. col. 3. vers. secundo responderi. & col. seq. vers. vlt. non obft. cum dicit quod hæc l. nostra habet locum in filiis post donationem susceptis & legitimatis, licet forte secus esset in natis ante donationem. & Carol. Ruin. d. consil. 173. quæritur primo, col. 3. num. 7. lib. i. & Fran. Ripa, hic in fi. 30. q. 1. de quo tu vide Pau. Parisien. consil. 72. videtur dicendum, col. 3. nu. 24. l. i. 101 Sed illud hinc quæro, quid si nascitur filius aut filia, quæ non succedit patri, verbi gratia, Florentiæ statutum est, ne filia succedat patri existentis patruo. Quispiam igitur fratrem habens, liberos vero non habens, donat, postea suscepit filiam, ea ex eo statuto non succedit patri, sed ipsius patruus. Verum per natiuitatem huius filie reuocetur donatio? Et primum videtur quod non, quia cum censeatur facta donatio sub conditione reuocandi, si donans suscepit liberos, per l. cū auus. ff. de cond. & demon. & supra sæpius diximus: sitque statutum repellens foeminas: censeatur donans se voluisse conformare ad statutum, vt scilicet liberos intellexisse videatur ex statuto repellente foeminas extantibus masculis, si quis suo testamento instituit hæredes suos liberos, non intelligitur instituisse filias, sed tantum filios, & idem voluit Signo. consil. 181. factum sic se habet, nobilis vir, in 2. dubio. Anto. consil. 9. vifo puncto & quæstis, col. i. & 2. Per. Anch. in l. res fratres, & ibi lafo. qui dicit sing. in 6. limitatione. ff. de pact. & idem Petr. Ancha. in l. sed si hac. §. liberis. ff. de in ius voc. & in rep. cap. i. in 14. q. prin. vers. sed occurrat iuxta prædicta, extr. de constitu. vbi & hoc dicit procedere, etiam si pater instituerit filios suos hæredes in eo quod eos tangit de iure: tanquam censeatur nihilominus intellexisse de iure municipali. & idem Per. Anch. consil. 125. visis & ruminatis, col. pe. vers. secundo principaliter moueor. Raph. Fulg. consil. 24. domina Catherina, col. 2. vers. porro quod me magis mouet. Alex. in l. Gallus. §. i. in fi. ff. de lib. & posthu. consil. 127. vifo testamento, post prin. lib. i. quod repetitur consil. 15. lib. 4. Corn. consil. 55. pro decisione præsentis consultationis, col. pe. lib. i. & col. 295. videtur in hac consultatione, col. 2. vers. persuadet, eod. lib. i. & consil. 22. in hac consultatione, col. 5. vers. & testator censeatur, lib. 2. & consil. 120. elegerit & diffusè, col. pen. eod. lib. 2. & consil. 124. ardua primo aspectu, col. 5. vers. ad idem no. eo. lib. 2. Bal. à Bart. inter consil. eiusdem Corn. consil. 120. quod filia vel nepotes, eo. lib. 2. Barb. in rep. c. Reynaldus, col. 3. vers. ego sæpenumero, & col. 32. vers. nota tibi prolem, vbi hoc dicit sing. & iterum col. 86. vers. sed vnum circa doctrinam, extra de testa. & in

Verum per natiuitatē filia reuocetur donatio, stante statuto ne filia succedat patri.

Filia quæ non succedit patri ex statuto, an collat substitutio nem in tempore liberorum facta.

Comprobatio eiusdem.

rep. cap. Raynutius, char. 2. & iterum & latius char. 46. eo. tit. & in c. in præsentia, col. 67. de prob. & in rub. C. qui amit. col. 97. & consil. 43. præclare scribitur, col. 3. vers. item concurrat, & iterum col. 15. vers. & moueor ad sic dicendum, lib. 1. & consil. 4. propè inquit Psalmista, col. 3. lib. 2. & consil. 63. præclare scribitur, col. 4. eo. lib. 2. Maria. consil. 36. rectè ac mature, col. pen. vers. quinto probatur. Soc. ipse Mar. filius, consil. pen. abundè & subtiliter, col. i. & 2. lib. i. consil. 103. superscripti insignis, col. 2. vers. ex qua responsione, lib. 2. & consil. 227. præfens consultatio, col. 9. vers. sexto & vltimo, & iterum vers. sed multipliciter, eod. lib. 2. & consil. 280. considerata contingit, ad fi. eo. lib. 2. & consil. 50. vifo testamento Pauli, col. 2. lib. 3. & consil. 63. visis testamento nobilis, col. 8. vers. confirmatur quia si testamento, eod. lib. 3. & consil. 69. vifo testamento Ioannis, col. 6. vers. præterea in substitutione, eo. lib. 3. & consil. 33. vifo testamento domini, col. 2. vers. succedebat & tertio, lib. 4. & consil. 42. subtiliter & abundè, columna tercia, vers. sic sed ad hoc videtur. eodem libro 4. & latissime consil. 51. visis facti narratione, ferme per totum, eod. lib. 4. & consil. 73. capiendo primum, col. 3. vers. sexto & vltimo, eo. lib. 4. Fran. Cur. senior consil. 45. statuto seu consuetudine, col. 4. & consil. 52. super testamentis, col. 4. vers. comprobantur prædicta. Card. Alex. in arbore consanguinitatis quæ posuit super c. vlt. ext. de consang. & affini. nu. 36. las. in Lomnes populi, col. 7. de iustit. & iure, & in l. si id quod, col. 4. vers. octauo sing. limit. ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi id dicit sing. & in l. qui filius, in prin. col. 3. vers. quinto per itum text. ff. de leg. i. & consil. 84. puro quod quemadmodum, col. i. lib. i. Phil. Dec. consil. 257. quæritur, col. 2. vers. & hoc idem. & consil. 270. dominus Raynaldus, col. 2. vers. circa primam. & consil. 316. in casu proposito, col. pen. & consil. 397. vifo puncto, col. 2. in fin. Alciat. in lib. i. de verbo. signifi. char. 4. & in l. i. & iterum in l. hæc stipulatio. ff. eo. Ant. Rub. consil. 63. circa testamentum. 102 Qua etiam ratione Paul. Cast. d. consil. 409. lib. 2. consuluit in casu d. l. cum auus, quæ proximè ad nostram l. accedit filiam quæ non succedit patri extante patruo ex statuto, non tollere substitutionem quæ ita fit, si hæres decefferit sine liberis. & idem tenuit ipse Paul. in d. l. cum auus, circa medium. & Ioan. à monte Sperello in l. cum acutissimi. C. de fidei commissis. & Ioan. Bapt. in l. generaliter. §. cum autem, in 34. quæst. C. de insti. & substi. Bal. à Bar. inter consil. Corn. d. consil. 120. lib. 2. & clanculum Cor. in subscriptione illius consil. col. pen. ver. concurrere etiam, & expressius consil. 145. ad euidenciam, in fin. lib. i. & consil. 197. circa primum, col. 4. eod. lib. 1. & consil. 20. in hac consultatione, col. 5. vers. & idem alias, lib. 2. & d. consil. 124. ardua primo, col. 5. vers. ad idem no. eo. lib. 2. & consil. primo circa primum, col. antepen. vers. nam ex quo & multis seq. lib. 4. & Socin. in l. centurio, col. 7. vers. ex qua conclusione. ff. de vulg. & pupil. substi. vbi hoc dicit not. & consil. 55. visis consiliis, col. 2. vers. sed consulentes, lib. 3. & nouissimè Albe. Brun. in tract. statutorum foeminas repellentium, arg. 5. q. 12. col. 2. & seq. vbi dicit ita se consultu sæpius respondisse. 103 Ad quod facit optimus tex. in l. vlt. in fi. C. de insti. & substi. vbi requiritur, quod mater sit hæres filij posthumæ, vt possit excludere substitutum ex tacita pupillari comprehensione in vulgari. & ibi Fulg. & Paul. Castren. atque etiam Bart. in d. l. Centurio, col. i. & ibi quoque Ang. col. 2. Alex. subdubius tamen, col. 15. vers. sed adhuc contra, & Socin. col. 7. vers. ex qua conclusione. ff. de vulg. & pul. & idem Bart. in l. 2. in princ. col. vlt. vers. item quod si mater, eod. tit. cum concord. adductis per Alexan. in d. l. Centurio, col. 16. vers. ex hoc in-

fert, & ibi quoque Socin. col. 7. vers. ex quibus inferitur. Porro illius l. vlt. autoritate, Oldr. in d. l. generaliter, & ibi quoque Alberic. col. i. 2. & seq. videtur sequi hanc sententiam, vt videlicet in casu d. l. quæ eadem est cum d. l. cum auus, requiratur vt filius succedat: id quod etiam voluit Bald. in dict. l. cum acutissimi, col. vlt. C. de fideicommiss. Rapha. Com. in l. cum auus, & ibi quoque Socin. col. 30. vers. ex quibus inferitur, & iterum col. 52. vers. septimo quæritur. ff. de condit. & demonstr. & idem Corn. in l. filiusfam. §. cum quis. ff. de leg. i. Licet Paul. Castren. teneat contrarium in d. l. cum auus, circa med. Cæterum illud generale est, quod quando persona quæ ex verisimili mente excludit substitutum, non est successura ab intestato, quia eam alius excludit, non excludit illum substitutum, secundum Bald. post Nicol. Matth. in l. cum quidam, col. vlt. & ibi quoque Rapha. Fulg. col. 1. item vlt. Paul. Castren. col. i. vers. sed quæro hinc, Alexan. col. 2. vers. dicit tamen signanter. Corne. col. i. C. de imp. & ali. substi. Bar. & Imo. in d. l. hæredes mei. §. cum ira. ff. ad senatuscon. Trebel. & Cor. consil. 186. quanquam præfens consultatio, col. i. vers. vbi autem, lib. 3. vbi & idem dicit se alio anno Aisij cum Bald. à Bar. consuluisse. Alexan. consil. 92. super eo de quo quæritur, col. pen. vers. nec etiam obstat, li. 3. Car. Ruin. consil. 104. postquæ, col. vlt. nu. 14. lib. 2. & iterum consil. 106. vifo, col. 5. nu. 8. eo. lib. 2. 104 Præterea vt ad alias quoque rationes auimus hanc partem astruentes, ratio huius l. nostre ex omnium sententia ea est, quoniam censeatur qui liber donare sub illa conditione reuocandi, si donans postea suscepit liberos, ne videatur antepone extraneos suæ posteritati, vt supra latè & sæpe diximus & probauimus. Quæ ratio non potest habere locum nisi in eo filio, qui potest succedere: & succedendo, id quod aliter à patre donatum est, accipere. Ex quo hoc censeatur consequitur, nec l. quoque nostram habere locum l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. cum simil. 105 Item si huiusmodi filia reuocaret donationem, nihil quidem sibi prodesset, nec patri ipsius quantum ad affectionem paternam perineret, quæ huius nostre l. radix est & fundamentum, vt supra in præfat. diximus. Lex autem nihil frustra, nihil otiosum, nihil superuacuum facit: l. qui bis idem. ff. de verborum obligat. & l. non cogendum. §. vltimo. & ibi gloss. vltima. ff. de procur. cum aliis simil. à me latè congestis in nostro tractat. cui titulus est, nihil frustra. Ex quo fit, vt præteritus non rumpat testamentum, nisi sibi locum faciat, arg. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. & §. sed si à primo. ff. de iniust. testa. & l. si post mortem. §. liberi. ff. de bono. posses. contra tabul. Hic autem sibi locum facere non potest, cum non succedat, ergo nec reuocare potest. 106 Nam & alias cum quis ex legis vel statuti dispositione priuatur lucro quopiam alterius contemplatione, id lucrum cedit huic alteri. l. post legatum. §. admittre. ff. de his quib. vt indig. l. 2. §. si duo emancipati, & ibi Bart. ff. de colla. bono. & l. i. legatarius, quæ est pen. & ibi omnes. C. de leuico allegat. & l. i. defunctus. C. de suis & legit. & not. Bart. in l. vxorem. §. hæres, per eum text. ff. de lega. 3. & in l. 2. §. videndum. ff. ad Senatusconsult. Tertul. & l. i. liberorum, col. pen. vers. pone exemplum. ff. de verbo. signifi. & in l. seruo legato. §. si testator, & ibi latissime lason quem omnino vide in 2. not. ff. de legat. i. Bald. in l. maximum vitium, col. i. C. de lib. præterit. Franc. Rampo. inter consil. illius, consil. 88. circa secundum, ante fin. lib. 3. Ro. in l. i. col. antepen. vers. secundo quid quando, & iterum, col. vlt. vers. sed regula est. C. quan. non pe-

Aliud argumentu à ratione huius l.

Præteritus non rumpit testamentum, nisi sibi locu faciat.

Et cū quis ex legis vel statuti dispositione priuatur lucro quopiam alterius contemplatione, id lucrum cedit huic alteri.

ten.par.& confi.32.vifa municipali,col.2.verfi.item fi qua persona.Maria.Soc.conf.5.prafens confultatio,col.2.ver. refpondeo ad quaestionem , & multis feq.Carol.Ruin.conf.107.ex omni,col.7.nu.10.li.3.Phil.Dec.col.584.vifa prohibitione,col.1.Ant.Rub.conf.122.prafupponitur,col.2.Licet aliud fit in difpofitione hominis, fiue teftatoris. l.vxorem. §. haeres, & ibi Bar. ff. de leg. 3. cum cōcor. adductis à Carol.Molin.in confuet.Parif.tit.1.§.1.gl.1.nu.27.Si igitur id lucrum donationis ex hac l.reuocaretur , ce-deret lucro ipfius filia quæ non fuccedit. Confe- quens est vt nec ipfa reuocet.

Paria sunt non succedente in rerum natura. l. pater filium. ff. de inoffi. testa. & dere. & nō l. 2. §. fed si sint fui, & ibi Bar. ff. ad Tertul. & l. 1. §. fed esse in verū natura. cum emancip. liber. cum aliis multis simili. quæ & nos collegimus in nostro tractatu primogenituræ, in l. 53. quæstio. nu. 16. quarta ratio. Ideoque etiam in simili dicemus statutum, ex quo masculi repellunt foeminas à fuccessione, intelligi, si ipsi masculi, quorum favore fit ea exclusio, fuccedunt, non alias, vt nuncupatim dicit Bart. in d. l. 2. §. fed si sint fui. ff. ad Tertul. & in l. 1. §. quidam filium, in 4. & 5. quæst. ff. de bo. poss. contra tabul. cum infinitis propè concordant. à me etiam in vnum coactis in nostris confuetudinibus, tit. 17. §. item 17. & dicemus etiam postea. Similiter licet non valeat legitimatio tacitis filiis legitimis, vt plenè diximus supra in verbo, donatione largitus, nu. 310. incip. fed fac ita esse. hoc tamen non procedit si filij illi taciti non fuccederent ex statuto, vel aliàs: vt videtur voluisse Paul. Cast. conf. 27. dicendum est dictam hæredita- tem pertinere, lib. 2. & expressim Iafon conf. 68. vi- so themate, col. 7. vers. sexto principaliter, & seq. & col. pen. ver. quarto notabiliter, lib. 3. Sed & Rom. confi. 43. ad primum quæsitum, in 3. dubio sing. re- sponderet quod auct. licet. C. de natur. lib. que statuit patrem posse totam suam substantiam filiis natura- libus relinquere, cum non habet legitimam fobolem, procedit etiam cum habet filias quæ renuntia- uerunt ipsius fuccessione secundum c. quanuis, de pactis li. 6. quod quidem, vt subdit, licet sit nouum, est tamen verissimum, & sequitur Iafon d. confi. 68. col. 9. vers. confirmo per illud. Denique ex eo fit quod not. tradit. Ang. in §. optimè per illum text. in verbo, ingratiudinis, iuncta gl. in athen. de nupt. quod id quod ibi dicitur, quod pater non potest re- linquere vxori suæ secundæ magis quam vni filio- rum primi matrimonij, non habet locum in filia ipsius primi matrimonij à statuto exclusã. Id quod sing. dicit ipse Ang. atque etiam pro sing. refert & sequitur Iafon vbi supra, ad fi.

108 Contrarium tamen videtur multis item ra- tionibus: quarum hæc prima est. Nam filius natura- lis non magis est cognitus de iure ciuili, quam filia ex statuto exclusã extante patre: imò verò minus est cognitus, quod statim probabimus. Filius autem naturalis facit deficere hanc conditionem, si sine liberis quis decedat, vt item probabimus. Igitur & ea filia exclusã itidem facit. Primum autem ex tri- bus aut quatuor medijs, vt nostri loquuntur, aper- tissimè liquet. Primo enim filius naturalis nihil cap- tit contra patris voluntatem, vt voluit gl. in l. 1. §. 1. & ibi Bal. in l. 1. C. quorum bono. & est bonus text. pro ea in l. vlt. in vert. o. necessitas, & in verbo, vo- luntate, & ibi etiam not. Bal. C. de nat. lib. quem tex. & ad hoc expendit Ang. in §. vlt. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. cum si. quæ videbis supra in hac eadem gl. nu. 58. incip. & id quidem. Filia autem capit, velit nolit pater, per l. vlt. C. de dot. promif.

109 Secundo, quia filius naturalis ab intestato nō fuccedit a quo suo. l. vlt. C. de nat. lib. ac ne patri qui-

dem suo naturali, extantibus filiis legitimis, aut etiã non extantibus, nisi in duabus vncias. auct. licet. C. eo. tit. Filia autem si à fuccessione repellantur, de- bent dotari, ex sententia Bart. in l. si marito. §. si vo- luntate. ff. sol. mat. & Laur. à Palatis in tract. statuto- rum repellentium foeminas, char. pen. col. 3. vers. fic. quid autem si dicat statutum, cum sim. Neque id simpliciter, sed congruè, secundū Bal. in d. l. vlt. col. 2. ver. sed pone quod ista filia. C. de dot. promif. & in auct. res quæ. ver. quæro statuto. C. de com. de lega. Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Cor. confi. 319. circa primum quæsitum, col. 3. ver. ex quibus omnibus lib. 3. cum si. arbitrio scilicet boni viri, vt dicit ipse Bald. in d. l. vlt. & præterea in l. quæro. & ibi quoque Bart. ff. de iure dot. & ipse Bal. cōfi. 67. quia statutum tria habet, ver. capitulum de patre, lib. 1. & Ang. in §. 1. in auct. de resit. & ea quæ parit, cum si. Et id quidem ad minimū vsque ad legitimā ex crebriori nostro calculo, quos statim aduocabimus. Quæ quidem legitimā ascen- dit ad quatuor vncias, cum sola sit in nostro casu, per auct. nouissima. C. de inoffi. test. Vnde planum fit semper huiusmodi filiam ampliorē portionem consequi, nempe quatuor vncias, quàm filium nat- uralem, qui vel nihil prorsus consequitur, vel tan- tum duas vncias.

110 Quod autem filia exclusã debeat dotari aduf- que legitimam, asserunt And. Iser. in constitutione regni, incip. in aliquibus, col. 8. Saly. Fulg. & Iaf. in d. auct. res quæ. per illum text. idē Saly. in l. sancimus, col. vlt. C. de nupt. & in l. 2. col. pen. C. de noxa & in sua dispart. incip. statuto cauerit. & Bald. confi. 67. quia statutum habet tria capita, lib. 1. & consilio 69. cum statutum ciuitatis, colum. 1. eodem libro 1. & consilio 323. materia ista diuiditur in duas partes, libro tertio. & consilio 407. punctus talis est, An- tonius plures filios, eod. lib. 3. quod quidem confi. idem est cum illo. 67. lib. 1. nisi quod in hoc casus confi. in princ. ponitur. & Ang. confi. 358. dominus Gregorius, in 4. dubio. Raph. Coma. confi. 45. stante statuto, vers. in contrarium, & conf. seq. pater filiis, col. vlt. ad fi. Cor. confi. 197. circa primum, col. 3. ver. quod maximè dicendum videtur, & sequen. lib. 1. & confi. 48. de pluribus, col. 5. ver. circa secundum, lib. 2. & confi. 77. licet multum vergeant, col. 1. eod. lib. 2. & confi. 91. quoniam clarè, col. 1. & 2. eo. lib. 2. & cōf. 107. in hac confultatione, col. pen. ver. statem ven- ditur quod dos, eo. lib. 2. & confi. 111. videtur in hac, col. 2. vers. & si quæris, eo. lib. 2. & confi. 162. primo aspectu, col. 3. vers. & si quæris, eo. lib. 2. vbi dicit ita vidisse se sæpius consuluisse cum Bened. Cap. Bal. à Bar. & Io. à monte Sperello, & idem Corne. confi. 202. circa præsentem, col. 3. ver. legitimè autem do- tata: eo. li. 2. & cōf. 3. in præfenti confultatione, col. 3. li. 3. & cōf. 4. dubia satis, col. 4. ver. cū igitur in nostro casu, eo. lib. 3. & cōf. 40. circa hanc, col. pe. vers. ideo puto, eo. lib. 3. & confi. 100. non caret, col. 2. vers. ta- men his non obst. eo. li. 3. & confi. 115. in hac conful- tatione, col. 1. vers. & statuta, & iterum col. 2. vers. nō ergo ob. eo. li. 3. & confi. 290. ardua plurimum, col. 4. vers. circa secundum, eo. lib. 3. & confi. 258. quāquam, col. pe. ver. tamen licet, lib. 4. & ipse Bened. Cap. cōf. 89. punctus quidam Agnoletus, col. pe. ver. sed du- bium cadit. Calc. confi. 11. quod non præsumatur, col. 10. ver. tertio pro ista sententia, & iterum col. 14. ver. & statuta. Alex. confi. 79. super primo dubio, col. 1. lib. 1. & cōf. 7. visis & diligenter animaduersis, col. 2. ver. præterea hoc in terminis, lib. 2. & confi. 83. viso statuto, post prin. lib. 4. & confi. 87. visis & diligenter animaduersis, col. 3. ver. præterea hoc in terminis, & iterum col. vlt. vers. non obstat quod dos, lib. 6. & confi. 121. consideratis verbis, col. 1. eod. lib. 6. Bald. nouellus in tract. dot. char. 31. Socin. confi. 182. licet filia.

ne repellitur, congruè debet dota- ri.

Et arbitrio boni viri.

Et admi- nium vsq, ad legit- mam.

Quit- neant filiū exclusam debere do- tari adufq, legitimam.

De eadem re.

Dos quo- modo suc- cedit loco legitima.

148 Sed vt reuertatur, id quod diximus, vterū nondū esse hominē, voluit etiā Alber. in prima parte statutorum, q. 133. in multis locis, col. 2. vers. & hoc iudicant, & Signo. confi. 1. statuto ciuitatis, col. 2. nu. 9. & iterum col. seq. nu. 12. vbi etiā probat auctoritate sacrarū literarum cum in illis dicitur, conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, & homo factus est, quasi scilicet nondum homo fuerit antequā natus esset. Et idem quoq; voluit Bal. in d. l. si pater, vbi supra. & in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. vnde, ait, non cōprehenditur sub statuto loquente de occidente hominem. & in l. 2. in princ. C. de posth. hęc. insti. Nam licet, inquit, habeat animam rationalem infusam, tamen sola anima non facit hominem sine corporis perfectione & organizatione, & idem Bal. confi. 390. tā profundē, ante fil. 2. & Ioan. Ana. in d. c. sicut ex literarum, col. 2. extra de homici. vbi & illud dicit de repręsalias. & Barba. in repeti. l. cum acutissimis, col. 53. vers. quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine homine, & iterum vers. & in quantum superius. C. de fideic. & in repe. c. Raynaldus, col. 49. vers. secundō limita, de testam. vbi dicit ad hoc esse valde sing. tex. in d. l. cum inter. Sed de hac re est tex. omnū optimus & expressissimus in l. in lege Falcidia placuit. ff. ad leg. Falc. cuius hęc verba sūt, quia partus nondum editus, homo non rectē fuisse dicitur. Vt tamen non omittam Phil. Dec. qui & id quoque voluit confi. 335. requisitus, col. 1. num. 2. Quibus pręter loca supra adducta succinit illud Domini nostri Iesu Christi apud Ioan. cap. 6. Mulier cum parit, tristitiam habet: cum autem peperit, non meminit pressurę propter gaudium: quia natus est homo in mundo. Quem locum ad hoc quoque expendit Alber. in 3. parte statutorū, q. 59. si statuto caueatur, col. 2.

Vterus nō comprehenditur sub statuto de occidente hominem.

Partus nondum editus homo non est.

Vterus nō est animal.

149 Quidq; vterus nō solum non homo est, sed nec animal quoque, vt dicit gl. in d. l. qui in vtero, la 1. ff. de stat. hom. per tex. in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cog. quę tamen pro contraria sententia allegat Pet. Iac. tit. de condi. ex lege omnimodo, col. 4. Quāquā scio Galenū scripsisse librum hoc titulo, vtrū cōceptus in vtero sit animal: in quo id ipsum esse probat tū auctoritate Hippocratis, tū duobus legum capitibus: primo, quo ei qui abortus causa fuerit, pœna infligitur, altero quo adire hęc. dicitatē nōndū natis permittitur. Deorū enim inuentū & dō nū leges esse. nam omnia certis legibus inter deos omnū ille pater disposuit. Et alicubi in eo lib. dicit id iā potentia esse animal, at tum animal actū fore, cum in lucē proditū erit. Verū sententię glo. simpliciter subscribitur Empedocles, Diogenes, Herophilus, & Stoici omnes apud Plutarchum lib. 5. de placitis philosophorum. Sed nec infans in vtero aliud quippiā reputatur, id est, vt breuiter dicam, nihil est, aut certē pro nihilo habetur nisi nascatur, instar cogitationis animi, quę & ipsa nulla est, id est nullius apud homines momentū, nisi ea in lucem proferatur. Ita enim dicit hęc similitudinē faciens Bal. per d. l. 3. tū in tractatu schismatis, col. 10. vers. amplius sciendū. tum in l. 1. col. 9. vers. circa secundum. C. qui admitt. & post eum las. in l. quod quis. ff. de condi. indeb. & in l. 1. col. 2. versic. glo. magna.

& occultā operationē spiritūs sancti: de qua in cap. multi, circa medium. i. q. i. Nā & de Hieremia scriptum est, Antequā de vulua exires, sanctificauit te. Hierem. i. & de Ioanne, Et Spiritus sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae. Luca i. Quā in re subit illud diui Pauli, O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quā in comprehensibilia sunt iudicia ipsius, & inuestigabiles viæ eius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis cōsiliarius eius fuit? Quæ hoc in loco nolui prætermittere, tū vt ostendā, quod iā diximus, Dei O. M. leges nō his nostris alligari. Tū vt obiter eos post Gerfonē cōsoler atq; ad orandū excitē, quibus hi partus infelices atque inauspiciatī contingūt: sed ita tamen, vt interim cauēat ne delatātur in errorem Pelagij, qui cōtēbat incētam, etiā si non baptizentur, habere vitam æternam. Cuius sententiā planē refellit Augustinus epistola 28. inci. Deum nostrū. & iterū epist. 106. domino, & c. tandē aliquando & lib. de anima & eius origine, primo, c. 9. & seq. & in lib. de natura & gratia. c. 8. & seq. & lib. de Genesi ad literam. 10. ca. 15. & seq. & Ambrosius in lib. de vocatione omnium gentium, primo c. 7. & iterum lib. 2. ca. 8. Nam quod de Io. & Hieremia supra dictū est, & quod itē de virgine Maria iam pridem sancta ecclesia Catholica asserit, id ex speciali priuilegio fuit, non de lege cōmuni.

160 Nec item obstat dictæ l. quod dicitur. Nā ea nō intelligitur de animali quod partim natum est, partim non natum, sed de eo quod non integrum est omnibus membris, vt quia fortē illi deest manus aut pes, aut aliud, quod tamen in monstrū non tendit, & ita totum quicquid est nascitur, sed non integrum est. Ita enim eū tex. intelligunt Bal. Ang. Pau. Cast. Alex. & Iason, vt etiam dicemus postea in seq. q. nu. 209. incip. sed vt redeamus. Et si aliter intelligeretur, pugnaret ē diametro cum d. l. 3. C. de posth. hære. insit. Et ex hoc quoque fit, quod si infans viuus natus est, aut extractus inciso aliquo membro, quod fortē impediēbat partum nasci, rūpit testamētum, etiam si statim moriatur, vt tradit Phil. Corn. in d. l. 3. Nam is, inquit, infans perfectus esse dicitur, sicut homo perfectus est pede vel manu amputatā, cum sit animal rationale, & habeat corpus & animam, ex quorum coniunctione homo componitur, vt dicit text. in cap. in quadam, extra de celebr. miss. Ideoque totus in orbem viuus prodiit, qui parte abscissa prodiit, cum ea pars non iam sit pars hominis, quia tota anima remanet in reliquo corpore, separaturq; ab ea parte abscissa, secundum no. per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, in prin. in 3. opposit. ff. de verb. obl. & in l. si cui. ff. de serui. Et ita residet Corn. cum quo conuenit Alcias. in d. l. qui mormi. ff. de verb. obl. Et idem dicas eadem ratione in casu l. nostræ, vt scilicet is infans qui nascitur mutilatus aliquo membro, nō tamen monstruosus, reuocet donationem.

161 Sed hoc rursum in dubio vocatur, vtrum filius qui integer totusque nascitur, sed postea ante patrē moritur, reuocet donationē, necne: aut si reuocet, an saltem donatio vires recuperet ex morte ipsius. Et videtur qd sic, ex tex. in l. posthumus præteritus, in prin. ff. de iniust. testa. vbi si posthumus præteritus viuus testatore decessit, licet iuris scrupulosite, nimiaque subtilitate testamētum ruptū videatur, tamen poterit hæres scriptus bonorū possessionē secundū tabulas accipere, hæreditatemq; obtinere. quem tex. dicit sing. Alex. & Ias. in l. posthumus, ille in 4. no. hic in 2. C. de bon. poss. secun. rab. & idē Ias. in l. posthuma. ff. de lib. & posth. & in l. si quis eum. §. i. col. vltim. ff. de vulg. & pup. substitit. Quod & procedit non solum in primo gradu, sed & in secundo, & ita quoque in substituto, se-

Polagij error.

Extractus inciso aliquo membro, rūpit testamētum. Et perfectus dicitur.

Vtrum filius qui moritur ante patrem, reuocet donationem, & si reuocet an reuocet eorum te ipsius.

secundū gl. no. in l. si à primo, & ibi Ang. & Imo. qui illā reputant sing. ff. de lib. & posth. Ex quo & hic dici potest, qd licet natiuitate filij qui viuus patre mortuus est, donatio cōteatur, reuocata quadā iuris subtilitate, vires tamen morte illius reasumat, remq; ipsam donatarius obtineat, præsertim cum plus viriū & roboris habeat donatio, quā testamētum. l. i. ff. de pact. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. i. cum similibus. Ideoque etiam difficiliter retractetur, secundum Bar. Ang. & Pau. Cast. in authen. ex causa. C. de libe. præter. cum aliis supra latē collectis in verbo, liberis, vers. 66. incip. hæc sunt quæ pro posteriori. aut si retractata fuerit, facilius reconualecat, quā testamētum, cum actus viuorum magis suspendi possit, quā mortuorum. l. vlt. ff. cum nu. prædico. cum similibus. Et quia etiam cum decesserit is filius, perinde habendus, est, ac si nunquā natus fuisset. l. i. in l. respon. & §. vlt. & l. 2. & 3. ff. de assignan. liber.

162 Et in simili videmus qd dos per diuortij reuocata, redintegratur redintegrato matrimonio. l. post diuortium. ff. de iur. dot. Et tutela vires resumit cessante causa depositionis. l. nō solū. §. vlt. ff. de execut. tut. & l. si quis sub cōditiōne. §. si tutor. ff. de testa. tutel. & cum mulier perdat proprietatē rerū ei à marito relictarū, si nupsit viuente filio ex illo marito, tamē si is filius postea moritur sine filiis, eadē recuperat, vt no. in §. quoniā infirmas, in authen. de nupt. & in §. i. in auth. de non elig. & voluit etiam Bal. cōf. 133. quidam testator, col. 1. lib. 5. & Ang. cōf. 83. subtiliter & eleganter, col. vlt. Cui & simile est quod scribitur in l. foemina. §. illud. C. de secū. nup. qd mulier quæ iterū nupsit, & successit vni ex filiis prioris matrimonij, retinetur ceteris liberis ex eodē matrimonio relinquere. At si ipsi moriantur, id ple no iure obtinebit, poteritq; de eo vt libitū fuerit, disponere. & ad hoc eū tex. annotat Bal. ibi, qui & idē voluit in authen. ex testamento, col. 2. vers. modō circa istam. C. eo. tit. Ang. in §. i. col. 3. vers. restat nūc videre, in authen. de non elig. Salyc. in authen. vxore mortua. C. de secun. nup. Pet. Anc. consi. 278. præmittam casus indubitatos, col. 1. Nicol. Vbal. in suo tract. succes. ab inte. in 2. parte princ. col. 5. vers. item limita nisi omnes. & Steph. Bertr. consi. 291. Christi, & c. viso casu, num. 10. lib. 1. & consi. 192. ponitur in facto, in 2. dubio, lib. 3. Et quod etiam in simili dicitur in l. si quo. Cod. ad S. C. Tertul. quod mulier habens liberos, nubens intra tempora luctus, infans est, nec ei remittitur infamia, nisi ipsi suis liberis dimidiā partem omnium bonorum suorum purē donauerit: sed liberis mortuis, totum ad matrem ex integro reuertitur.

163 A quibus non longē abest quod pulchrē voluit Bart. in l. sicut in annos, quā legit primā totius tit. ff. quemad. vsus. amit. qd cum maritus relinquat vxorē dominā & vsufructuariā, extantibus liberis, nō videtur relicta proprietatē, neq; etiā vsufructus, sed tantum alimenta, secundū gl. & alios in authen. quod locū. C. si secun. nup. mul. cū aliis multis cōcord. à me collectis in nostris legibus connubial. in l. 10. nume. 5. ceterum apud Græcos. Certē si postea moriantur liberi, huiusmodi relicta alimentorum cōueniunt in proprietatē, aut certē vsufructum, ac si ab initio nulli extitissent liberi. Quod dictum pro sing. refert & sequitur Barthol. Cep. in tract. serui. li. i. cap. 4. col. 3. vers. item quid si maritus. Sed & idem voluit ipse Bart. & in l. si ita scriptum fuerit. ff. de manumit. testa. & in l. Titia. §. vlt. ff. de leg. 2. prout illum allegat & sequitur Petr. Anch. in cap. si pater, in 4. not. de testa. lib. 6. & consi. 185. quæstio videtur magis dubia, in prin. & rursus ipse Barto. consi. 56. Barto. fecit testamētum, col. 2. in 2. dubio, & inter consi. Bald. consi. 129. Nicolaus, lib. 3. & ipse

Eiusdem comprobatio in dote, qua redintegratur. Et tutela.

Ex liberis mortuis totum ad matrem reuertitur.

Vxor vsufructuaria extantibus liberis.

& ipse Bal. consi. 426. conclusiue veritas est, & consi. seq. mortuo dicto impubere, lib. 2. Ang. consi. 97. Vinnianus, col. vlt. & consi. 109. in d. testamento, col. 2. Alex. consi. 42. viso processu, in fi. lib. 2. & Phil. Dec. consi. 48. casus de quo queritur, col. 4. vers. secundū responderetur, quod consiterum repetitur, consi. 537. nisi quod prius est amplius.

164 Quod multum huc facit. Nam si in hoc casu Bar. relicto sibi vires sinit proprietatis aut vsufructus, quas ab initio non habuit, ob mortem liberorum: certē multo maiori ratione in casu nostro donatio iam à principio omnibus viribus ac partibus integra, omnibusque modis ac numeris absoluta & perfecta, debet ob mortem liberorum vires quas ipsa ab initio habuit, recuperare, per l. qui ex liberis. §. testamētum. & ibi Bar. ff. de honor. poss. secun. tab. quā ad hoc not. gl. in l. si testamētum. & ibi quoque Bart. & Franc. Aret. ff. de test. & idem Bar. in l. §. si filius. ff. de de leg. 3. & Angel. consi. 108. ista quæstio, col. 2. Atque etiam per l. si vnus. §. quod & in specie. ff. de pact. quā ad hoc quoque citat Alb. quo loco eum statim aduocauimus. atque item ex no. per gl. in l. vlt. §. Lucius, in verbo, perfectio, col. 2. Atque per tex. ibi, iuncta l. cum hic status. §. si maritus ea quæ. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. si maritus tuus. C. eo. tit. quæ & ex hoc fieri dicit, qd præterito filio iam nato, ipso iure non valet ab initio testamētum: ideoque & si is filius postea decedat viuus patre, non confirmatur. §. i. Insti. de exhære. libe. Verum præterito posthumo testamētum nihilominus valet ab initio: & licet natiuitate posthumus rumpatur, tamen si is posthumus viuus patre decedat, reconualecit. per d. l. posthumus. ff. de iniust. testa. Et illam gl. sequuntur & commendat Bar. & alij ibi. & est similis gl. in d. l. posthumus. & ibi etiam Bal. & alia item in l. 2. & ibi Cy. Bar. & Albe. C. de posth. hære. insti. & in l. si hæreditas. §. qui filium, in verbo, confirmatum. ff. de testa. tut. & in l. omnia quæ ex testamento. ff. de reg. iur. & in d. §. i. in verbo, non constituat, Insti. de exhære. libe. & voluit etiam Bal. in l. filio præterito, col. pe. vers. secundū quæro, & ibi Ang. in fi. ff. de iniust. test. idē Bal. l. si à primo. ff. de libe. & posth. & consi. 202. super his, post prin. lib. 4. & latē Rapha. Com. in nep. l. si filius, in l. oppo. 2. no. ff. de libe. & posth. & Nellus inter consi. Pau. Cast. consi. 213. si dicta domina, lib. 1. & facit quod scribit Soc. in l. i. §. si vir vxori, col. pen. vers. secunda conclusio. ff. de acqui. poss. Ex quo etiam Io. And. in addi. Spec. tit. de testa. §. in primis, in addi. inci. huic quæstioni, vers. occurrit, dicit plus nullitatis habere id quod à principio non subsistit, quā quod ex postfacto deficit, per d. l. posthumus. ff. de iniust. testa. iuncta l. si filius. ff. de libe. & posth. Et ea quidem ratio multū congruit donationi quæ ab initio valet, sed postea natiuitate liberorum reuocatur, vt morte eorum debeat confirmari.

Qui consilendi super procedenti dubio.

ne, in i. dubio, lib. 1. Maria. Soc. consi. 68. Ioannes. col. vlt. Fran. Cur. senior, consi. 14. nobilis testator, per totum, & Ias. in l. si fundum sub conditione. §. si patrefamilias, in i. not. ff. de leg. 1.

166 Et hanc quoque sententiam confirmat quod in nō longē dissimili casu dicimus, cessante scilicet causa reuocationis donationis inofficiose, cessat & ipsa reuocatio, vt dicit Bal. in l. i. col. i. ver. tertio sic. C. de inof. dona. arg. l. i. §. si quis in fraudē. C. si quid in fraud. patro. Nam & aliās generaliter cessante causa cessat effectus eiusdem: vt scribit Aristoteles lib. 2. Phisicorum, & nūcupatim repetit Romanus pontifex in c. & si Christus, extra de iureiur. & alibi sæpe, & nostris quoque legibus probatur. l. generaliter. C. de episc. & cler. cum multis concord. à me congestis in nostro tractatu, cui titulus est, cessante causa cessat effectus.

Cessante causareuocatiois donationis inofficiose, cessat ipsa reuocatio.

167 Hæc autem maximè debent procedere, si filius post donationem natus, statim moriatur, quoniam natus non videtur, qui confestim mortuus est, per tex. quem ita summan, vt cū nostris loquar, Ioan. And. & Panor. in c. nam & ego, extr. de verb. sign. vbi & glo. ex eo no. non videri fuisse, qui parum durauit: & allegat concor. Et hoc planē asserit illud Iob cap. 10. Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Ideoque etiam gl. in c. i. §. quinetiam, in verbo, non admittantur, tit. episc. vel abba. asserit, quod in feudo dato alicui in suis liberis masculis & foeminis, & in quo propterea non succedit foemina, si masculi aliqui extiterint, per tex. ibi, si masculus post mortem patris illico mortuus est, non prohibetur foemina succedere, tanquam ille non videatur extitisse. & hoc sequuntur Iaco. Bel. Rayn. Nic. Neap. Bal. Aluar. Marti. Laud. qui eam dicit sing. & Car. Alex. ibi. Sed & alia est illi similis in c. i. §. vlt. in verbo, omnino extantibus, tit. de succes. feu. quā etiam sequuntur Bal. & Aluar. ibi. Qui in priori loco, & post eos Card. Illud prætere dicit, eum dici illico decessisse, qui mortuus est antequam nomen sit illi in Baptismo inditum, cui rei tempus, inquit, octo dierum statuēbatur in veteri testamento. & allegant Inno. qui tamen hoc non dicit, in d. c. nam & ego. Sed huc proximè accedit quod scribitur Gene. 17. & iterum Leuiti. 12. præcepisse Dominum, infantem octauo die à natiuitate circuncidi, quo etiam die circuncidus est Christus noster. Luc. 2. Cuius legis rationem reddit August. in quæstionibus ex veteri testamento. cap. 29.

Natus non videtur, qui confestim mortuus est. Nec videtur fuisse, qui parum durauit.

Tēpus octo dier. inden do nomini statuēbatur in veteri testamēto.

168 Nec hinc longē abhorret quod scribunt Plutarchus in Problematis Romanorum, c. 10. & Aurelius Macrobius conuiuiorum Saturnalium lib. 1. c. 16. & Festus Pompeius in verbo, Iustitici, veteres Romanos maribus nono die, foeminis octauo nomina imponere solitos, eoque dies dicit ipse Pompeius ob id fuisse vocatos Iustiticos siue Iustratos. addit autem Plutarchus huius rei rationem, quā breuitati studentes prætermisimus. Aristoteles autem lib. de natura animalium 7. c. postremo, scribit nato infanti ante diem à natiuitate septimum, nomen non imponi. Sunt & qui scribunt Athenis decima die id fieri solitum, quā quidem congregatis consanguineis & amicis peracta re diuina sple didum parabatur conuiuium, quod vocabat̄

Veteres Rom. maribus 9. die, foeminis 8. nomina imponebant.

169 Sed vt ex isto diuerticulo redeamus in viam illam gl. in d. §. quinetiam, sequitur etiam Bal. in l. i. §. in nouissimo, col. 2. vers. quæro nunquid infans. C. de cadu. tol. & Pau. Castr. consi. 191. visis & diligenter examinatis, col. 2. lib. 2. & lac. à sancto Geor. in tract. feud. in verbo, & foeminis, col. 2. Fran. Cur. iunior. in l. parte 3. par. prin. col. pe. vers. 27. & Steph. Bert. qui & hoc dicit communiter obseruari, consi.

Qui tenent famulas in feudo concessit masculis et fo. succedere, si

masculus 276. Christi, &c. viso casu, col. 1. lib. 1. & Cep. causa- rum ciuiliu conf. 50. in causa qua vertitur inter dominam, col. pen. vers. circa secundum. & Zastus in epitome Feudorum, in 8. parte in 2. parte conclu- sione 2.

Mortuus non censetur, qui statim de morte ad vitam reuocatur. 170 Et sicut natus non videtur, qui statim mortuus est, ita nec contra mortuus esse censetur, qui statim ex morte ad vitam reuocatur, id quod plane Christi domini nostri autoritate probatur, qui Io. 11. c. asserit Lazari infirmitatem non esse ad mortem, quamuis ex ea mortuus sit: quoniam scilicet haud multo post ab ea esset suscitandus. De qua re Accursius differens in lex his. ff. de legib. tradit ipsum Lazarum debuisse bona sua recuperare, quia non videbatur mortuus fuisse, qui tam cito resurrexit, per l. 3. ff. de diuor. vbi non videtur vxor a marito diuertisse, quae breui ad eum rediit. & illam gl. sequuntur Bar. Albe. Bal. & alij ibi. Rom. & Flor. in l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de serui. verba. praedi. Ang. in l. debitor. C. de sen. pas. idem Ang. Imo. & Alex. qui addunt conxor. in l. si marito. ff. sol. matr. Cui adde gl. ibi similem in l. seruus effectus. ff. de act. & obli. & Bart. Brix. in suis quaestionibus dominicalibus, q. 54. esto qd aliquis sit resuscitatus. Ioan. And. in c. fraternitatis, col. 2. in verbo, miraculum, & ibi late Card. Alex. de frigid. & malef. Alber. id late disputante post alios ibi per eum allegatos, in l. inter stipulantem §. sacram, col. 2. vers. expeditis oppositionibus. ff. de verb. obl. & in l. quod dicitur, post Dy. ibi col. vlt. vers. vltimo colligit. ff. de impe. in re. dota. fact. & Bal. in l. intercidit. & ibi etiam Pau. Cast. ff. de condi. & demonst. & eundem Bal. in repet. l. 1. col. vlt. vers. item incidit. C. de sacrosanct. eccl. & in c. 1. col. 2. vers. in gl. no. ergo, de elect. & Bar. a Scampis inter conf. Albe. Bry. conf. 112. casus super quo, col. vlt. & conf. seq. venerabilis domi ne, post prin. In quibus etiam omnibus prope locis comperies, an debuit vxorem suam recuperare. de quo & per gl. & Archi. in c. licite, 22. q. 7. Frede. Sen. conf. 26. casus talis est, quidam est ingressus, col. 2. Ro. in rub. ff. sol. matr. col. 4. vers. an resuscitatus, in l. lect. & iterum in 2. col. 7. vers. sed quid de resuscitato. & Firmia. in trac. de episcopo, in 4. par. 8. partis princip. lib. 4. in 4. q. De quibus etiam vide Guil. Laud. in extra. suscepto, in verbo, vacantium, vbi tractat, an resuscitatus recuperet beneficium. Bald. conf. 243. quidam nobilis, col. 1. lib. 1. & Alber. in l. adeo. ff. de acquir. rer. domi. Panor. in d. c. fraternitatis. Rom. in rub. ff. sol. matr. in vtraque lectura. Iaco. Zocchi in rub. extr. de spons. Franc. Pani. in trac. de offic. & pote. c. fed. vac. in vlt. part. praeludij, col. 2.

Resuscitatus an recuperet beneficium.

Translatio dominij quem momento durat, non consideratur.

171 Facit & quod in simili dicimus, non considerari translationem dominij, quae momento durat. l. vlt. §. vlt. in fi. C. de bon. qua lib. & no. Bar. in l. vlt. ff. de cond. insti. & Ang. in l. voluntas, ad fi. C. de fideic. vbi ex hoc dicit, quod prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen alienare ea lege, vt in continentem debeat restitui familia: quia non dicitur tunc alienatio fieri extra familiam, quae momento est penes illum duratura, ar. d. l. vlt. §. fin. quam ad hoc dicit not. Id quod sequitur Ias. in l. vlt. col. ante. vers. & vltra allegata. C. de iure emphyt. vbi id dicit sing. & in l. filiusfam §. diui, in 2. lect. col. 10. vers. quarto limita, vbi & ad hoc allegat tex. quem dicit no. in l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Treb. sequitur etiam, ac commendat Barb. in l. 4. §. Cato, col. 21. vers. & adduco. ff. de verb. obl. vbi & idem dicit de vasallo ita alienante feudum, vt confestim ad eum reuertatur, ita per hoc limitans tex. in c. 1. titu. quid iuris sit si post ali. feud. vas. id recupe. vbi de hoc latissime per Card. Alexan. qui alios eiusdem sententiae citat. Er de emphyteuta voluere Rom. in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsucap. & Ant. in c.

potuit, col. 1. ext. de locat. & Ias. in l. 3. col. 45. C. de iur. emphyt. & Hippo. Marf. conf. 136. consilij proximis diebus, col. 3. vers. confirmantur.

172 Sed tu praeter supradictos qui negant considerari momentaneam translationem, adde ipsum Ang. conf. 34. Constantinus, col. 1. vbi adfert multa similia. & Paul. Cast. in l. frater a fratre, col. 7. & ibi Ias. col. 2. ff. de condi. in deb. & Barb. in rub. de reb. eccl. non alien. & conf. 12. scribitur apud Prophetam, col. 14. vers. modo testator, lib. 1. & Soc. conf. 177. suprascripti, col. 3. vers. secundo responderetur, lib. 2. Ideo licet non valeat donatio inter patrem & filiumfamil. & inter virum & vxorem. l. 2. Cod. de inoffic. don. & ff. & C. de dona. inter vir. & vxor. per totum, valet tamen si ita fiat, vt apud donatarium non maneat, sed illico ad alium transferatur. l. si co sentiente. C. de dona. ante nupt. & l. profectitia. §. pen. ff. de iure dor. & l. si vxor marito, & l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. & voluit Bar. post Iaco. Aret. in l. 2. §. si vero pater, col. 1. ff. de dona. & Rom. in l. si donatione. C. de collat.

Donatio si vi prohibita, valet, si ita fiat vt illico ad alium transferatur.

173 Ad quod etiam bene facit & quod dicitur a nostris quod si legetur quicquam alicui, cui etiam dispositione legis quippiam debetur, censetur id legatum factum animo compensandi. l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. cum multis conxor. a me late congestis in nostris consuetudinibus tit. 26. §. 8. in prin. id tamen procedit cum legatum debet manere apud legatarium: secus si alteri sit restituendum. runc enim non habet locum compensatio secundum Dy. Bar. Bal. Ang. & Alex. in d. §. si pater. Ioan. Petr. Fran. Aret. Corn. Ias. Phil. Dec. & Fran. Pep. in auth. praeterea. C. vnde vir. & vxor. Ben. Cap. conf. 143. cum de pluribus. col. 2. Ad quam sententiam allegat tex. in d. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Treb. & in l. sed & si mortis. §. ite si quis. ff. de leg. praest. & in d. l. vlt. §. vlt. C. de bon. qua lib. & in d. l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. & in l. vxor. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. Id quod intelligunt omnes doct. in d. auth. praeterea, quando restitutio fit incontinenti, ita vt is cui fit legatum, nullum ex eo sit habiturus commodum: secus si ex intervallo. Nam commodum illius modici temporis imputaretur siue compensaretur, ar. l. in lege falcidia non habetur. ff. ad leg. falc. & in l. in quantitate. §. magna dubitatio, vers. in diem, eo. tit. & in l. mulier. §. si haeres, vers. alia causa est. ff. ad Treb. & no. in l. in fideicom. misso, eo. tit. & facit tex. a contrario sensu in d. l. sed & si mortis. §. item si quis, dum ibi dicitur, qd emolumentum ad eum pertinet. & in d. l. Sulpitius. Sed nullus ad id est melior apertiorque tex. quam in l. generaliter. §. cui legatum. ff. de fideicom. lib. vbi si mihi legatum sit relictum, & id rogatus sim Titio confestim restituere, & praeterea libertatem seruo meo praestare, non esse cogendum me ad libertatis praestationem: quia nihil pretij nomine videor accepisse, cum id confestim alteri cogar restituere. Quod si fuerim rogatus post tempus restituere legatum mihi relictum, cogendum me seruum manumittere propter medij temporis fructum.

Dos non computatur instituta filia in legitima, quando non est permansura apud eam.

174 Facit idem quod tradit Bal. in l. quoniam nouella. C. de inof. testa. quod licet cum pater instituit filiam iam dotatam in legitima, debeat intelligi dose computata, per tex. ibi, & in l. omnino. §. imputari, eo. tit. hoc tamen procedit, nisi dos ipsa prius data non sit permansura apud filiam, quia pater stipulatus est eam sibi reddi, vt haeredibus, & sequitur Ben. Cap. vbi supra, quod & similiter intelliges, vt in praecedenti diximus. Facit quoque tex. in l. cum dotem maritus. ff. ad leg. Falc. vbi si dotem maritus alicui legat vt vxori restituat, non habet locum lex Falcidia. Et ex hoc no. Pau. Cast. ibi quod Falcidia non detrahitur ab eo cui ita legatum est, vt pia causa restitui

De eadem re.

Quo pacto legatum censetur animo compensandi ei, cui dispositio legis quippiam debetur.

An pretij quod momento durat, consideretur.

Venisse non videtur, qui statim abit. Nec fuisse in loco, qui manet breui tempore.

Quomodo intelligatur magisteratus mandare iurisdictionem cum abesse coeperit.

sa restituat: quod etiam voluit Bald. in l. auia. §. Titio, per illum tex. ff. de cond. & demon. cum multis concord. a me collectis in nostris commentariis priuilegiorum pia causa. in 26. special. Facit denique quod scribit Bal. in l. hac edictali, in prin. col. 2. vers. nunc statim succedit. C. de secun. nupt. quod licet vir aut mulier contrahens secundas nuptias non possit donare secundae vxori plus quam vni ex filiis primi matrimonij, per tex. ibi, potest tamen ei donare aut relinquere vltra eum modum, si cum grauet de restituendo alteri, per d. l. cum dotem. ff. ad leg. Falc. & d. l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et est etiam bonus tex. a contrario in d. l. hac edictali, in fi. prin. cum dicitur, omni circumscriptione, si qua per interpositam personam fuerit excogitata, cessante. & facit item tex. in l. si fidei. ff. de leg. 3. vbi scribitur, si fidei meae committatur, vt quod mihi relictum erat, supra quam capere possum, alij restituerem, posse me id capere constat.

175 Nec etiam consideratur, vt ad alia transeamus, pretium, quod etiam momento durat temporis. l. pretia. §. vlt. ff. ad leg. falc. vbi & hoc not. Bart. & idem quoque Bar. in l. si seruus, la 2. in princip. ff. de condi. fur. & in l. 1. col. pe. vers. item aduerte ad vnu. C. de sen. qua pro eo. quod inter. Nec solutio rei debita quae momento durat. l. qui sic soluit. ff. de solu. vbi non dicitur soluere, qui postquam soluit, incontinenti recuperat. Ita enim cum tex. intelligunt doct. Nec videtur verum, quod verum non durat. l. si pro parte. §. versus autem. ff. de in rem verso. vbi gl. allegat multa similia, quae videre poteris cum simili sim. & concord. late congestis ab Hippo. Marfin repe. l. vlt. nu. 155. & multis teq. ff. de iurisdic. omn. iud. & in l. 2. in fi. ff. quibus ex caus. in poss. ceatur. vbi ita scribitur. Haec verba, neque defenderetur, & ita scripta sunt, vt neque sufficere vnquam defendisse, si non daret defensio. & tex. in l. 1. §. quod ait praetor nisi. ff. quor. leg. vbi satisfactum accipere debemus, si perseueret satisfactum.

176 Quibus adde tex. in c. 1. extra de iudi. ex quo not. Pet. Anch. conf. 75. viso dilecti gener, col. vlt. quod non videtur venisse, qui statim abit. nam, vt & ipse subdit, fingitur non fuisse in loco, qui manet breui tempore. l. ex facto. ff. de hare. insti. & l. seruis vrbani. ff. de legat. 3. Quod approbat Fabius Quintilianus, si is est, declamatio. 16. Cuius sententia haec est, eum penes non venisse, qui statim reuerturus est. Quod & voluit Bal. nostri, conf. 299. proponitur, in prin. lib. 2. per leg. Caesar. ff. de publ. Sicuti & e diuerso non videtur abesse, qui statim rediturus est, vt dicit ipse Pet. Anch. conf. 90. considero etiam in fi. per d. l. ex facto. Et facit etiam l. cum antiquitas, ibi, ex breui temporis intervallo. C. quemadmo. testa ordi. vbi & hoc not. Ang. qui etiam ad hoc allegat l. si longius. §. filius. ff. de iudic. & l. pen. in fi. ff. de vaca. muner. Ex hoc quoque efficit tradit quod scribit Inno. in c. prudentiam, extra de offi. dele. quod si causa pluribus delegatur cum clausula, si non omnes, & c. & vnus eorum breui esse reuerturus, non possunt alij sine eo procedere, tanquam ipse non censeatur abesse.

177 Sed & ex hoc fit, vt Saly. in l. 2. col. antepe. C. de peda. iudic. intelligat tex. in l. 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. qui magistratus concedit alteri suam iurisdictionem mandare, si is abesse coeperit, procedere in diutina absentia, non etiam in breui: tanquam abesse non videatur, qui breui redire debet, per d. l. si longius. & eum sequitur Phil. Dec. in d. l. 1. col. 17. vers. vltimo notandum. Quin si magistratus abuturus mandauerit, & postea ex absentia reuertitur, statim tamen reuerturus, non extinguitur delegatio, vt voluit Cy. in d. l. 1. in 7. & 9. q. & ibi quoque Alb. nullam illius mentionem faciens, col. 7. &

Alex. col. 19. vers. in glo. in verbo, proficiscatur. & Dec. d. col. 17. in vers. eiusdem initij. & Franc. Purp. char. 21. nu. 603. Et simile est quod scribit gl. in c. si postquam, in verbo mente, de electio. lib. 6. quod in casu illius c. non videtur recessisse, qui statim reuerturus est. quam sequuntur Arch. lo. Andr. Perr. Anch. Domi. & Phil. Fran. Ex quibus Arch. Domi. & Fran. id no. ad praecpta quae sunt a iudicibus, ne quis recedat ex vrbe vel palatio. & idem quoque voluit Io. Mo. in c. vbi pernotum. col. 1. in verbo, po no. de elect. lib. 6. & in c. cupientes. col. 12. vers. sed quid si electus. eo. tit. & c. Et facit quod pulchre respondit Rom. conf. 263. viso puncto caeterisque contentis, excusandum a falso testem, qui deposuerat se continere stetit in ciuitate Lucana, cum aliquot mensibus fuisset extra eam ciuitatem ob pestem, quae in ea erat, sed ea cessante confestim rediit.

178 Et in hoc allegantur praeter iura praecedentia, l. si quis ita legauerit. ff. de condi. & demonst. & l. praesens. ff. de procu. & c. sint tibi, de consecr. dist. 5. Nam & per d. l. si quis ita legauerit, dicit Bal. in l. si pater. §. vlt. C. de insti. & substit. quod momentum temporis non curatur. Et quod Host. & Io. Andr. scripserunt in c. ex parte, extr. de cler. non resid. intel ligentes eum tex. quo est cautum, praetatum non resid. residentem, qui vocatus venire noluerit, priuandū esse, & alium eligendum, vt scilicet non sufficiat ad cuiandam eam poenam, venire, & statim abire, quia perinde est ac si non venisset, per multa ex dictis iuribus. Et ex hoc quoque consuluit in pulchro casu idem Ang. conf. 270. statuto ciuitatis, vt ibi omnibus videre est in promptu.

Vocatus ut veniat sub poena, si venit & statim abit, non censetur poenam.

179 Quibus concinit quod scribit Bar. in l. sicut. §. superuacui, col. 3. vers. redeo ad ordinem. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit. qd si iudex alicui praecperit, vt domum exiret sub certa poena, & is exiit, sed postea iterum ingressus est, incidit in poenam: tanquam non videatur exiuisse, qui statim rediit. Et quod tradit Bal. in l. 1. col. 5. vers. quid de errore. C. de serui. fugi. quod qui fugit de carcere, & post statim reuertitur, non punitur ex statuto imponente poenam fugientibus, quem sequitur Steph. Bert. conf. 61. non puto, in fi. lib. 2. & Hippo. Marfin. in l. si qui cum telo, nu. 54. C. de scar. & in repe. rub. ff. de fideicom. nu. 373. & conf. 122. clementissimi, & c. in praesenti causa, col. 1. vers. & ideo dicimus, lib. 2. Et hoc satis confirmat quod scribit Bar. in l. quid fit fugitiuus. §. 1. ff. de edil. edic. de eo qui primum fugit, tamen citatus comparuit, quem sequitur Rom. in l. admonendi, col. 24. & ibi quoque Fran. Cur. senior. col. 46. vers. secundo limitatur. ff. de iureiur. Et quod ab eodem Bald. scriptum est in l. 1. col. 3. vers. sed quid custos. C. de edil. act. de eo qui exit de carcere causa voti cuiuspiam implendi, statim reuerturus, vt aufugisse non dicatur, quamuis custos qui id permisit, teneatur nisi ex consuetudine excusetur. Et quod idem tradit in c. 1. in prin. col. 1. vers. sed pone quod vasallus, tit. quib. mod. feud. amit. quod vasallus qui dominum reliquit in bello per momentum, & statim rediit, non punitur feudi amissione, secundum illum tex.

In dubio non censetur curatus a primo morbo, qui statim recidit.

180 Et quod a nostris traditum est, quod si medicus certa mercede promisit curare a grotum, qui curatus, vt videbatur, in eandem agritudinem rediit: certe in dubio si statim recidit, non censetur fuisse curatus a primo morbo, arg. d. l. 3. ff. de diuor. & simil. Ideo nec eam mercedem habere debet: secus si longo post intervallo. ita enim voluit Pileus in l. 2. q. & Bar. Brix. q. 73. medicus quidam. & Dy. Ricar. Mal. Cy. Marti. Sylli. Ray. Bar. Bal. in vtraque lect. Alber. Sal. & Pau. Cast. in l. Martius. ff. de loca. Spect. tit. de salar. §. vlt. post prin. lo. And. in c. contractus, in 2. q. de reg. iur. lib. 6. in mercu. Albe. in l. contra

contraus, nu. 7. ff. eo. tit. Bal. conf. 255. quidam foenerator, col. 2. lib. 3. Imo. Fran. Aret. & Barb. in l. si ita stipulatus effem abs te. ff. de verb. obl. Pet. Ancha. Pan. Barb. & Fel. in c. presbyterum, extr. de homi. Hippo. Mar. conf. 7. summi caeli, col. 2. vers. cum ergo in casu, lib. 1. Et quod item tradit Bal. in l. licet. C. de except. quod in continenti recuperans possessionem, fingitur nunquam fuisse expulsus.

181 Huc quoque vergit quod scriptum reliquerunt Dy. Cy. Bal. Bar. & Sal. in l. servus, per illu text. C. de poenis, q. si civitas fuerit condemnata ad subversionem murorum, si illis dirutis iteru eos edificet, no est satisfacti sententia, debent enim manere destructi, quod & voluit Bar. post Dy. in l. si quis adulteriu. §. 1. & ibi quoq; Ang. per illu text. ff. adul. idē Ang. in l. in muneracionibus. ff. de sol. & in l. si fideiusor. §. meminisse, & ibi etiā Imo. ff. de leg. 1. & idē quoq; Ang. conf. 34. Constantinus, vbi & alia multa similia cōgerit. Pet. Anc. in c. ex literis, extra de conf. & ibi quoq; Fel. col. 3. vers. secunda cōclusio, & Phil. Dec. col. 4. vers. tertia cōclusio. & idē Pe. Anc. in c. cōmissa, in 5. no. de elect. li. 6. & in c. 1. in 6. no. de vsur. eo. lib. 6. & in c. felicis, in 7. no. & ibi etiā Phil. Fran. in prin. col. 2. vers. vltimo no. ibi reparatur, de poenis, eo. lib. 6. Corn. conf. 7. rudis & incōposita, col. vlt. lib. 1. & Barb. conf. 22. Deum inuocet, col. 6. lib. 3. Steph. Bertr. conf. 232. addendo eleganter, ad fin. lib. 3. Quamquam Dom. in d. c. felicis voluit contrarium. Sed quis illi erederet aduersus tot talēque vtriusque iuris interpretes?

Civitas condemnata ad subversionem murorum, quomodo sententia satisfaciatur.

Condemnatus si rem restituerit, & postea ad eam redeat, an poterit peti executione sententia contra eum.

182 Adde & quod tradit Bald. post Iaco. Aret. & Oldra. in l. Titio centum, in princ. per illum text. ff. de cond. & demon. q. si arbiter iusserit mihi fundu restitui sub poena, & aduersarius restituerit, sed postea iteru occupat, cadit in poenam cōpromissi. Cui germanu est quod scribunt Iac. Butr. Guil. Cu. Bart. Bal. & Sal. & Fulg. in l. sed & si possessori, vers. proinde. ff. de iureiur. q. si quis condemnatus ex sententia ad rem restituendā, eam semel restituerit, si postea res ad eum redeat, poterit contra eum peti executio sententia, tanquam ab ea non sit liberatus, qui iterum rem recuperavit. & idem voluerunt Cy. & Bal. subobscure in l. si quis hæredē. C. de insti. & subtit. & clarē ipse Bal. in l. qui licitā, in prin. per illum text. C. vt lit. peti. & in l. debitori, col. 2. vers. sed videmus. C. de pactis. & in c. cum in cūctis, col. 2. vers. sed quid si habuit, ext. de elect. & in c. significasti, post prin. extr. de offi. deleg. & in c. quærenti, post medium, eo. ti. & in §. si facta, col. 2. vers. extra quæro, tit. si de feud. fuer. cōtr. in ter do. & agn. Ang. in l. permisceri, quæ est pen. §. species. ff. de acquir. poss. Nic. Neap. & Imo. in d. l. si fideiusor. §. meminisse. ff. de lega. 1. & Petr. Anch. in cle. ne Romani, de elect. Nellus inter conf. Pau. Cast. cōf. 204. præsupposito, col. 2. vers. tertio domina, lib. 1. & ipse Pau. conf. seq. ego Pau. & Steph. Bertr. d. cōf. 232. addendo eleganter, nu. 14. vsque ad fi. conf. lib. 3. & Soc. conf. 133. pro facto, col. 3. vers. tertio & vltimo, lib. 1. quod & repetitur in conf. 174. lib. 2. Hipp. Marf. vbi supra Fab. à monte sancti Sauini in tract. de emp. & vend. in 36. q. 3. quæst. princ. vbi pro hoc dicit esse clarum text. in l. si quasi recepturus. ff. de pig. actio. & in l. inter Castellianum. ff. de arbit. & in l. 2. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

De eadem re.

183 Et licet multi tenuerunt contrarium, vt paulo post dicemus, tamen illud haud dubie veru est, cum restitutione facta, res incontinenti reuertitur ad condemnatu, vt voluerunt Imo. Pau. Castr. Ro. Alex. & alij recentiores in d. §. species. Pau. Rom. Alex. & Ias. in d. l. sed & possessori, quam Ias. legit cum §. si petitor. in d. l. nam postea. Pau. in d. l. Titio centum, in prin. ff. de condit. & demonst. & Franc. Aret. in d. l. si fideiusor. §. meminisse, col. vlt. ff. de

lega. 1. Corn. conf. 59. placet in hac consultatione, col. 1. lib. 3. & Barb. in d. cle. ne Romani, col. 102. in paruis, vers. nota quod constitutio, vbi ad hoc allegat glo. in c. quoniam, ext. de offi. delegat. & in c. commissa, de elect. lib. 6.

184 Nec in ordinario tantum iudice id obtinet, sed & in delegato quoque, qui licet postquam tulit sententiam, functus sit officio, præsertim si eam semel fuerit executus. l. iudex. ff. de re iudi. & in c. in literis, extra de offi. deleg. tamen statim executione facta si victus rem iterum occupat, potest ipse iudex delegatus iterum cognoscere, & suam executi sententiam, vt voluit gl. in d. c. quærenti, in verbo, ad integrum annum, ext. de offi. deleg. quia no videtur, inquit, possessionem adeptus, qui eam statim amisit. l. non videtur. ff. de acq. pos. & ar. l. 2. §. peruenisse, & §. illud. ff. de hære. vel. act. vend. Et illa gl. sequuntur Io. And. & Panor. ibi. nam non videtur, vt ipsi dicunt, iudex fuisse executus, ex quo incontinenti executio fuit perturbata, ar. c. diuortiu, de poenit. dist. 1. & d. c. 1. de iudic.

Delegatus semel executus, potest iterum cognoscere si victus rem iterum occupat.

185 Neque interim silentio prætermittenda est alia gl. huc etiam pertinens, in d. c. commissa. §. anus autem. in verbo, pacificam, de elect. li. 6. quod non videtur adeptus fuisse pacificam sacerdotij, aut vt nostri vocant, beneficij possessionem, qui statim ex ea fuit deturbatus. Ideoque non ei currere tempus anni præstituti ad ordinem presbyteratus, per d. c. nam & ego, de verb. sign. & d. c. diuortium, & d. §. versum autem. & alia quæ allegat. & eam gl. ibi omnes communiter approbant.

Non videtur adeptus possessionem beneficij, qui statim ex ea deturbatur.

186 Denique hanc sententiam in casu nostræ l. adiuuat legis ipsius ratio, quæ est præsumpta mēs donantis, qui scilicet si cogitasset de futuris liberis, verisimiliter non donauisset, nec extraneos liberis, an te posuisset, vt abunde diximus supra in præfatione l. nostræ. Quæ quidem ratio, siue ea præsumptio in hac specie, de qua loquimur, lo cum no habet. Nam si cogitasset de liberis statim viuo ipso donante morituris, non propterea donatione abstinuisset. Ergo nec isti liberi reuocant.

187 In diuersam tamen sententiam vrget text. in l. hæredibus, in prin. ff. ad Trebel. vbi fideicommissum ita factu, si grauatus viuos liberis non educauerit, deficit procreatis duobus liberis, licet moriantur ante patrem. Et text. in l. cum vxori. C. quando dies legat. ced. vbi cum vxori vsufructus fundi legatur, & eius proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obest, si is decedat. Ideo illum text. ita summant, vt nostri loquuntur, Bal. & Corn. sufficit q. conditio in momento temporis sit impleta. Et text. in l. si quis hæredem. C. de insti. & subtit. vbi si quis hæres institutus fuerit sub ea conditione, si filia eius nupta fuerit, aut simili, satis est filiam nupsisse, etiam si matrimonium non durauerit, quia forte filia à marito diuertit. Et ideo omnes propè doc. ibi no. satis esse conditionē casualem vel mixtam semel fuisse impletam, licet non durauerit. Glossa autem ibi generalius not. sufficere factum fuisse, licet non duret factum. Ex quo Cy. Alber. & Bal. ibi colligunt, q. si ex pacto mulier debet lucrari dotem, si liberis suscepit, satis est liberis eam suscepisse, quauis ij statim sint demortui. Id quod etiam voluit idem Alber. in 2. parte statutorum. q. 108. statuto cauetur quod mortuo marito. Sed & ex eo. text. no. Bal. in l. precibus, col. 2. in 3. oppo. C. de impub. & aliis subtit. quod in conditionibus accipimus principium primæ existentia, & non curamus successum eius.

Conditio casualis vel mixta, quomodo impleatur.

188 Facit text. in l. ex facto. §. si quis autem suscepit. ff. ad Treb. vbi ea conditio, si decesserit sine liberis, deficit relictis liberis, etiam si momento superstites

Conditio sine liberis, quomodo deficit.

superstites fuerint p. atri. & ita dicit per illu text. Bal. in d. c. 1. §. quinetiā, vers. quæro quid si mauculus, & ibi etiā Aluar. col. vlt. tit. epi. vel abb. quod reputat sing. Ias. in d. l. si quis hæredē, col. 2. ver. ad idē secundu. C. de insti. & subtit. & in l. inter stipulantē. §. sacra, col. 8. vers. ex aduerso. ff. de verb. obl. & conf. 51. Aluifus, col. vlt. lib. 3. vbi id dicit sing. & conf. 66. nobilis miles, col. 6. vers. moueor in primis, eod. lib. 3. Sed & idem voluit ipse Bal. quem Ias. non allegat. in auth. sed & si quis, col. 2. vers. præterea natura conditionu. C. de secun. nupt. & in l. cum acutissimi, col. 2. vers. ibi, qui sine filiis. C. de fideic. vbi & ex eo dicit, q. in casu d. l. cum acutissimi, ex qua & similibus deprompta est l. nostra, vt diximus supra in prin. præf. satis est filium grauatum reliquisse liberos, etiam si postea moriantur, vt faciant cessare substitutionē illius l. Et idē Bal. cōf. 57. item instituo, col. 1. lib. 2. & Alex. conf. 139. circa primum dubiu. in col. 2. vers. sed præmissis, lib. 6. & Phil. Dec. conf. 139. viso puncto in quo, col. vlt. & Cepola causaru ciuiliu conf. 50. in causa quæ vertitur inter dominam, col. pe. vers. circa secundum, vbi & autoritate illius text. respondit singu. insantē extractu ex vtero matris mortuæ, & qui illico decessit, ita succedere ipsi matri suæ, vt hæreditarē ad patrē suum transmittat, exclusis consanguineis matris. Adde & rex. in l. quida in testamento, in prin. & iterum in l. rogo. ff. de fideic. lib. vbi libertas data sub conditione, si hæres seruum alienauerit, competit confessum quam alienans fuerit, etiam si hæres cum redemerit, cum semel, vt dicit vtraque l. conditio extiterit. & text. in l. maritus. ff. de locat. vbi sufficit domum quæ ædificandam quis promisit, semel esse ædificatam, licet postea cadat. Et quod no. Bal. in l. si paterfam. col. 2. vers. ex prædictis. ff. de hære. inst. per eū text. iuncta l. placet. ff. acq. hære. q. sufficit quem esse momento hæredem, ad exclusionem substituti vulgaris.

Infans ex vtero matris mortuæ, transmittit hæreditatem eius, etiam si illico decessat.

Primum relictum sub conditione, si vidua erit, debetur, etiam si in viduitate non perseverit.

189 Adde in quâ pulchrum text. in l. vlt. C. de indi. vidui. vbi relictum factum mulieri sub ea conditione, si vidua erit, vel viro, si ad exilium peruenierit, debetur cum vir erit viduus, aut mulier etiā si in viduitate non perseverit. Et ita illum text. intellegit Bal. ibi, in 2. not. & Pau. Cast. qui illu dicit sing. retertque q. cum aliquando super ea res esse quæstio Venetiis, decreuissent que iudices distinxerunt, moti ex intentione testatoris, quæ dicebāt huic rei aduersam videri, viso eo. text. quem Pau. ipse illis allegauit, in admirationē versi à proposito destiterunt. Sed & idē per illum text. voluit Bal. in l. Titius, in prin. ff. de excusato. vbi aliud dicit fore si ita relictum esset, donec vel quousque vidua fuerit. & conf. 42. præmittendum est euidenti conditionum, lib. 3. & Ang. qui latē eam rem distinguit. Imo, Alex. Raph. & recentiores in l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. & idem Ang. etiam distinguens, d. conf. 34. Constantinus, col. 2. & vlt. & Anto. Andarellus inter conf. Pau. Cast. conf. 174. ex facto proponitur, lib. 2. & ipse Paul. conf. seq. supra scriptus. facit & text. in l. 3. §. sed & si stante. ff. de liber. & posth. ex quo not. Bald. sufficere, vt secundum testamentum momento valeat, ad hoc vt rumpatur primum testamentum.

Conditio, si sine liberis, expirat natis liberis, & isdem statim mortuis, & idem voluit eadem penē verba adscribens, licet nomē illius tacuerit, Io. And. ipseus discipulus. in addi. Spec. tit. de testa. §. in primis, ad fin. Cy. in d. aurb. sed & si quis. in fi. C. de secun. nupt. Bal. in l. vlt. col. 8. vers. 25. quæritur. C. de hære. insti. & conf. 56. an pater qui fecit legitimum, col. 2. vers.

viso quodam capitulo, lib. 2. & Raph. Fulg. conf. 46. And. de Luca, vers. nec rursus prædictis officit. Et Pau. Cast. in d. l. ex facto. §. si quis autem col. vlt. ff. ad Treb. in lectura Paduana. & in d. l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. & cōf. 324. super secundo puncto pro declaratione, col. 2. vers. idem dicendū est, & multo magis, lib. 1. & conf. 97. ne impropriis vta mur vocabulis, col. 2. vers. prima fuit facta, lib. 2. & Panor. conf. 40. venio ad primum dubium, in 2. dubio. lib. 1. Alex. qui nullum horum memorat, conf. 31. ponderatis iis quæ in themate narratur, col. 1. vers. & quauis post mortē, lib. 3. Ias. in d. l. si quis hæredē, col. 2. vers. item facit regula. C. de insti. & subtit. & d. conf. 51. Aluifus, col. pen. vers. aggredior secundum, lib. 3. & d. conf. 66. col. 6. vers. moueor in primis, eo. lib. 3. & conf. 68. viso themate, col. 8. vers. secundo responderetur, eo. lib. 3. & Caro. Ruin. conf. 131. in themate, col. 3. nu. 4. lib. 3. & Phil. Dec. conf. 13. substitutio facta, col. 2. vers. & licet liberi, & conf. 205. in causa istorum mobilium. col. pe. vers. non ob. q. in seq. & conf. 218. in casu ad me transmissio, col. 2. vers. vterius, & seq. & conf. 269. consultus, col. pen. vers. venio igitur ad secundum. & conf. seq. Dominus Raynaldus, col. 1. vers. & vterius. & conf. 287. in ciuitate, col. 1. & 2. & conf. 291. visis, col. 3. vers. venio igitur, & conf. 323. cum sit q. nobilis vir, col. 2. vers. venio ad secundum. & conf. 377. visis & diligenter consideratis, col. 1. & conf. 384. in casu proposito, col. vlt. & conf. 414. viso eleganti conf. col. 2. & cōf. 427. licet in casu, in prin. & col. 2. vers. & respondendo. & Steph. Bertr. conf. 108. Christi, & c. viso casu, lib. 1. & conf. 217. Christi, & c. cognito casu, in prin. eo. lib. 1. & conf. 222. ex proposito, etiam in prin. eo. lib. 3. & conf. 367. Christi, & c. viso cōsultationis themate, col. 2. ver. & licet testamentu. lib. 1. & cōf. 300. supposito, nu. 1. lib. 3. de qua re latissimè per Ias. in d. l. si quis hæredē. C. de insti. & subtit. Et idem in omni alia cōuentione aut pacto facto in casu non existentium liberorū. Nam si tempore mortis existat liberi, licet postea moriantur, deficit conditio, quia sufficit eos semel extitisse, vt scribit Ang. in §. quoniam infirmas, per gl. ibi in auth. de nupt.

Obligatus ad rem tradendam est liberatus, si semel tradiderit.

191 Hanc quoque partē confirmat quod in multis locis asserit Accursus, obligatum ex contractu vel sententia ad rem tradendam, si eam semel tradiderit, esse liberatum, nec reuiuiscere obligationem, etiā si ea ad illum denuo reuertatur. Ita enim scribit gl. in l. ab emptione, in gl. magna, & ibi Bart. col. 2. ff. de pact. & in l. si cum fundum venderes, in verbo, tradat. ff. de contr. empt. & in l. 3. §. vnde vi, in verbo vendicare. ff. de vi & vi armat. & in l. Claudiu, in gl. 1. post medium, & ibi Bar. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. Pomponius. §. sed & si is, in verbo, de rato. in fi. ff. de procur. & auth. sacramenta, in gl. pe. C. si aduer. vend. Quod & idem voluerunt Iac. Aret. Bart. Imo. Pau. Cast. Ro. & ceteri recentiores in d. l. permisceri, quæ est pe. §. species. ff. de acquir. poss. Bar. Bal. Ang. Pau. Cast. Raph. & Alex. in d. l. si fideiusor. §. meminisse. ff. de leg. 1. Petr. Iaco. titu. de cond. ex leg. quæ pro re dona. comp. col. 2. vers. item rectè dicitur. Ang. in l. qui restituere. ff. de rei vèd. & in l. sed & si possessori, in prin. ff. de iureiur. & d. conf. 34. Constantinus, col. 2. Petr. Anch. in cle. ne Romani. §. porrò, de elect. Pau. Cast. in d. l. qui pendente, per illu text. ff. de act. emp. Barb. conf. 22. Deū innocenti, col. 5. iunctis seq. lib. 3. Cor. in l. si quis hæredem, col. 2. C. de insti. & subtit. & Lanfran. in tract. de arbitris, in 41. q. vlt. p. rtis principalis. & Ias. in §. actionum, nu. 148. Insti. de actio. Et facit text. in l. diuo Pio. §. si post additum. iunctis nota. per doct. maximè Ias. in 1. no. eo. tit. Nam & generale est actionē aut obligationem semel extinctam non reuocari, etiam

etiam si res redierit ad priorem statum. d. l. inter stipulantem. §. facram, ad prin. ff. de verb. obl. l. qui res. §. aream. ff. de sol. l. Meuius. §. duobus. ff. de lega. 2. c. quæris. de consec. dist. 4. cum sim. vide Bart. in l. in numerationibus, ad fi. ff. de solutio. & conf. 281. præcepit arbiter.

An excusatio tutela ob liberos irritetur, si liberi postea moriantur.

192 Nec minus ad hanc partem facit, qd si causa semel suum effectum produxerit, ea postea cessante, non tamen cessat effectus. l. vlt. in prin. ff. de solutio. cum multis sim. à me latè cumulat in nostro tractatu, cessante causa. in 8. limitatione. Ex quibus vnum tantum repetat, huic loco, quo de liberis natis & postea mortuis disputamus, accommodatissimum. Id autem est, quod excusatio tutelæ ob liberos non irritatur, si liberi postea moriantur, vt latè voluit Io. And. in c. decet, de regu. iur. lib. 6. in Mercur. per multa iura & rationes. & ita dicit fuisse decisum in publica disputatione & consultum à præstantissimis doct. & id sequitur Bal. in quibusdam addi. quas ibi fecit ad ipsum Ioan. And. & Alber. etiã ibi. nam & is regulas iuris canonici commentatus est, quo in loco illa Io. And. disputatione ad verbum retulit. & rursus idẽ Albe. in l. 2. in prin. ff. de excus. tuto. vbi dicit ita se ex facto obtinuisse, & ibi quoque Bal. scilicet in §. non solum, eiusdem lib. 2. Imo. conf. 77. visis ac pöderatis. & Mar. Laud. in tract. de fisco. conclu. 198. habens priuilegium, vbi etiã dicit ita se obrinuisse. Fulg. conf. 52. quidam Antonius. col. 2. ante fi. Pau. Cast. in l. si cum dorem. §. si maritus. ff. solu. matr. Io. Ana. conf. 105. eodemq; vltimo, circa dubium oblatum. & Iaf. qui ad hoc multa allegat contra Alex. qui ibi solus omnium tenet contrarium, in l. sciendum. §. vlt. ff. qui satisd. cog. Phil. Dec. in auth. præterea, ad fi. C. vnde vir & vxor. & in l. vlt. in fi. prin. ff. si cert. pet. & in l. omnibus. ff. de reg. iur. & in c. cum cessante, de app. vbi hoc reputat not. & conf. 24. mulier cui propter inopiam, col. 1. ver. quinto accedat. & Hippo. Mar. in l. etiã, col. 1. ff. de quæstio. Et Alex. ipse qui est in hac specie alterius sententiæ, vt diximus, tamen dicit in d. l. 2. §. non solum, in addi. Nico. Neap. qd hanc & iudicando & consulendo sequeretur: sicuti etiam dicit. Soc. in d. l. sciendũ. §. vlt. ff. qui satisd. cog. Et pro ea etiam videtur esse tex. apertus & expressus in ea ipsa l. 2. §. oportet, in illis verbis, neque rursus nocet qui postea moriuntur. quem Alb. hic allegat ad casum nostræ quæstionis.

Verum masculinum momentum fuisse sufficiens vt femina perpetuo excludatur ex statuto.

193 Sed & huc spectat quod à Bal. proditum est in l. si quis posthumus. §. 1. col. vlt. in prin. & ibi etiam Fran. Are. col. pe. ff. de liber. & posth. qd si ex statuto masculus expellat fœminam à successione, sufficit masculinum fuisse momento temporis, vt fœmina perpetuo maneat exclusa. & idẽ voluit ipse Bal. in l. in quibus, col. 2. ver. sed hic occurrit alia quæstio. C. de secun. nupt. & Anto. conf. 20. nulla mulier. Franc. Aret. in l. si is qui, col. 2. ff. de vulg. & pupil. & conf. 50. copiosè & eleganter, col. 3. ver. vnde videmus. Soc. conf. 114. præsens consultatio, col. 2. lib. 4. Phil. Dec. conf. 309. viso puncto, col. 2. ver. sed tamen dictis. Iaf. qui hoc dicit sing. in d. §. facram, col. 8. ver. secundò facit. & in lantepe. col. 2. in prin. C. de instit. & substit. Geor. Nat. in repe. c. quamuis, in 26. eadẽque postrema quæst. 2. q. prin. de pactis, lib. 6. Steph. Aufre. in deci. Tholosa. q. 459. item fuit quæsitum in filia dotata. & Catel. Cot. qui & hoc dicit singulariter in memoriali incipien. momentum. & iterum in memoriali statutum, quod extantibus masculis.

De eadem re.

194 A quo non longè absunt qui simpliciter dicunt fœminam ob masculos semel exclusam, manere perpetuo exclusam, etiam si masculi moriantur, nisi statutum his verbis vteretur, donec, quouque, quandiu masculi vixerint. Ita enim voluit

Bart. in l. vlt. ff. ad Tert. & Bal. in auth. sed & si quis, col. 3. ver. & per hoc infertur. C. de secun. nup. & in l. si Pontionilla, & ibi etiam Corn. C. quando dies legat. ced. & in l. Gallus. §. & quid si tantum, & ibi etiam Ang. & Fran. Aret. omnes ad fi. ff. de liber. & posth. & in l. si auus, & ibi quoque Saly. Pau. Cast. & Alex. C. de liber. præter, & idem Bald. in l. videamus, in fin. in l. lect. ff. quod met. caus. & in d. c. 1. §. quinetiam, ad fi. tit. episc. vel ab. & in c. 1. tit. de fili. nat. ex mat. ad morg. contr. & conf. 111. ad conseruationem, lib. 2. & conf. 361. cum superfit, eo. lib. 2. & conf. 215. verba legis municipalis, in 1. dubio, lib. 3. & conf. 267. proponitur quod Manfredinus, col. vlt. lib. 5. Ang. conf. 184. ex forma, col. vlt. & omnes penè doct. in d. l. si quis posthumus. §. 1. ff. de liber. & posth. Anto. in c. Raynaldus, per tex. ibi, ext. de test. Petr. Anch. conf. 220. hæc quæstio iam vulgaris, in 1. dubio. Imo. conf. 27. viso quodam instrumento, post medium. Raph. Fulg. conf. 98. visis petitionibus, col. vlt. Pau. Cast. conf. 159. punctus istius quæstionis, col. vlt. lib. 2. & d. conf. 191. visis & diligenter examinatis, col. 2. & iterum 4. ver. & idem esset, eo. lib. 2. & conf. 290. visa supra scripta, col. 1. eo. lib. 2. & conf. 300. viso quodam processu, col. 2. eo. lib. 2. Ale. conf. 20. viso processu, col. 4. ver. nono & vltimo, & iterum col. seq. ver. non obit. sextum argumentum, lib. 1. & conf. 29. quoniam abunde, ante fi. eo. lib. 1. & conf. 43. consideratis his, col. 2. ver. & idem tenet, lib. 3. quod repetitur, conf. 53. lib. 6. Bene. Cap. conf. 39. extant duo instrumenta, & conf. 71. punctus, decessit quidam. Cor. conf. 404. rem arduam continet, col. 10. ver. accedat ad hanc, lib. 3. & conf. 160. licet in hac consultatione, col. 1. & 2. lib. 4. Fran. Are. conf. 143. visa consultatione, per totum. & conf. 159. viso puncto, col. pe. ver. circa secundum. Maria. in cle. vt hi qui, super verbo, donet, de ara. & qualit. & conf. 5. præsens consultatio, col. 1. ver. secundo loco præmitto. & Soc. illius filius conf. 63. in causa vertete, col. 2. & 3. & 5. lib. 1. & conf. 92. circa primum, col. 10. ver. circa quartam dubitationem, eo. lib. 1. & conf. 10. consideratis & bene pensatis, in prin. lib. 3. & conf. 33. circa præsentem consultationem, col. 2. eo. lib. 3. & conf. 50. viso testamento, col. 1. & iterum vlt. eod. lib. 3. Vital. Camb. in tract. clausularum, in rub. quãdo filia repellitur à successu in prin. Phil. Dec. consil. 87. pro replicatione casus, in prin. & conf. 231. quod est eiusdem prin. etiam in prin. & conf. 414. viso eleganti conf. col. 2. Laur. à Palatiis in tract. statutorum excludentium fœminas, col. 3. ver. sed queritur stante hoc statuto. Iaf. conf. 220. testator fecit, col. 6. comprobatur ista, lib. 2. & conf. 66. nobilis miles, col. 8. ver. sic confirmo & secundò, lib. 3. Carolus Ruinus consilio 167. prima videtur, col. 5. n. 11. lib. 3.

195 Et in feudis id quoque obseruatur, vt cum fœminæ non succedant extantibus masculis, satis est masculos semel extitisse, etiam si postea moriantur, vt fœminæ maneat perpetuo exclusæ, vt no. And. Iser. Bal. Aluar. & Car. Alex. in d. c. 1. §. quinetiam, per illum tex. tit. episc. vel abb. vbi ipse And. dicit etiã procedere, si masculus momento fuerit, contra id quod supra diximus. & Calder. conf. 4. tit. de feud. Raph. Cu. conf. 99. quædam possessio, in 2. dubio. Raph. Fulg. conf. 8. dominus Petrus, post princip. & iterum conf. 12. ad id de quo queritur, in prin. Paul. Cast. conf. 29. visa supra dicta facti narratione cum dubiis, in prin. lib. 2. & d. conf. 191. col. 4. eo. lib. 2. Iac. Aluar. inter conf. feudalia. Alber. Brun. conf. 65. super casu feudali. Alexand. conf. 29. quoniam abunde, in fin. lib. 1. Philip. Deci. consilio 390. quoniam ex facto, col. 3. & Franc. Curt. iunior in tractat. feud. in 27. quæst. 3. partis. Anton. Rub. consilio 57. præsupponitur, post medium. Zazius in epitome feud.

Feudum ita concessum vt femina non succedat extantibus masculis, quomodo accipiatur.

Legatũ semel reuocatum an aliquando reuocetur.

Et quid in testamento rupto.

Contractus, & alia que libet dispositio semel extincta, non reuocantur.

De eadem re.

An effectus cesset,

feudor. parte 8. in 2. particula. paulò ante fi. Sed hæc duo qualiter procedant, vide Pau. Cast. conf. 191. visis & diligenter examinantibus, col. 2. ver. ex his videtur, lib. 2. His autem duobus conuenit, quod tradit Bal. in l. videamus, in l. lect. in fi. per illum tex. ff. quod met. cau. sufficere filiam fuisse semel dotatã, vt perpetuo excludatur.

196 Ad hæc si testamentum aut etiam legata fuerint tacite reuocata, vel quia testator se dedit in arrogationem, vel quia legatam rem sponte alienauit, certè si postea factus sit sui iuris, vel in secundo casu rem ipsam alienatam redemerit: tamen testamentum manet irritum, & legata reuocata, nisi noua testatoris voluntas accesserit. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bono. poss. secundum tab. & l. cum feruus. ff. de adi. leg. quam ad hoc citat & dicit not. Bal. in l. qui post testamentum, col. 1. ver. quæro quartò. C. de leg.

197 Quid plura? cum tex. habeamus, quos vix possemus recellere, rumpi testamentum natiuitate posthumi præteriti, nec restitui si illico decesserit: ita enim scribitur in l. 2. & 3. C. de posth. hered. instit. Idque etiam procedit si filius viuo testatore decessat. l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posth. & l. qui vxorem. ff. de iniust. testa. & §. 1. Instit. de exhær. lib. & tradit etiam Caius iurisconsultus, si is est, lib. posteriori institutionum, eod. tit. de exhær. liber. qui 3. est eius lib. post princ. Ex quibus planum fit, nec hic quoque restitui donationem morte liberorum, quorum natiuitate reuocata fuerat.

198 Nec huic rei facit aliquod præiudiciũ. l. posthumus præteritus. ff. de iniust. testa. quam supra in prin. huius quæstio atulimus. Nam ibi testamentũ confirmatur æquitate quadam prætoria, quæ quidem æquitas hic scripta non reperitur. Ideo standum est regulæ communi, quæ dicit contractum & aliam quamlibet dispositionem semel extinctam non reuocantur, sublata dñam extinctionis causã, præsertim cum fauorabilius sit testamentum, quàm actus inter viuos. l. in testamentis. ff. de reg. iur. & c. cum dilecti, extr. de donat. Ideoque & minus debet trahi æquitas in casu testamenti scripta, contra regulas iuris communis ad actum inter viuos, per plenè not. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. Et id quidem maxime, cum in d. l. posthumus, non simpliciter reuocantur testamentum, sed vt ex eo tantum possit peti bonorum possessio secundum tabulas, vt ibi nuncupatum scribitur, & not. doct. & latè Bald. conf. 215. testamentum, post princip. lib. 4. & conf. 235. proponitur quod dictus Antonius, post medium, ver. item quod posthumus, lib. 5. & Angel. conf. 51. Simon notarius, col. 2. ver. sed quia dicta. & Socin. conf. 77. visis testamento spectabilis, col. 3. ver. & si dicatur posthumus, lib. 3. Quæ quidem bonorum possessio non potest conuenire donationi, de qua tractamus.

199 Item æquitas illius l. procedit, cum venientes ab intestato sunt instituti, vt ibi not. Barto. & ex ea colligitur, cum dicitur, si bonorum possessio data fuerit ei qui rem ab intestato auferre possit. & voluerunt etiam Bart. Ang. & Pau. Cast. in l. vxoris. C. de posth. hæc. instit. & Raph. Fulg. conf. 59. punctus talis est, Marianus, ante fi. & Alex. in l. si pater, col. pen. C. de instit. & substit. & Philip. Dec. in addit. l. posthumo, col. eiusdem addit. vlt. C. de bono. poss. contra tab. Imò verò tantum, cum filius testatoris est institutus, secundum Bal. conf. 128. ad intelligentiam, post prin. lib. 1. quod repetitur conf. 113. proponitur quod quidam, lib. 5. Quæ res hic non obtinet, vt interim omitam quæ circa intellectum illius l. scribit Alciat. lib. Paradox. 3. c. 8.

200 Quod autem præterea dictum est inter rationes prioris partis de cessatione causæ huius l. ob

mortem filij, qui reuocauerat donationem, satis superque diluitur ex multis quæ diximus in rationibus posterioris partis. Nam cum in casu nostræ l. donatio reuocetur ipso iure, vt plenè postea dicemus in verbo, reuertatur, in princ. & ita omnino & integrè effectus sit consummatus & perfectus, non cessat cessante causa, vt supra latè diximus.

201 Sed & quod postea dictum est, non sufficere aliquid factum esse, nisi duret factum, non perpetuum est, quin multas magnaque habet & distinctiones, & limitationes, vt per Bar. conf. 181. præcepit arbiter Bal. conf. 42. præmittendum est, lib. 5. & latè Angel. & Corn. in dict. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. & eundem Ange. d. conf. 34. incip. Constantinus. & iterum conf. 159. Corradus, Perr. Ancha. in c. non potest, col. 2. ver. sic iuxta prædicta, de præb. lib. 6. & Corn. conf. 7. rudis & incomposita, colum. penult. ver. non obstat quod dicebatur, lib. 1. & Barba. d. conf. 22. lib. 3. & hoc quoque satis liquet ex multis quæ supra adduximus in hac posteriori parte. Ex quibus facilè potes intelligere, nihil illud hic obitare.

202 Denique text. hic nostræ l. non obscure sentit perpetuo reuocatam esse donationem natiuitate liberorum, quicquid postea contingat de morte ipsorum, cum dicit, in arbitrio & ditione mansurum. Nam primum cum res redierit in ius & arbitrium donatoris, non potest sine aliquo ipsius factò aut culpa eadem re priuari, per l. id quod nostras. ff. de reg. iur. Deinde id etiam aperte demonstrat verbum illud, mansurum, quod perseuerantiam denotat, & stabilitatem, vt euidentissimè probat illud Terentij in Hecyra:

Manere affinitatem inter nos volo, si vilo modo potest. præter illud Virgilianum lib. j. Aeneidos, Manet æquamente repositum Iudicium Paridis. Et alibi in eod. lib. Manent immota tuorum Fatã tibi.

Quo in loco Donatus interpres sentiens vim huius verbi, fat erat, inquit, vt diceret, manent tibi fata: sed vt satiaret quod assererat, addidit, immota. Sed & idem in Terentij Eunuchum illud enarrans, vt maneam solus cum sola, ita interpretatur, remaneam, perseueremq; in loco. Sed nullus omnino locus id apertius ostendit, quàm illud Terentij in Hecyra: Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest, Affinitatem hanc sanè perpetuam volo.

Quam eandẽ sententiã paulò post repetit iis verbis, Iamdudum dixi, idẽmque nunc dico, Lache, Manere affinitatem hanc inter nos volo.

Vides enim id quod primum dixerat perpetuam volo, statim iis verbis repetit, Manere volo, quasi idem omnino sit, perpetuam esse volo, & manere volo. Vt interim prætermittam text. apud nos id etiam comprobantem in l. aliud est capere, in prin. ff. de verb. signif. vbi dicitur mansurum quod ita ad nos peruenit vt non restitui postea debeat, & in l. vlt. in fi. ff. de lib. leg. vbi etiam probatur manere id quod durat. & in l. vlt. C. de lat. lib. tol. & in c. quia in omnibus, in fi. extr. de vsur. Et facit tex. in l. Caio. §. vlt. ff. de alimen. legat. cum dicitur perpetuo maneat, quanquam in diuersum trahi possit, & in l. in laqueum. ff. de acq. rer. domi. vbi desinere & manere sunt veluti opposita. Nam eiusdem signif. est verbum maneat, quo veteres utebantur pro manet. Cecilius in probastaria apud Non. Marc. de mutatis coniugationib. in vultu eodem in eadem maneat malitia. Igitur non maneret res donata in ditione & arbitrio donantis, si morte liberorum extra ipsius ditionem exiret.

203 Et ne post tot tantaque rationes auctoritate

cessante causa.

Factũ esse nõ sufficere, nisi duret factũ, nisi duret factũ, quomodo intelligatur.

Verbũ maneo, perseuerantiam, & stabilitatem denotat.

Qui re-

suprà nu.169. nec item obstat. An autem abortiu partus in postremo illo iudicio generali suscitabuntur, reperies apud D. Augustinum, in Enchiridio ad Laurentium, c.85.

Tempora vitalis, aut minime vitalis partus secundum antiquos scriptores.

210 Sed hinc non abundum ducimus, quin primum lectores doceam, quæ antiqui naturæ scriptores de vitali aut minime vitali partus tempore opinati sunt, quodvæ tempus maturum ac tempestuum partui censuerunt, tum ad huius loci perfectam cognitionem, tum etiam not. à nostris in l. Gallus, in prin. ff. de liber. & posth. Primum igitur adferemus quæ Plutarchus & Cæforinus de ea re ex antiquioribus scripserunt. Ille enim lib. 5. de dogmatis Philosophorum, Empedocles, inquit, existimabat, cum primum genus hominum à terra enatum est, tantum longitudine temporis diem fuisse propter solis segnitiam, quanta nunc decem sit metium dies. Procedente deinde tempore, tantum fuisse, quanta nunc septem; propterea decimefres infantes, ac septimefres, natales. Itaque nimirum natura comparante, vno partum adulescere die, qua prima poneretur nocte. Timæus non decem menses, sed novem esse existimat. Verum quoniam & ante conceptus menstrua sifterentur, propterea decem existimatos: sic quoque septimefres videri, qui septimefres non sunt, quippe eum à conceptu quoque vulua nonnunquam menstruis affluat, ignorari enim & post conceptu purgationem numerum. Polybus & Diocles empirici vel octauum mensum agnoscere genitalem, etsi languidior quodammodo, quoniam permulti ex infirmitate perierint, ferè tamen octimefres non pauci in viros euaserint. Aristoteles verò Hippocratisque putant, si vulua mensibus expleatur septem, tum denique erumpere infantes, vitalisque nasci: quod si erumpant, nec tamè alantur vmbilico languente (id quod accidere solet, si dolente vulua concrementum partus fiat) tunc infantem tabescere. Sin verò nouè menses in vtero manserit, tum demum numeris omnibus suis consummatum esse. Polybus ceterum & octoginta duos dies dimidiatumq; natales efficere, quod semestre tempus esse, quanto tempore sol ab vno solstitio ad alterum perueniat. Septimefres verò ideo dici, quod quidem sexti mensis dies in septimo implent. Enimuero Mathematici octo omnis genituræ menses dissociabiles esse aiunt, septem verò foederabiles. Dissociata autem disunctaque signa sunt, si stellas, quas *νοσθησες*, id est domicilij dominas vocant, maleficas noctæ sunt. Nam si qua harum vitæ viuendiq; instituti auspiciatum sit, infortunos non perennaturusque portendit. Abiuncta autem signa, nulloque mutui cõspectus commercio vincta, numero sunt octo, veluti Aries ad Scorpionem abiunctus, & Taurus ad Sagittarium, Gemini ad Capricornum, ad Aquariũ Cancer, ad Pisces Leo. Deniq; abiuncta Virgo ad Arietem. Quare & septimefres vitales & decimefres esse, contra octimefres enecari propter mundi disidentiam. Hæc Plutarchus: cui, antequam Censorinũ capiamus, illud addam, quod ad Mathematicos pertinet, plurimos ex iis illud quoque addere, infantibus priusquam edantur in lucem, planetas præfici, & ita quidè, vt Saturnus primum mensum sibi adsciscat, Iupiter secundum, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintũ, Mercurius sextum, Luna septimum; quæ quia partibus præesse dicitur, ideoq; Lucina dicta, quod partus ipsos in lucem prodat, idcirco eo mense septimo partum integrũ facit. Subinde autem peractis septem mensibus Saturnus rursum octauũ occupat, qui cum sit malignũ mortalibus sydus, meritiq; dicatur filiorum deuorator: ideo rarò contingit, quin natis eo mense immineat interitus, præsertim cum & ipsius frigiditas & siccitas multũ vitæ aduerfantur. Nono

Infantes decimefres, & septimefres.

Octauus mensis genitales.

Septimo, & non vitales nasci. Semestre tempus natales efficere. Septimefres.

Abiuncta signa quot.

Planetæ infantibus præfici. Luna cur Lucina dicta. Octauus mensis cur partui infortunos. Nonus vero sanens.

autem mense, cum præualeat ipse Iupiter benignus ac fauēs humani generi, foetus omnes absoluti integrique produntur ad vitæ. Et si quando decimum mensum attingit, tanta est Iouis benignitas, vt tueri partũ possit à Martis malignitate. Quam sententiam etiam à nostris adfert Per. Iacob. tit. de condi. ex lege omnimodo pro legitima portione debita filijs, charta 1. & 2. & Domi. Guil. Bened. in re. cap. Raynuius, in verbo, & soboles quam gestabar in vtero, num. 24. & seq. extra de testa. Quamquam hæc astrologorum sententia minimè placet Ioanni Pico Mirandulæ, qui eam nuncupatim arguit lib. 3. aduersus Astrologos, cap. 17. Nunc autem accedimus ad Censorinũ, apud quem in lib. de die natali ad Cereleum, Hippo Metapontinus à septimo ad decimum mensum nasci partum posse existimauit. Nam septimo partum iam esse maturum, eò quod in omnibus numeris septenarius plurimum possit: si quidem septimis formetur dentes mensibus, additisque alteris recti consistere incipiamus, & post septimũ mensum dentes nobis innascuntur, idemq; post septimum cadunt annum: decimo quarto autem pubescere soleamus. Sed hanc à septem mensibus incipientem natiuitatem vsque ad decimum perductam, ideoque quod in alijs omnibus hæc eadem natura est, vt septem mensibus annisve tres aut menses aut anni ad consummationem accedant. nam dentes septimo mense infanti nasci, & maxime decimo perfici mense: septimo anno primos eorum excidere, decimo vltimos, post decimum quartum annum nonnullos, sed omnes intra septimum decimum annũ pubescere. Huic opinioni in parte aliqui repugnant, alij in parte consentiunt. Nã septimo mense parere mulierem posse plurimi affirmant, vt Theano Pythagorica, Aristoteles Peripateticus, Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epigenes, multique præterea. Et his ad stipulatur Homerus qui lib. 19. Iliadis scribit Euristheũ illum, qui latè regnauit in Græcia, qui que Herculi labores illos iniunxit natum fuisse septimo mense, sed ita vt eum *ἑπταμήνη* vocet, id est, abortiuum, & intempestiue natum. Hæc enim sunt verba Homeri:

ἑπταμήνην ἑπταμήνην ἑπταμήνην ἑπταμήνην
ἑπταμήνην ἑπταμήνην ἑπταμήνην ἑπταμήνην
Sed vt redeamus ad Censorinũ, Horum omnium consensus Eutiphronem Gnidium non deterret, id ipsum intrepide pernegantem. Contra eum ferme omnes Epicharmum secuti, octauo mense nasci negauerunt. Diocles tamè Caristius, & Aristoteles Stagiritis aliter sentiunt. Nono autem & decimo mense, tum Chaldæi plurimi, & idem supranominatus Aristoteles edi posse partum putauerunt. Neque Epigenes Bizantius nono fieri posse contendit, nec Hippocrates Couis decimo. Cæterum vndecimo mense Aristoteles solus recipit, cæteri vniuersi improbarunt. Hæc Censorinus, qui mox subdit rationes Chaldæorum, cur mense septimo, nono, & decimo tantum posse nasci homines arbitrantur: quas quia sunt longiusculæ, omisimus. Deinde verò subiicit Pythagoræ de ea re sententiam ex Varrone in lib. cui titulus est, Tubero, idque multis verbis, sed quæ in hoc tendunt, vt ostendat generaliter esse partus omnino duos, alterum minorem, quem vocat septimefrem, qui decimo & ducentesimo die post cõceptionem exeat ex vtero: alterum maiorem, decimefrem, qui edatur die ducetesimo septuagesimo quarto. Cui cõcinens Paulus noster, si is est, lib. sententiarum 4. c. 8. Septimo, inquit, mense natus, matri prodest. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur. A quo non longius aberrans Laertius in vita ipsius Pythagoræ, tradit eum censuisse iuxta ratione Harmoniæ

Septenarius numerus plurimum potest.

Partus duo, maior, & minor.

Septimus mensis quomodo accipiendus.

intra septem aut nouem aut decem vt plurimum menses consummatum atque perfectum infantem gigni. Ex quibus potes intelligere Pythagoram de septimo mense omnibus numeris perfecto, cum decem & ducenti dies faciant septem menses. Quanius Polybus, quem supra ex Plutarcho aduocauimus, intelligat de septimo mense incepto ex duobus tantum diebus, & vno dimidiato. Cui concinit Hippocrates in libro *ἑπταμήνην*, id est, de septimestri partu, in principio. Ita enim eum librum incipit Græcè quidem, sed in hunc sensum: Partus quidem septimefres centum & octoginta duobus diebus eduntur & fiunt, particula diei addita. Ex quo est illud Vlpiani iureconsulti in l. intestato, §. vlt. ff. de suis & legi. hæred. De eo verò qui 182. die natus est, Hippocrates scripsit, & diuus Pius pontificibus rescripsit, iusto tempore videri natum. Ideoque & secundum hanc sententiam intelligendũ est quod scribit Pau. in l. 7. ff. de statu homi. Septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum est propter auctoritatem Hippocratis: & ideo credendum est eum qui ex iustis nuptijs 7. mense natus est, iustum filium esse, vbi tamen Accursius asserit nasci perfectum partum 6. mense & vno die, per dictam l. intestato, quæ tamen id non dicit, sed loquitur de duobus diebus supra 6. mensum. Quamuis etiam Hippocr. particulam alterius diei addit, vt diximus, subiungitque eius rei rationem, vt apud eum videre est. Macrobius autem ab iis dissentiens, sed cum Pythagora consentiens, ita intelligit hac in re mensum 7. vt eum perfectum atque completum velit. Ita enim scribit lib. 1. de somnio Scipionis: Humano partui frequentiorẽ vsum 9. mensium certo numerorum modulamine natura constituit: sed ratio subacti senarij numeri multiplicationem procedens, etiam 7. menses compulsi vsurpari, quam breuiter absoluteque duos esse primos omnium numerorum cubos, id est, à pari 8. ab impari 27. & esse imparem marem, parem feminam superius expressimus. Horum vterque si per senarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui 7. mensibus explicantur. Coeant enim numeri, mas ille qui memoratur, & femina, octo scilicet & 27. partiit ex se 5. & 30. Hæc sexies multiplicata creant 10. & ducentos, qui numerus dierum mensum 7. claudit. Ita est ergo natura fecundus hic numerus, vt primam humani partus perfectionem, quasi arbiter quidam maturitatis absoluat. Hæc ille: cuius tamen non tanta est apud me autoritas, quanta Hippocratis, qui vt ipse Macrobius eod. lib. asserit, tam fallere quam falli nescit. Porrò & alia quædam ex ipso Hippocr. postea dicemus, sed primum adscribere placuit quæ scriptores alij ex antiquioribus prodiderunt. Plinius li. 7. natur. hist. c. 5. Cæteris, inquit, animantibus statutum & pariendi & partus gerendi tempus est. Homo toto anno, & incerto gignitur spatio. Alius 7. mense, alius 8. & vsque ad initium 10. vndecimique. Ante 7. mensum haud vnquam vitalis est. Septimo non nisi pridie postero ve pleni lunij die aut interlunio cõcepti nascuntur. Translatitium in Aegypto est, & octauo gigni. Iam quidè & in Italia tales partus esse vitales. Cnota priscorum opiniones variant hæc pluribus modis. Vestilia C. Herdicij, ac postea Pomponij atque Orphiti clarissimorum ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronium 7. mense genuit, Suillũ Ruffum 11. Corbulonem 7. vtrumque consulem, & postea Cefoniam Caij principis coniugẽ octauo. Et paulò post, Masurius auctor est L. Papyrium prætorem secundo hæredæ lege agente, bonarium possessionem contra eum dedisse, cum matre partum 14. mensibus diceret tulisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur. D. Ambrosius

Septem, fecundus numerus.

Homo incerto gignitur spatio.

Partus 14. mensium.

lib. Hexaemeron 5. c. 10. Omnes, inquit, animantes præscripta habent pariendi tempora, homo solus indiscrèta atque confusa. Varro autem scribit matrem illius qui primus dictus est Graccus, duodecim menses filiũ gestauisse: quare quod legitimum partionis tempus supergressa sit, cumque diutius quàm sit grauidarum mulierum mos, gesserit partum, Graccum à gestando nominari. Aulus quoque Gellius lib. 3. noctium Atticarum, c. 16. multa & de hac re scripsit, eam scilicet opinionem pro vera receptam, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octauo, sæpe nono, sæpenumero decimo mense, cumque gignendi summum finem, decem menses nõ inceptos, sed exactos. Et Plautũ veterem Poeram dicere in Comœdia Cistellaria his verbis:

*Tum illa quam compresserat,
Decimo post mense exacto hic peperit filium.*
Hoc idem tradit etiam Menander poeta vetustior humanarum opinionum vel peritissimus, cuius versus ex fabula Plotio hi sunt:
Τὸν υἱὸν δὲ ἐξ ἑπταμήνης
Id est,
Μῦθον παρὶς δέκα μηνῶν.

Graccus cur sic dicitur.

Sed Cecilius cum faceret eodem nomine & eiusdem argumenti comœdiam, ac pleraque à Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non prætermisit octauum, quem præterierat Menander. Cæcilij versus hi sunt:
Ἐπταμήνην μὲν γέννησε πατέρα
Ὀκτώμηνην δὲ γέννησε μητέρα

Eam rem Cecilius non inconsideratè dixisse, neque temere à Menandro atque à multorum opinionibus descivisse, M. Varro vti credamus facit. Nam mense nonnunquam octauo editum esse partum, in lib. 14. rerum diuinarum scriptum reliquit: quo in libro etiam vndecimo mense aliquando nasci posse hominem dicit, cuiusque sententiæ tam de octauo quàm de vndecimo mense Aristotelem laudat auctorem. Tandem autem subiunxit Varro antiquos Romanos nõ recepisse huiusmodi quasi monstrifas raritates, sed nono mense, aut decimo, neque præter hoc alias partiones mulieris secundum naturam fieri existimasse. Et quibusdam interiectis scribit Gellius cõperisse se vtu venisse Romæ, sceminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in vndecimo mense post mariti mortem peperisse: factumque negotiũ propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea cõcepisset, quoniam Decemviri in decimo mense gigni hominem, non in vndecimo scripsissent: sed diuũ Hadrianum causã cognita decreuisse in vndecimo quoque mense partum ædi posse. id quoque, inquit Gellius, eius rei decreverunt nos legimus. In quo Hadrianus ita statuere se dicit requisitis veterum philosophorum & medicorũ sententiis. Subditque in satyra Varronis legisse, quæ inscribitur testamentum, verba hæc, Si quis mihi filius vnus pluresve in decẽ mensibus gignuntur, ij si erũt, *ἀπὸ τῆς ἑπταμήνης*, id est, secundũ Aristot. natus esto, Accio idẽ quod Titio ius esto apud me. Per hoc scilicet significans eodẽ pari que iure sibi futurũ filium decimo mense natum, quo eum qui vndecimo. Subnequitque Gellius: Quod si ita, neque vltra decimum mensem foetura mulierũ protolli potest, cur Homerus scripsit Neptunum dixisse puellæ à se recens compressæ:

Καὶ τὴν γυναικαὶ φιλῶν ἡ δὲ ἐπταμήνην ἔστω
Τῆς αἰχμῆς ἐπὶ τῆς ἐπταμήνης ἔστω
ὁ δὲ δαυδάτων.

Romanorũ iudiciũ de partu.

Partus 11. mensium decreta apud probatus.

Hi autem versus, vt hoc illi addam, scripti sunt lib. Odyssææ 11. quorum sententia hæc est:
Νῦν γὰρ εὐδαιμόνην εἶμι, καὶ σὺν ἐμοὶ ἔστω
Ἰλλυθρες (καὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἐπιβόησαν)
Ναὶ τὸν Νηῆα ἀβία.

Quod tandem ex Phaurini sententia interpretatur non de anno confecto, sed affecto, id est, qui non ad finem ipsum, sed proximè finē deductus est. Nam & Hippocrates, siue is est Thesalus, aut Herophilus, in lib. *de rebus* supra citato, cum & numerum dierum quibus conceptū in vtero coagulū conformatur, & tempus ipsū partitionis nono aut 10. mense definisset, neque id tamen semper eadem esse fini dixisset, sed aliàs ocūis fieri, aliàs ferius, hūc ad postremum verbis vsus est, *ἡμέρας ἢ ἐν τῆσδε καὶ πλείους ἢ ἡμέρας, καὶ ὅσον, καὶ ἢ μῆρας, καὶ πολλὸν ἢ ὀλίγον*. id est, *Fiunt autem in his & maiore & minore temporis spatio secundum totum, & secundum partes, non multo autem maiore aut minore. Quibus verbis Gellius significari dicit, quod aliquādo ocūis fieret, non multo tamē fieri ocūis: neq; quod ferius, multo ferius. Et hæc quidē penē omnia ex Gellio. Sed non omittemus quod idem Hippocrates de eadem re scribit in lib. de Carnibus, paulo ante fin. vbi loquens de vi & potentia numeri septenarij in homine, inter cetera, Puer, inquit, si mēse septimo in lucē edatur, legitime natus est, & viuūt, habētq; rationē & numerum verē & exactē ad septimanas respondentem: mēse autem octauo nullus vnquam vixit, sed si nono mēse & decem diebus nascatur, & viuūt, & verum numerum ad septimanas respondentem habet. Quatuor enim septimanarum denarij, dies sunt ducenti & octuaginta. In denarium autem septimanarum septuaginta dies incurunt. Habet autem & septimestris partus tres denarios siue decades septimanarum, & in vnaquaque decade septuaginta dies. Tres verō septimanarū decades, ex toto sunt dies ducenti ac decem. Idem in lib. *de rebus*, id est, de octimestri partu, negat octimestrem partum posse viuere, nec decimestrem quoque, nisi septem quadragenariis dierum nascatur. Nam prima quadragenaria perfectissimus est, cum verō plures accedunt, pereunt. nam qui multa paulo tempore sumunt, plurimum laborare coguntur, ex quibus mors sequitur. Et quibusdam interiectis tradit decimestres & vndecimestres partus septem quadragenariis edi, septimestres autem anni dimidio. Ex quibus videtur Hippocrates admittere partum ad vndecimum mensem posse profendi. Quamquam ipse in lib. *de rebus*, id est, de ratione victus primo, scribit non in temporis equali spatio foetus exornari, sed alios citius, alios tardius, prout singuli & ignem & alimentū nacti fuerint: quosdam quadraginta tribus diebus, alios quatuor mensibus formari. Similitérque vitales fieri ac gigni, alios citius, septimo mēse perfectē, alios tardius, perfectē nono mēse in lucem prodire. Sed in lib. *de rebus*, id est, de natura pueri siue foetus, non admittit partum vndecimi mēsis, rationem adferens, quoniam nutrimentum, inquit, & augmentū quod de matre descendit, puero iam satis nō est, cum decem menses transferint, partusque creuit, qui de sanguine id quod dulcissimū est, trahit, laetisque simul aliquantum haurit: quæ cum minis sint quam opus est, partusque iam plenus est & maturus, qui plus nutrimenti quam adsit, cupit, proptereaq; sese agitat, humentisque & membranas distumpit, & in lucem prodit: ideoq; si quæ plusquā decem menses sibi gestasse videntur (nam & hoc, inquit, sepius audiui) falsæ sunt, eo scilicet modo, quē inibi declarat. Et hanc sententiā securus est Vlpianus in d.l. intestato. §. vlt. ff. de suis & legit. hæred. vbi hæc verba adscribuntur. Post decē menses mortis natus nō admittitur ad legitimā hæreditatem. Securiq; etiā videntur Gallus Aquilius & Sceuola, cū hanc institutionis formulā adscribunt, in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posth. Si quis mihi ex filio nepos neptisq; post mortē meam in decē mensibus proximis quibus*

libus filius meus morietur, natus natūve erit, hæredes sunt. & Tullius in Topicis in loco à similitudine ex Curiana causa., Si filius, inquit, natus esset in decem mensibus. Quæ quidem formula nihil omnino abest ab ea quam & supra ex Varrone in Satyra cui titulus, testamentum est, attulimus. Et ea sanè verba idem significāt, ac si diceretur, si intra decem menses natus erit, quibus verbis vtitur l.vlt. in prin. ff. de fideicom. liber. & l.vlt. C. de posth. hæred. instit. Nam in & intra eiusdem sunt significationis, vt nihil interfit dicas in calendis, an intra calendas, vt videre licet apud Gellium lib. 12. cap. 13. & est tex. apud nos in l. 1. §. quod dicimus. ff. de successor. edit. & annotauit è nostris Rom. cons. 376. quæstio est nunquid, col. 2. vers. tertia ratio, vbi & alios adducit, & inter ceteros d. l. Gallus, in prin. intelligens id quod diximus, ea verba, in decē mensibus, significare intra decē menses. Sed vt pergamus vlteriùs, imperator Iustinianus nuncupatim reiciit à successione vndecimestrem partū, qui scilicet vndecimo post mortem mariti mēse natus est, nec eum legitimum existimat, impossibile ratus tanto tempore mulierem ventrē ferre, vt patet in §. vlt. in auth. de restit. & ea quæ in vnde. mēf. par. vbi Accurs. hoc ita intelligit, vt si supra decimū mensem, sint tamen duo dies in vndecimo, sit partus legitimus, arg. d. l. intestato. §. vlt. quæ loquitur de sex mēfibus & duobus diebus; quod & idem dicit ipse Accurs. in d. l. Gallus. in prin. in verbo, in decem mensibus. & illi assentitur Marius Salmonius; vir planè & iuris & humanitatis doctissimus, in posteriori loco, col. 13. vers. quas quidem visas. Natura enim quamuis eodem modo semper agat, & perfectē quidem agat, tamen plerunque non potest, vt dicit ipse Salmo. ex Aristotelle. Et his apertè suffragatur Hippocrates quem supra ex Gellio citauimus. Sed antequam vlteriùs progrediamur, illud te admonitum velim lector candidissime. Nam quod, quisquis is fuit qui primū Iustiniani nouellas constitutiones, quas authenticas vulgò vocamus, è Græco (nam ex Græcè scriptæ sunt) traduxit, ita hūc locum vertit, vndecimo mēse perfectō peperit, ita enim legitur in vulgata editione quam habemus, id certè tale est in Græca constitutione, *καὶ ἢ ἐν δέκα μῆσιν περὶ τοῦ τοῦ*. Quæ Gregorius Haloander ita interpretatus est, sub finem vndecimi mēsis peperit. quod significat circa vel paulo ante finem, & quamquam dictio sub, nonnunquam & post significat. Ego autem malim vertere ad verbum iuxta vel prope vel circa vndecimum mensem perfectum, siue etiam post vndecimum mensem perfectum. Nam & præpositio accusatiuo iuncta, vtraque hæc significat, vt proinde ambiguum sit in hoc tex. vtrum intelligatur post mensem, vel prope mensem completum. Nec ij soli sunt qui vltra decimū mensem partum differri negant. Nam & Ouidius libro primo Fasto. loquens de anno, qui ex instituto Romuli erat decem tantum mensium, hæc scribit: *Quid satis est vtero matris dum prodeat infans, Hoc anno statuit temporis esse satis.* Additque quod & ad hunc locum pertinet: *Per totidem menses à finire coniugis vxor Sustinet in vidua tristia signa domo.* Quibus significatur foeminas maritos mortuos decem mēfibus ex lege lugere, & interim viduas manere debere: quod & tradit Plutar. in Antonio, & patet etiam ex l. si qua ex foeminis, quæ est 2. C. de secun. nupt. quo in loco tamen duo menses additi sunt. Idq; fiebat, ne, quia, vt dicit Bal. in dict. l. 2. puer gestabatur in vtero decem mensibus, ideo oriretur dubitatio circa partum. l. cōsensu. C. de repud. proindeque, ne inde nasceretur sobolis confusio. §. si verò altera; ibi, circa sobolis confusione[m] rationabilis

vndecim mensium partus mul.

Dictio sub non nunquam significat post. præpositio quid significat.

Tempus lugend. maritos ex lege.

nabilis est suspicio. & §. sic itaque, vers. & si mulier, ibi, propter feminis confusione[m], in auth. de nupt. Ideo id tempus à morte prioris viri ad secundas nuptias statutum est. Hæc propè Bal. Cui adde text. in l. liberorum. §. 1. ff. de iis qui not. infra. ibi, prætor enim ad id tempus se retrahit, quo vir lugeretur, qui solet lugeri propter perturbationem sanguinis. Sed idem Ouidius, lib. 2. eiusdem operis: *Luna nouum decies impleat cornibus orbem, Quæ fuerat virgo creata, mater erat.* Et alibi co. lib. *Luna resumebat decimo noui cornua motu, Virque pater subito nuptaque mater erat.* Et lib. 3. *Seu quia bis quinto femina mense parit.* Et lib. item 5. *Iamq; decem menses & puer ortus erat.* Nec Plautus in loco tantum à Gellio citato, sed aliàs sæpe decimum mensem vtero portando præfinit. Nam & in Amphitryone ita inquit: *Alter decimo post mense nascitur puer, Quam seminat: alter mense septimo.* Tanquam scilicet ille decem mensū terminus absoluti ac perfecti partus sit omnium longissimus, hic septē mensū breuissimus. Idēque in ea ipsa fabula: *Amphi. Gravidam ego illam hic reliqui, cum abeo. Sofia. Hei perij miser. Amphi. Quid tibi est? So. Ad aquam præbendam adueni domum.* *Decimo post mense, vt rat onem te dictare intelligo.* Item in Stichō, *Nam illa in alio menses gestauit decem.* Et in Aulularia, *Nam tua gnata peperit decimo mense post.* Et in Truculento, *Mater Ancillas inbet, quoniam iam decimus mensis a uentat, Aliam aliorum ire, præmandare & quar. re puerum, aut Puellam, qui supponantur mihi.* Et paulo post, *Amicam decimo mense post Athenas Atticas viso, Quam gravidam reliqui meo compressu.* Ex quibus potest videri Plautus hunc terminum arbitrari fuisse ceteris esse frequentiore[m], ac veluti ordinariū, quæ est Aristotelis sententia, vt postea dicemus. Sed & Terentiū in Adelphis (nam hic locus frequens est apud Comicos) ita scribit: *Virgo ex eo Compressu gruida facta est, mensis hic decimus est.* Et alibi in Hecyra, *Nam memini ab hinc menses decem fert.* Sed & apud Theocritum illum Syracusanum Idyllio 26. Alcmena de qua ex Plauto supra scripsimus, testatur se Hercule[m] decem mensibus in vtero gestasse. Huius enim in eam rem carmen est: *Μητέρι δ' υἱὸς παθέων, ἔπειθ' ἔδεκα μῆνας ἔκοιμον.* Sed & idem mox in principio Idyllij 31. eundem Hercule[m] decem mēfium fuisse dicit, & Iphicium vna nocte minorem: *Ἡρακλέα δέκα μῆνον ἔοντα πόχ' ἀμίδ' ἔατις ἄλμυρην, καὶ νοκίῃ νεώτερον Ἰφικλήα.* Et quæ sequuntur. Et Euripides in Electra: *Δικὰ τὴν σελήνην παίδος, ὡς νομίζετα.* *Decima luna pueri, vt receptus mos est.* Et Aristophanes in Cerealiibus: *Δέκα μῆνας αὐτ' ἐγὼ ἤμισον.* *Decem mense ipsam ego gestavi.*

Quin & Virgilius in eam sententiam ecloga 4. *Mat. i lo ga decem tulerunt fastidia menses.* Et Canace Ouidiana in epistola ad Macareum: *Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phæbi, Denaque luiferos Luna mouebat equo, Nescia quæ faceret subitis mihi causa dolores, Et rudis ad partus & noua miles eram.* Seneca in Thebaide ita facit Iocastam loquentem: *Per decem mensum graues Vteri labores, perque pietate inclytas Precor sorores, &c.* In quo illud notato mensum pro mensum poni causa metri, vt alibi apud Ouidium. Plato autem libro 5. de republ. nullum aliud legitimū pariendi tempus agnoscit, præterquam decimum, & septimum. Arnobius lib. 5. aduersus gentes tradit Agrestum mēse decimo natum fuisse. Ante hos Homerus in hymno Mercurij scribit ipsum Mercurium decimo mense natum: *Τῆ δ' ἠδὴ δέκα μῆσιν ἔβρανον ἐσθ' ἠρίσθ' εἰς τε Φόως ἄραγεν.* Nec tamen prætermittam quod scribitur Sapient. 7. post princ. In ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore, coagulatus sum in sanguine. Nec quod ab Herodoto scriptum est lib. 5. de Aristone Lacedæmoniorum rege, quod cum eius vxor circa legitimū pariendi tempus modum, exactis decem mensibus ei genuisset filium, cui Demaratus nomen fuit, eiq; sedenti in Basilica cum Ephoris quidam famulus nuntium nati filij attulisset. Is sciens quo tempore vxorem duxisset, deductis in digitis mensibus, negauit suum esse filium. quæ res postea in causa fuit, vt ipse Demaratus regno priuaretur. Verum postea Herodotus ipse matrem ipsius Demarati loquentem faciens Aristoni per inscitiam huiusmodi rerum, id illi excidisse. Nā mulieres etiam nouem mensium, ac septem mensium partum edunt, non omnes decimū mensem explentes. Sed quoniam superius sæpe de Aristotelis sententia ex aliis scriptoribus locuti sumus, operæpretium nobis visum est, vt & quæ ipse scripserit proferamus. Is lib. problematon 10. c. 41. Solus, inquit, homo ex omnium animantium genere varia generationis tempora obtinet. Nam & septimo & octauo & decimo mēse in lucem venire potest. Ceteris tempus vnum perficiendi sine mora statutum est. Quo in loco Petrus Aponensis illius interpretis doctior quidem quam elegantior, scribit illum omisisse nonum mensem veluti notissimum, & omnium frequentissimū. Sed & inibi rationem naturalem adducit quare octimestris partus nō sit vitalis, ex Auicenna 21. tertij. quam quia nondum adscriptimus, huc ponere volumus. Nam embryō mēse septimo ex vtero egressum affectat, quia eius mēbra iam sunt cōpleta, nec illi satis est ex sanguine qui ad illum nutriendū per secundinam defluit; nec satis quoque aeris: ideo plurimū ad egressum colluctatur, atque ob id fatigatū redditur imbecillius. Igitur si necdum resectis viribus octauo mēse rursum eundē conatum petat, oblatum frequētius moritur. Quæ & ipsam rationē posuit Alberrus Magnus lib. de animalibus 10. tra. 2. c. 4. Subdit autem Apon. & aliā rationem astronomicā, quam nos supra retulimus. Sed redeamus ad Aristotelem: qui & in lib. de natura animalium 7. c. 4. Homini, inquit, multiplex pariendi tempus datum est. Nam & septimo mēse & octauo & nono parere potest, & quod plurimū, decimo: nonnulla etiā vndecimum tangunt. Foetus qui maturius quam septimo mēse prodeat, nullo modo vitalis est. Qui septimo, vitalis quidē his primus exit, sed magna ex parte imbecillior: quare cunabulis ex lana eum obuolunt, &

Octimestris partus non vitalis.

Ostimo-
stris in
Aegypta.

facilis alligant. Et paulo post, Qui autē mense octa-
uo nascitur, viuere atque adolere in terra Aegy-
pti possunt, & quibusdā aliis locis, vbi mulieres fer-
tiliores sunt, multosque simul & ferunt facile & pari-
unt, etiā si monstrofi sunt: sed locis Græciæ multi
intercunt, nec nisi perpauci seruantur: vnde fit vt si
quis seruetur, non octauro mense natus existimetur,
sed mulierem sui cōceptus initium latuisse. Et pau-
lo inferius, Simili modo & qui diurniores, quā
vndecimo mense nasci putantur. latet enim mulie-
res conceptus initium, si cum antē inflatus fuerit
vterus, vt sepe accidit, pōst coierint, atque cōceper-
int. hoc enim principium esse sui conceptus existi-
mant, quod simile iudiciū attulit. Idem præterea lib.
de generatione animalū 4. c. itē 4. Ceteris, inquit,
animalibus vnum est tempus ferendi vteri, homini
plura sunt, quippe cum & septimo mense, & decimo
nascatur, atque etiam inter septimum & decimum.
Qui enim mense octauro nascuntur, & si minus, vi-
uere tamen possunt. Et eadē ferme adscribit Auicē-
na illius simia, tum in lib. 9. de animalibus, tū sen 21.
lib. 3. tract. 2. c. 1. Sed & illud in priore loco præterea
dicit vrum probum sibi retulisse atque affirmasse,
quampriā mulierem post decimum quartū mensem
peperisse puerū, illique dentes statim enatos fuisse.
Ceterum vt ad alios transeamus, Alexander Aphro-
diticus & philosophus & medicus præstantissimus,
si is est, quod Theodoros Gaza negat, sciscitatur in
problematis lib. 2. c. 4. Cur & ἑσπέρια, id est, septi-
mestres infantes sunt ζώοντες, id est, vitales, ἰσχυροί, id
est, octimestres, nequaquā. Quoniā, inquit, septen-
narius numerus est perfectus, vt testatur Pythagoras,
& Arithmetici & musici: octonarius autem im-
perfectus. Itaque quod tunc prodiit, non aptū est ad
vitā: quā ratione etiā monstrā viuere nequeūt, quippe
quæ non sint ex natura prouidentia, sed imper-
fecta, vel per inopiā, vel per redundantiā, & temerita-
tē materia in aliā formam contra legem naturæ
constituta. Nihil enim imperfectū aut tēpore, aut in-
formatione, aut ortu à natura procreatur, ideo si
quid tale erumpat, nec diurnum quid est. Eduntur
autē septimestres ob validissimā vim in vulua
informatricem, quā is Græcè ἰσχυροὶ διασπέρια, id est,
quæ vtilem moderatūq; sanguinem compe-
riens, fortū celeritū explicat. sed si cōtrario est, de-
cimestres exeat necesse est. Numerū autem & se-
ptenariū & denarium esse perfectū multis probat,
quæ mox ipse subiūgit, vt illic videre poteris. Ascle-
piades medicus tradit Naxias mulieres, quæ scilicet
eam insulā, quæ Naxos, inter Cyclades dicitur, inha-
bitant, solas octauro mense parere solitas, fortūque
illos vitales esse, Iunonis videtur, quæ puerperis &
nascētib; præest, munere: vt quæ sicut Iouis libe-
ris Herculem odio semper est profecuta, ita Diony-
sium vnice dilexit. In cuius gratiā mulieribus eius
insulæ illi dicarē hanc paricēdi prærogatiuam dedisse
eam affirmant. Aut, vt alij contendunt, quoniam
Dionysius ipse ita sit in lucē editus, ideo quæ & ipse
dempnatus partus sui testimonio idē suis euenire
popularibus voluit. Arnobius li. 5. cōtra hæreses tra-
dit Cererē à Ioue delusam tauri forma, post mensem
septimum peperisse Proserpinam, tanquam subob-
scure sentiat de mense octauro. Galenus in definitio-
nibus medicis scribit ideo fortus natos septimo
mense viuere, octauro nequaquam: quoniam octo,
numerus recens est coniunctus, non autem iudi-
catorius. Septem, numerus superfluus, & non con-
iunctus, sed iudicatorius. Soranus Ephesius & medi-
cus & philosophus itē celebratissimus, Hægogæ c.
17. Rationem, inquit, & perfectā hominis formam
sine figurā hominis infans in vtero accipit quadra-
gesimo die. Hos autem numeros, vt partus edatur,
septies multiplicari oportet. Ita ergo quicumque in

vtero materno figurā hominis accipit, in tricesimo
die septimo in se nascitur. ergo septies duplices sūt
dies ducenti & decem, qui faciunt menses septem.
Si quis autē die quadragesimo figurā hominis ac-
ceperit, nono mense intrante decimo nascitur, hoc
est septies quadragenā faciūt dies ducentos & octo-
ginta vnū, qui faciunt menses nouem, & dies decē.
Ita ergo septimo aut decimo mense qui nati fuerint,
vitales erunt: qui autē non impleuerit numerū, le-
gitimus parrus non est. Tullius lib. 10. epistol. ad At-
ticum, Tullia, inquit, mea peperit puerū: ἐπιμαρτυροῦ
ἡσθονοῦ, id est, septimestrem feliciter peperit. Et sub-
dit, Quod quidem est natum, perimbecillū est. Nec
præmittendum censuimus quod scribit Philo-
Iudæus, si is est, de quo est illud Hieronymi prouer-
biū, ἡσθονοῦ φιλωνί, ἢ φιλωνοῦ πατρωνί, id est, aut Pla-
to Philonissat, aut Philo Platonissat. Is Philo in lib.
antiquitatum scribit Deū præcepisse Sarræ, vt ea ci-
tius restitueret Isaac, quē conceperat, cum redderet
ipsi domino mense septimo. Et propterea, inquit,
omnis mulier quæ peperit septimo mense, vitū fili-
5 Sed quod ad priores illos casus pertinet, non omnino in confesso est, quod in casu nostræ legis, & d. l. si totas, donatio reuocetur ipso iure. Quin contrarium in vtroque tenuit gl. sibi contraria, in d. l. si totas, expendens hoc verbū, reuertatur, quod videlicet est futuri temporis, & ideo ferendam sententiam non latam demonstrat, vt postea late dicemus, & Barb. in c. vlt. col. pe. vers. tu adde, extra de de donatio. Sed huic obiectioni tacitè respondet Bal. hic & in d. l. si totas, dum dicit huiusmodi verbum reuertatur, cum significat iuris ministerium siue statutum, vt hic, esse directum, ideo ipso iure significari rem fieri. Nam vt id intelligas lector, optime, id verbum dicitur directum, quod denotat aliquid fieri ipso iure, & propria auctoritate, atque citra alterius manum & operam. Obliquum autè, quod per alterius manum capi debet, ex doctrina Bar. quem omnes sequuntur, in l. Centurio, col. pe. ff. de vulg. & pup. substi. & in l. eam quam, ad fin. C. de fideic. & conf. 3. quod repetitum est conf. 182. Titius condidit testamentum, col. 2. & conf. 13. ex factis proposito, col. 3. vers. restat de secundo, & conf. 56. Bar. fecit testamentum, col. 1. & Bal. in rub. C. de impub. & jalis substi. & in l. vlt. col. 4. vers. nunc aliqua. C. de sacros. eccl. & in l. ex parte. ff. de acqu. hæred. & in l. si quis ita. ff. de usufruct. & conf. 176. quidam nomine A. col. 2. vers. secundo prætermittendum, lib. 3. & conf. 296. factum sic se habet, col. 2. lib. 7. & omnes propè in c. si pater de testam. lib. 6. cum simi. Ideoque cum verba directa dispositionem directam faciunt, obliqua verò fideicommissariam ex omnium sententia: certè etiam id quod per fideicommissum competit, non ipso iure competit. l. si seruus, & ibi doct. C. de fideic. liber. & l. quaerebatur. ff. de milit. testa. ibi, apparet eum non ipso iure valere voluisse, sed per fideicommissum. Indè; huiusmodi fideicommissaria substitutio, quæ scilicet directa non est, precaria dicitur, in d. l. quaerebatur. ff. de milit. testam. & in l. cum proponas filios. C. de pact. sicut alibi voluntas precaria in causam scilicet fideicommissi, in l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. & l. non idem co. C. de codic. & verba obliqua dicuntur etiam precaria lege coheredi. §. cum filij, & ibi Dy. & Bar. ff. de vulg. & pup. substi. & l. 2. & iterum l. 4. C. de cogi. & l. à patre, vbi Phil. Dec. no. in prin. C. de collat. & l. 2. in prin. C. commu de leg. vbi id optime declaratur. & l. si seruus. C. de fideicom. liber.

Verbum de reuocatur. Verbi obliquum.

Precaria substitutio. Precaria voluntas. Precaria verba.

6 Est autem hoc verbum, reuertatur, commune, scilicet directum & obliquum, secundum Per. Iac. in sua practica, tit. de verbis obliquis, col. 1. Bart. in d. l. Centurio, col. vlt. motum ex glo. in l. i. in fi. magna gl. ff. de donat. & argu. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. & sequitur Franc. Aret. in ea l. Centurio, col. vlt. & ibi quoque Ias. col. etiā vlt. & Lanc. Gali. in repe. char. pe. in 13. conclusionibus, & voluit etiā Bal. in d. l. vlt. C. de sacros. eccl. & in tract. substi. col. vlt. Ang. hic, & in d. l. i. in fi. ff. de dona. Imo. in c. Raynuntius, char. pe. vers. octauò, ext. de testa. Raph. Co. conf. 114. Ant. Be. in 2. dubio Pau. Cast. conf. 341. mater ista, post prin. lib. 1. Cor. in l. precibus, col. 17. vers. verba autè communia. C. de impub. & ali. substi. & conf. 152. in hac consultatione, col. 4. vers. per verba reuertatur, lib. 2. Ang. Aret. in §. extraneo, col. 2. Inst. de pup. substi. & Steph. Bert. conf. 241. vifo consultationis themate, nu. 7. lib. 2. Guid. Pap. conf. 96. casus sub nominibus, in quinto dubio, circa medium.

Verbi reuertatur, commune est.

7 Quin Io. An. in d. c. si pater, de testa. lib. 6. constanter tenuit semper esse directum, per text. in nostral. & eum sequitur ibi Analdus à Solerio in repe. col. 4. & iterum 5. Domi. ibi, in princ. col. vlt. Cuius etiam opi. videntur esse Bar. & Io. Plat. in d. l. quisquis. C. de om. agr. deser. lib. 11. dum simpliciter dicunt, qd denotat translationem dominij ipso iure, per illum tex. & etiā Ang. qui idem dicit in §. 1. per illum tex. in auth. de resti. & ea quæ par. in prin. Bal. qui ob id dicit significare ipso iure, in hac l. in fin. l. ead. & in auth. quod mater, nu. 3. C. hoc eod. tit. & Ant. Corf. in suis fin. in verbo, reuertatur. Et bene facit tex. si solerter inspiciatur, in c. i. ext. de schisma.

De eadem re.

8 Tamen quod sit etiam obliquum, & significas quod per manum alterius res retradatur, est tex. in l. 3. vbi hoc no. Bar. & Sal. C. de pact. inter empr. & vend. fac. & id etiam affert Cy. in l. i. eo. tit. & Rapha. Co. d. conf. 114. per illum tex. & conf. 96. sub nominibus, in quinto dubio, vbi nihil allegat. Et Fab. à monte sancti Sauiini, in tract. de empr. & vend. in 7. q. prin. col. 5. vers. secundo quæro. Sed & illius text. auctoritate subnixus Signo. conf. 131. factum sic se habet, col. vlt. negat expressim hoc verbum habere vim late sententiæ. Quod etiam voluit Saly. in l. si totas. C. de inof. dona. dum scribit verbum reuertitur, quo ea l. vtitur, significare ipso iure, quia est præfentis temporis: tanquam secus esset in futuro tempore. Et in hanc partem est gl. in d. l. i. in verbo, mortis causa donatio, in fi. ff. de dona. cum dicit qd id verbum non habet eam vim, vt possit agi rei vëdicatione, sed tantum personali, quasi scilicet res non transeat ipso iure. Ex quo etiam negant Barr. Ang. Roma. & Pau. Cast. ibi, in fi. hoc verbum esse directum, & sequitur Franc. Curt. senior conf. 12. Lucius Titius, col. vlt. & idem voluit Bal. dum eam glo. allegat, in l. traditionibus, col. vlt. C. de pactis. Pau. Cast. post Cy. in l. i. in duobus locis, & iterum in l. cum te, ad fi. C. de pact. inter empr. & vend. fac. & idem Pau. post Gui. Cu. in l. ab emptione, col. 3. vers. adde dicit. ff. de pact. & aperte innuit idè Paul. conf. 68. in casu præfenti puto sic dicendum, post prin. lib. 2. dum dicit qd dictio, reuerfus, denotat ipso iure, quia est præteriti temporis: tanquam si futuri esset, non eam vim haberet. Et idem quoque expressius voluit Aegid. Bellamera conf. 39. factum est tale, dominus Hüberrus, col. 5. vers. his præmissis, Barb. conf. 11. illud afferam, col. 9. vers. modo in casu nostro, lib. 2. & Guid. Pap. sing. 657. licet verba. Lafon conf. 211. inter quosdam, col. 3. vers. item habet caput, lib. 2. & Phil. Dec. in l. traditionibus, col. 3. vers. secunda conclusio. C. de pact. & Franc. Cur. iunior in l. traditionibus, col. 3. nu. 22. C. de pact. Et hanc quoque partem fulcit tex. in c. i. ibi, liberè ad dominum reuertatur, extra de vfur. & similis tex. in c. vbi pericul

De eadem re.

periculum. §. quod si præmissa, de elect. eo. lib. 6. & in c. si beneficia, de præben. eo. lib. in c. felicitis, vers. si qua verò, de poenis, eo. lib. 6. & in cle. i. vers. à feudis, eo. tit. & in c. imperialem, in §. callidis, titu. de prohi. feud. ali. per Fed. nam illa dictio liberè, est late sententiæ, vt postea dicemus: ideo si verbum liberè per se fuisse late sententiæ, frustra addita fuisse illa dictio, liberè.

Dictio liberè, est late sententiæ.

9 Porro Corn. d. conf. 15. col. 5. lib. 1. hanc rem animaduertens dicit, quod d. l. si totas, quæ loquitur in eadem materia, vtitur verbo præsentis temporis, dum dicit reuertitur, quod quidem præsentis tempus haud dubie est late sententiæ, vt postea late dicemus. Et licet l. nostra loquatur per verbum reuertatur, tamen est aduertendum, inquit, quod potest esse & præsentis temporis modi imperatiui, & modi subiunctiui, atq; etiam futuri temporis modi optatiui. Ideo interpretanda est, vt sit præsentis temporis, & significet ipso iure, vt scilicet consentiat cum d. l. si totas, quæ, vt diximus, loquitur in eadem materia. Et quamuis aliàs in dubio debeat sumi interpretatio, vt fiat priuatio per sententiam, non ipso iure: tamen in ista priuatione, quæ fauorabilis est, secus est, arg. c. odia, de reg. iur. lib. 6. cum sim. de quo & tu vide quæ dicam infra nu. 252. incip. hæc autem quæ diximus. Vel, vt hoc illi addā, illud non procedit, quando per alia iura constaret rem fieri ipso iure, vt dicemus infra vers. 64. incip. 12. fallit.

In dubio debet sumi interpretatio, vt priuatio fiat per sententiam, non ipso iure.

Quomodo reuocetur donatio in hæc l. ipso iure. Et cadat emphyteuta ob emphyteusi.

10 Fuerunt tamen qui dixerunt donationem hæc certè reuocari ipso iure, sed ita demum tantum, si pater id velit, vt reuolit Alber. hæc. Et in hac quiddè sententia videtur fuisse Bal. in l. i. col. vlt. C. de inof. dona. cum dicit requiri declarationem voluntatis ipsius patris, vel ite donationem reuocari, an nolit, arg. no. in l. 2. ff. si ager vechi. vel emphy. Quo in loco Bar. dicit per tex. & gl. ibi, emphyteuta propter non solutam pensionem, aut etiam per alienationem factam irrequisito domino, tum demum, cadere emphyteusi, si dominus velit: quod dicit esse multum notandum, & menti tenendū. De quæ re est melior atq; expressior tex. quem & ipse Bar. aduocat, in l. 2. in verbo, volenti & ibi gl. & iterum in illis verbis, sed omnimodo eum dominus, si voluerit, repellendo, & ibi etiam idem Bar. Bal. Ang. Saly. & recentiores. C. de iure emphy. & in §. scire autem, in verbo, volentibus, in auth. de non ali. Et hoc quoque voluit ipse Saly. in l. vlt. col. pen. vers. quæro an ipso iure, eo. tit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 13. & ibi Bal. & iterum vers. 47. Bar. in l. 2. circa medium. ff. de except. rei iud. idem Bart. & Bal. in auth. qui rem, ille in prin. alter ad fi. C. de sacros. eccl. & ipse Bar. conf. 81. Martinus Forniconis, col. 2. & ipse Bal. in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. hercif. & in l. Mæuius, §. 1. in 8. oppo. post Dy. ibi. ff. de leg. 2. & in l. cum seruum, col. 2. C. de ser. fugit. & conf. 279. factum tale est. A. ante fi. lib. 5. & conf. seq. ista inuestitura. Sal. in l. lex veltigali, per illum text. in fi. ff. de pigno. Ang. in §. si verò, vers. sed pone, in auth. de non ali. Anto. conf. 22. visis punctis, col. 1. vers. puto tamen. Domi. in c. licet canon. §. is etiā, paulò ante fi. de elect. lib. 6. Pano. conf. 67. in causa quæ vertitur, col. 2. vers. sed his non obft. lib. 2. Imo. in repe. c. vlt. col. 25. vers. & adde an per illa, de præscri. & in c. 2. col. 7. de feu. & in c. potuit. col. 12. vers. sed contra, de loca. & in c. vlt. col. 7. vers. secundò potest obici, de dona. Card. Flor. conf. 105. super præmissa casti, col. 2. vers. confirmatur & aliter. & iterum col. 7. vers. ad illud de emphyteuta. Rapha. Co. conf. 164. prælarus certæ ecclésiæ, col. 3. Franc. Aret. & Iaf. in l. si mihi & Titio in prin. vterq; col. vlt. ff. de verb. obl. & Alex. conf. 103. videtur prima consideratione, col. vlt. vers. præterea etiā quando,

lib. 1. & conf. 173. viso themate & scriptis, col. vlt. lib. 2. quod repetitur in conf. 91. lib. 3. & idem Alex. cōf. 6. circa processum causæ vertentis, col. pen. multis in locis, lib. 3. & conf. 106. magnifice prætor, col. 4. vers. item in casu posito, eod. lib. 3. & conf. 106. viso themate & instrumentis, col. 2. vers. nec prædictis obft. lib. 4. & conf. 113. viso & diligenter considerato, col. 2. vers. secundò fortificatur, eod. lib. 4. & conf. 128. viso instrumento, col. vlt. lib. 5. & conf. 27. viso themate, col. 2. vers. quantum autem ad secundum lib. 6. & conf. 150. in causa appellationis, col. 4. vers. nec huic habet obftare, lib. 6. & Cor. conf. 115. licet in consultatione, col. 1. & 2. lib. 1. vbi & hoc respondit obtinere etiam si expresse pactum sit, vt res ipso facto cadat in commissum. & conf. 166. quatuor, col. 3. vers. quia poena amissionis, lib. 2. Cepola causarum ciuiliū conf. 25. ex quæstione prædicta, col. 2. vers. & ita teneri, & col. seq. nec obft. etiam, & iterum seq. vers. circa tertium. Soc. conf. 208. visis actis, col. 3. lib. 2. & Guid. Pap. conf. 192. ex facti narratione, in primo dubio, in fi. & Car. Alex. in c. 1. col. 2. tit. que fuit pri. cau. bene. amit. Soc. conf. 82. in causa, col. 2. vers. & illud quod dicitur, lib. 3. & Phil. Dec. in auth. qui rem, col. 3. vers. tertio principaliter. C. de sacros. eccl. & in rub. C. de sacros. eccl. paulò ante fi. & conf. 138. cuius superscriptio incipit, verba ista, col. 2. & conf. 146. cuius superscriptio incipit, dubia de quibus, col. 3. vers. vltimò nō obftat, & vers. secundò quia etiam. & conf. 185. in causa istorum, col. 5. vers. sed breuiter. & conf. 206. quæritur an diuisio, col. vlt. & conf. 452. visa instructione, col. vlt. vers. non obft. etiam & Iaf. in l. omnimodo, in fi. C. de inof. testa. & in l. si infula, col. 7. vers. quarto vltra Bar. eo. tit. cum aliis concord. adductis per eundem Iaf. in d. l. 2. col. 2. C. de iur. emphy. sed hic multos videbis, quos ipse prætermiserat.

In feudo quomodo intelligatur ipso iure aliquid reuerti ad dominum.

11 Eridem in feudo quoque voluit ipse Spec. tit. de feu. §. quoniam, vers. 27. Bal. in c. quæ in ecclesiaria, col. pe. vers. extra quæro, de constit. & in c. 1. ibi etiam Mar. Laud. Aluar. & Car. Alex. tit. de cap. Corra. & in l. vlt. in fi. infra hoc eo. tit. vbi & illud dicit generalitèr procedere, vbiunque aliquid ipso iure reuertitur ad dominū, vt semper intelligatur, si dominus hoc velit & petat, per no. in d. l. 2. ff. si ager vechi. & idem Bal. in l. 1. in vtraque lectu. C. de reuoc. dona. & conf. 31. proponitur quod Petrus, col. 3. vers. prædicta in feudis, lib. 1. quod repetitur conf. 301. eo. lib. 1. Imo. in c. vlt. col. 7. vers. secundò potest obici, extra de donatio. & in cap. 2. extra de feu. & Alex. conf. 79. circa primum, col. vlt. lib. 1. & conf. 103. vbi supra, eo. lib. 1. & d. conf. 173. viso themate, col. vlt. vers. & expressius, lib. 2. & conf. 91. eo. prin. col. etiam vlt. lib. 3. & d. conf. 27. vbi supra, lib. 6. & conf. 92. perspectis diligenter, col. 6. in fi. 5. dubij, lib. 6. Card. Alex. in c. 1. col. 4. tit. quo tempo. mil. & Iaf. qui hoc dicit no. in d. l. 2. col. 2. & iterum col. 6. vers. vltimò contra dictum. C. de iur. emphy. & cōf. 107. in præsentia consultatione, col. 3. vers. nec obft. si diceretur, lib. 4. Phil. Dec. conf. 144. quoniam ex facto, col. vlt. ver. præterea etiam si ipso iure. & d. cōf. 185. & d. conf. 206. quæritur an diuisio, col. vlt. & conf. 341. viso puncto, col. vlt. & in d. rubr. de secund. nupt. in fi. & Guid. Pap. conf. 192. ex facti narratione, col. 2. & D. Guil. Bene. in repe. cap. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le. 1. nu. 88. & seq. extr. de testa. Et sufficit, ne illud ignoret, hæc voluntatem domini esse tacitam, vt videre licet ex iis quæ tradit Panorm. d. conf. 67. col. 1. & 2. lib. 2. & expressius Anto. in d. conf. 22. vbi supra & Alex. d. conf. 106. col. 2. vers. nec obft. si dicitur iunctis præcedentibus, lib. 4. & Phil. Dec. cōf. 146. vbi supra, & iterum col. 4. vers. non obft. secundò, Iaf. in l. posthumo, col. 6. vers. pro ista op. C. de bon. poss. contr. tabu.

Perdū non sit nouum, si dominus remittat commissum ob feloniam.

12 Ex iis autem quæ dicta sunt, illud sit, quod si dominus nollit feudum paternum vel auitum esse commissum ob feloniam, vt appellant, in se commissam, & ita eam vassallo condonet siue remittat, non per hoc censetur feudum nouum, siue de nouo concessum, quamuis eo iam ipso iure ceciderat: sed manet, vt erat, antiquum, vt voluit gl. in l. quod dicitur necessarias, ad fi. prin. in verbo, creuisse, & ibi Bar. etiam ad fin. & latius Alber. ff. de impen. in reb. dota. fact. & gl. in l. peculium. §. si ære, & ibi Bar. Bal. & Paul. Cast. ff. de pecu. & in c. imperialem. §. in super, in verbo, priuetur, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. And. Iser. Iac. Bel. Aluar. Car. Alex. & alij in c. 1. tit. de vas. decre. æta. Pet. Iac. tit. de cau. ex quib. feu. amit. col. 6. vers. ex prædictis causis. Bal. in l. 1. in 15. q. ff. de rer. diuis. & in c. 1. §. hoc quoque tit. de succ. feud. & conf. 250. ad euidentiam, ante fi. lib. 2. & in addi. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 23. Imo. in d. c. 2. col. vlt. de feud. Pau. Cast. conf. 425. ponitur in factu, col. 2. vers. secundò videndum est, lib. 2. Io. Plat. in l. sancimus, vers. item facit ad aliam quæstionem. C. de consul. lib. 12. Alex. conf. 30. quoniam omne datum, col. 2. lib. 1. Fran. Aret. in l. filio quem pater, in fi. prin. per illum tex. ff. de libe. & posth. idem Aret. Alex. & Iaf. in d. l. si mihi & Titio. Alex. quiddè col. 5. alij col. vlt. ff. de verb. obl. Quoniam, vt ibi dicunt Aret. & Iaf. si dominus remittit, non dicitur vassallus iure decidisse, cum non nisi volente domino cadat, quamuis ipso iure cadat: & ideo non potest transferri nouum feudum. & Card. Alex. in Præ. lud. feud. in 6. diuisio. Bar. à Scarampis inter consilia Albe. Brun. conf. 112. casus super quo, col. vlt. & iterum col. seq. venerabilis dominus, post prin. De quo tamen vide Bal. in d. c. imperialem. §. in super, col. vlt. & Card. Alex. in d. 6. diuisione feud. & Alex. conf. 34. visis & ponderatis, col. 2. vers. hoc comprobarur, lib. 5. & remittitur per nos in tract. retractuū, tit. 1. §. 32. gl. 1. nu. 29. quid autem de fundo.

Verum testamentum ratione præteritionis sit nullum, ita de muni si præteritus dicat, & petat.

13 Simile est autem, quod videmus testamentū ratione præteritionis ita demum tantum esse nullum, si præteritus ipse dicat, & petat. non aliàs. l. filio præterito, & ibi gl. & omnes ff. de iniust. testam. & l. maximum §. sancimus. C. de liber. præte. & voluit etiam gl. in l. sancimus, in prin. C. de inof. testa. & in l. si pater, in gl. vlt. in fi. C. de instit. & substit. & in l. si qui in potestate, in prin. ff. de lega. præst. & in l. si duo, etiam in prin. eo. tit. Spec. vbi supra Dyn. in l. Gallus, in prin. in magna dist. ff. de libe. & posthu. Bal. in l. 2. C. de hære. institu. & in l. si constat, post prin. C. de compen. & d. conf. 305. lib. 2. vbi supra, & conf. 99. factum tale est Nicolaus, col. 2. lib. 2. cōf. 393. ad euidentiam, in prin. eo. lib. 2. & conf. 386. quidam M. decessit, col. 1. lib. 5. & Signor. conf. 153. verum est, col. 2. vers. circa secundum. & conf. 171. Ser Antonius, col. pen. vers. item esto. & Card. Flor. d. conf. 105. rum primo loco supra alleg. vni eadem col. 2. vers. ad item Imo. in c. exhibita, col. 8. vers. & per hoc non obftat, ext. de rerum permu. Et id quidem etiam plenè not. in l. posthumo, vbi latissimè Iaf. disputat, an hoc sit verum, C. de bon. poss. cont. tab. & in l. 2. C. de posth. hæred. institu. & Ludo. Bol. conf. 73. Antonius Pergamensis, col. vlt. de quo etiā vide Oldra. conf. 171. thema tale est, Titius filium, in secundo dubio, & iterum col. 3. vers. quinto quæritur, & Raph. Co. in repe. l. si filius, in 7. oppo. primi no. ff. de libe. & posthu. & Pau. Cast. post. Bal. in l. scuti certi, col. 3. vers. quæro hic secundum. Bal. C. de testam. milit. & conf. 323. super primo puncto, lib. 1. & Roma. conf. 24. postmodum autem. & Iaf. in l. si filius qui in potestate, in primo not. ff. de liber. & posthu. & D. Bened. in repe. d. c. Raynutius, in verbo, in eodem testamento relinquens, le. 1. nu. 84. cum multis seq. extra de testa. Ex quibus com-

peries non id esse omnino certum. Id tamen defendit vetus exemplum testamenti Ebutiæ L. Menenij Agrippæ vxoris, quo alteram ex filiabus hæredem tantum instituit, alterā præterit. At Aphronia (id præteritæ nomen fuit) cum sorore contendere noluit, testamentumque matris patientia honorare, quàm iudicio conuellere, sanctius esse duxit, atque ita testamentum ratum mansit. quod à Valerio relatum est lib. 6. c. 8. cui titulus est, de testamentis quæ rata manserunt.

14 Idem quoque dicimus de supplemento legitima, quod & ipsum licet fiat ipso iure, per d. l. sciimus. C. de inof. testa. intelligitur tamen, si petatur, aliàs verò secus, vt etiam dicit gloss. ibi, quam sequuntur Bar. & plerique omnes in eo loco. & voluit quoque gloss. in d. l. si is qui in potestate. ff. de leg. præstan. Specu. vbi supra. & Bald. in d. l. si constat. C. de compen. & Corn. conf. 264. in hac consultatione, col. 1. vers. tamen his non obstantibus, lib. 1. & conf. seq. circa primum, col. 1. vers. cum itaque, eod. lib. 1. Iason in l. de pupillo. §. qui opus nouum, col. 1. in 3. no. ff. de oper. no. nunt. vbi id dicit generale, cum quid sit ipso iure, scilicet si petatur. & in l. ex facto, col. 11. vers. secundò pro op. Bar. ff. de vulg. & pup. subtit.

Quomodo intelligatur fieri supplementum legitime ipso iure.

15 Adducitque vtraque illa gl. videlicet in d. l. sciimus, & in d. l. is qui in potestate, & aliud accommodatissimum simile de compensatione, quæ quidem sit ipso iure: sed ita tamen, si petatur, per l. vlt. C. de compen. & §. in bonæ fidei. & ibi quoque gl. Dy. & alij Insti. de actio. Et idem etiam tenuit gloss. in l. si quid à fideiussore. ff. de compen. Azo in summa, eo. tit. Pet. & Cy. in d. l. vlt. eo. tit. Spec. vbi supra & Bar. in l. verum, & ibi Bal. ff. de compen. quam ipse Bar. primam totius tit. legit. licet prima non sit. & in d. l. si constat, & ibi latius Bal. & Sal. eod. tit. idem Bar. in l. gerit, col. 8. vers. secundò compensatio. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. 1. C. de distr. pign. & Cor. d. conf. 15. col. 2. lib. 1. Sed tu de hoc latissime omnium vide Tyndarum in tract. de compensatione, char. 4. vers. & per hoc expediuius.

Compensatio sit ipso iure, si petatur tamē.

16 Quibus & adde alia similia. Nam Falcidia refecat ipso iure. l. linea margaritarum. ff. ad leg. Falcid. Sed ita demum, si hæres velit l. patrem. ff. quæ in fraud. cred. & voluit Bal. in l. 1. C. ad leg. Falcid. Item licet actiones ipso iure transeant infideicommissarium, vt probat tex. in l. pen. §. 1. in fi. C. ad Trebe. Id tamen intelligitur, si velit & petat fideicommissarius. vt patet ex l. 1. §. sed & quoties, & l. cogi. §. Metianus. ff. eo. quos in id expendit Iaf. in d. l. 1. §. de illo, col. 2. eo. tit. & ante illum, licet non alleget, Pau. Cast. solus ex antiquioribus, in d. §. Metianus, & Soc. in d. §. sed & quoties, in secundo no. Adde, inquam, quod voluit Bar. in l. si matre. C. de suis & legi. intelligens illum tex. in verbis, ipso iure succedant, si petatur. Et quod subtiliter admodum & eleganter differuit vir optimus ac doctissimus Ioan. Igne. senator regius in repe. l. cōtractus, col. 34. vers. nunc restat articulus, cum multis seq. ff. de reg. iur. & eo tacito, Ludo. Gomefius in §. actionum, col. 8. & multis seq. Insti. de act. dolum dantem causam contractui reddere cōtractum ipsum nullum, modo petatur, vt apud Igne. late videre licet: quod ante ipsum, licet non alleget, voluit Ang. in l. si quis aliam. §. sed & si quis. ff. de solu. & Paul. Cast. conf. 295. si dicta pignora, col. 1. lib. 2. Quibus suffragantur quæ diximus in legibus connubialibus, in gl. 6. nu. 91. his confine est. Et generaliter ea quæ fiunt ipso iure, & ita debere intelligi, si petatur, tener per quædam ex supradictis Fran. Ripa in l. 4. §. hoc autè iudicium, col. 2. nu. 8. ff. de dam. infe. Sed his tamen repugnat, quod dicemus infra in 13. differen. effectum late & ferendæ sententiæ. Sed quantum ad hunc

hunc casum nostrum pertinet, vide quæ diximus supra in verbo, liberos susceperit, vers. 211. inci. secundò intelliges procedere, & multis seq.

17 Sed illud interim non omittemus, quòd cum ex titulo & traditione simul iunctis transferatur dominium, licet postea titulus annulletur siue resoluatur aut rescindatur, non tamen retrahitur dominium ipso iure sine traditione, per gl. in l. in fi. magna gl. C. de inof. dona. vbi Bal. etiam in fi. ad hoc no. & commendat. & idem Bal. in l. in 6. q. C. si in fraud. parro. vbi illam dicit subtilem. & conf. 482. magnifici viri, col. 2. vers. hinc primum queritur, lib. 1. & Alex. conf. 10. videretur fortasse, col. 1. in fi. lib. 1. & conf. 92. perspectis, col. 1. vers. & non ob. si dicatur, lib. 2. vbi alios quoque citat. & Card. Alex. in l. imperialem. §. callidis, col. 1. rit. de prohib. feud. ali. per Fed. Ias. conf. 211. inter quosdam, col. pen. vers. item ex alio, col. pe. li. 2. & conf. 128. verba permutationis, col. 2. vers. primò quia vbi, lib. 4. & Stephan. Bertr. qui eam glo. dicit not. conf. 8. etiam si sententia, col. 1. lib. 1. & conf. 354. ad primum respondeo, in fi. eo. lib. 1. & conf. 279. ex instrumento, ante fi. lib. 2.

18 Quòd procedit etiã si ipso iure ex dispositione legis vel statuti contractus annullaretur, vt voluit Bar. in l. si ita quis. §. ea lege, col. 2. vers. quæro viri prohibito legalis. & ibi Ias. col. 11. vers. istam regulam. ff. de verb. obl. & idem Bar. in l. si hominem. ff. de v. cap. & Bal. in d. l. 1. si in fraud. parro. & in l. 1. col. 3. & ibi Alex. & Thomas Parp. col. quoq; vterque 3. ff. sol. matr. & iterum in repe. l. cum mulier, col. 10. vers. secundo dubio, & ibi quoque Alex. col. pe. vers. tamen si Bar. hinc. ff. cod. tit. idem Alex. conf. 10. videretur fortasse, col. 1. vers. sed præmissis non ob. lib. 1. & conf. 92. perspectis his quæ in themate, col. 1. lib. 2. Fabia. à monte sancti Saurini, in tract. in sinuagionum, in 27. q. in fi. & Phil. Dec. cõf. 300. v. a petitione Philippi, col. 2. Carol. Ruin. conf. 76. circa casum, col. 3. nu. 8. lib. 1. Ias. conf. 211. præsens consultat. col. pe. vers. item ex alio, lib. 2. & conf. 128. videretur in præfenti, col. 2. vers. primò quia, lib. 4. De quo & tu vide plenissimè Alex. in d. l. 1. col. 3. vers. ex hac tamen glo. cum multis seq. ff. solu. matr. vide etiam Bal. in l. omne, col. 1. vers. sed quid in contractibus. C. commu. de lega. & in c. cum inter, col. 2. vers. item renuntiare, extr. de electio. & Aegid. Bellamer. conf. 3. circa materiam, col. 8. vers. præterea pro hoc facit & iterum col. pe. vers. tum quia cum dicitur. & conf. 39. factum est tale, dominus Humbertus, col. 4. ex quo palam errasse videri potest Io. Anadum in c. conquestus, col. 3. extra de v. fur. tradit quòd per pactu de retrouendendo retrahitur dominium in venditorem ipso iure ex sola oblatione, vt sing. dicit probari in l. si cum venderet. ff. de pig. actio.

19 Sed hæc omnia velim intelligas, vt non procedant in iis casibus, in quibus dominium ipso iure transfertur sine traditione, de quibus per glo. & doct. in l. traditionibus. C. de pact. Nam tunc in illis etiam retraheretur dominium ex statuto annullare contractu, sine alia traditione, vt satis intelligi potest ex d. gl. in l. 1. & ibi Bal. in fi. C. de inof. don. & Bar. in l. & ideo, per gl. ibi. ff. de cõdi. fur. & hucupatim voluit Ias. d. conf. 211. li. 2. & d. conf. 128. col. 2. yer. confirmatur, li. 4. vbi id multis probat. & Parp. in d. l. ff. sol. matr. & Fer. Loaz. in rep. l. filius. §. diui. char. 23. nu. 452. & ante eos Pau. Cast. conf. 216. confirmando, col. 2. vers. nec insuper, lib. 1. Nam & videmus quòd sicut in legato transfertur dominium sine traditione. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & copiosissimè diximus in nostris commentariis consuet. Picta. tit. 16. §. 4. in gl. 2. in prin. ita ipso iure retrahitur per actus resolutiuos, per tex. in l. vlt. iuncta gl. in verbo, remeantibus, & ibi Bart. &

alij. C. de lega. & in auth. cui relictum, ad fi. in verbo, vendicari. C. de indic. viduit. Et hoc quoque expressim voluit Alex. d. conf. 10. tum col. 1. vers. & primò, tum col. 3. vers. non obstat d. lib. 1. & iterum conf. 10. videretur fortasse, col. 3. vers. non ob. d. l. fi. eo. lib. 1. & Fran. Aret. in l. qui absenti. §. 1. col. 2. ff. de acquir. poss. & Anto. Rub. conf. 58. series facti, col. 2. & propè omnes quos supra citauimus. & faciunt not. per Bar. in l. si vt proponis. C. de cond. ob. caus. 20

Cæterum postquam huc peruenimus lector amantissime, libet hoc loco affatim abundè tractare quando lex aut statutum intelligatur esse latæ sententiæ, aut ferendæ, in vnumque veluti corpus congerere quæ à nostratibus doct. velticatum diuersisque locis de ea rescripta sunt, vt hinc facilius possint legum studiosi expromere quod in rem suam futurum esse putabunt: quandoquidem res est non inutilis; neque contemnenda, sed quæ in controuersiam quotidie adducitur. Igitur in primis Bald. in l. iubemus. §. vlt. C. de sacrosanct. eccle. ita in eam rem distinguit: Aut loquimur in pœna obligatoria, & requiritur sententia. l. si qua pœna, in verbo, virtus. ff. de verbo. signific. Aut in pœna afflictiua, & idem l. quòd ad statum. ff. de pœnis. Aut in pœna priuatiua, & idem, nisi sit dictio mox, vel dictio, ipso iure, vel dictio, ipso facto: vt not. in authen. de nupt. in princ. facit l. vlt. C. loca. & c. 2. de reb. eccles. non alien. lib. 6. & c. 1. eo. tit. Quædam est pœna ab actione exclusiua, & tunc idem l. vlt. C. de iuramen. calumn. quia requiritur sententia. authen. qui semel. C. quomo. & quand. iud. Quædã est pœna tacitæ confessionis inductiua, & tunc si potest probare contrarium, intelligitur per sententiam, vt d. l. vlt. aliàs ipso iure. l. quoniam. ff. de his qui not. infam. Quædam est pœna iurisdictionis prohibitiua, vt pura, non reddatur ius. In quo dicit Iacob. Aret. in quadam disput. quòd intelligitur ipso iure, nec valet iudicium si contra fiat. facit l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. Adde tamen quòd vbi non requiritur sententia dispositiua, si tamen factu reuocatur in dubium, requiritur sententia declaratoria, per l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci, & cap. pro humani, de homic. lib. 6. Facit quòd not. glo. in authen. de tabel. §. penul. vbi glo. dicit, quòd si tabellio per sententiam legis est priuatus officio tabellionatus, hoc tamen non est declaratum per sententiam hominis, sed est occultum, si iste tabellio exercet officium, quia est in quasi possessione officij, valent instrumenta sua. quod alibi in iure ciuili non habes. Hactenus Bald. vbi supra. Alexander autem in additio. Bart. in l. imperator. ff. de iure fisci, alia multa in eam rem allegat, vt ostenderet quando quid intelligatur fieri ipso iure, vel per sententiam. multa quoque Barb. in cap. si diligenti, col. 37. & multis sequen. ad 7. col. 2. extra de for. compet. Omnium autem plurima Feli. in cap. Rodolphus, col. 15. vers. vltimo quia tex. cum multis sequen. extra de rescrip. & ante hos quædam etiam allegat Bar. in auth. de incest. nupt. in prin.

21 Ego verò rem hæc cæteris dilucidius verbiusque ac ordinatius tantum (nam melius quis posset) hoc loco tractare constitui. Igitur vt ad rem accedamus, Verbum aut participiũ præfentis temporis, vt ordinem Grammaticorum sequamur, in dubio est canon latæ sententiæ, vt planè innuit gl. in l. si quis maior, in verbo, infamia, iuncto text. in verbo, notatur. C. de transquã sequuntur Bar. Bal. Sal. Pau. Cast. & recentiores ibi, & expressius voluit gl. in l. 1. §. afficerentur. C. ne lic. poren. & in l. si cut, in verbo, minimè. C. de testa. mili. & in l. si quis in tantã, in gl. magna, vers. quartò quæro, & ibi Bar. & Ang. vterque col. vlt. C. vnde vi. idè Bar. in l. iubemus nul

Quædo lex aut statutum intelligatur esse latæ sententiæ, aut si rende.

Verbu aut participiũ præfentis temporis dubio est canon latæ sententiæ.

mus nulli. §. sanè si hoc, col. 2. vlt. & ibi Alex. C. de sacro. eccl. & in auth. qui semel, ante fi. C. quomo. & quãd. iud. Archi. in c. inolica, col. 1. ad fi. n. q. 1. Bal. in l. 2. in addi. in 3. q. & ibi quoq; Salyc. etiã in 3. q. C. de iure emphy. idè Bal. in c. 1. §. si quis miles, in verbo, amittat, tit. de feud. sine culp. non amit. & in addit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. q. & conf. 9. factum tale est, col. 3. vers. sed hoc est aduertendum, lib. 1. Saly. in l. cum posteaquam, & ibi Ias. in 3. no. C. de pact. & idem Saly. in l. decernimus. C. de sacro. eccl. & in l. si totas. C. de inoffic. dona. & in auth. in cestas. C. de incest. nupt. & in auth. hoc amplius, & ibi Corn. col. 1. & Ias. col. 3. vers. secundo. C. de fideic. Ang. conf. 361. multum considero, in fi. Ant. in c. accedentibus, col. pen. extra de priuile. Imo, in proœmio decret. & in repe. c. vlt. col. 45. in paruis, extra de præfcri. & in c. si quis, extr. de vita & hone. cler. & in c. si quorundam, col. 3. extr. de solut. & in c. vlt. extr. de accu. Rapha. Com. consil. 164. prælatu ceræ ecclesiæ, col. 2. Domi. in c. 1. in fin. de iniur. lib. 6. Rom. conf. 212. quo ad primum, in 3. dubio. & sing. 406. referrip. & in c. nonnulli. §. sunt & alij, col. 3. vers. sed dubitatio remanet, cod. tit. & in c. quisquis, de elect. & in c. querelam, col. 2. de iureiur. & in c. nouit, in fi. de his que sunt à præla. & in rep. §. quia verò, col. 7. vers. secundo discutiendum, & seq. extr. de præb. & in c. 2. col. vlt. de solu. & in disp. incip. Augerio, col. 14. vers. contrarium credo. Io. Plate. in l. quoniam, que est penul. col. 1. vers. sed quæro nunquid. C. de dignita. lib. 12. Franc. Cre. not. 7. tu scis quòd verbum. Io. Ray. in §. callidis, vers. pœna, in 9. & 11. q. primæ partis prin. tit. de prohi. feud. ali. per Fed. & in §. præterea si quis, in 19. q. eo. tit. Aegidius Bellame. conf. 9. factum tale est, cum esset lis, col. 10. vers. item non obstat quòd dicit Barba. in l. stipulatio non valet, in prin. ff. de verb. oblig. & in addi. Panor. in c. 1. extra de adul. Corn. conf. 15. ex quo dictus Franciscus, col. 5. vers. tamen est aduertendum. lib. 1. & conf. 312. in hac consultatione, col. 3. vers. cum non solum, eo. lib. 1. Fran. Aret. in c. 2. in 5. not. extr. de for. comp. laso. in l. eam quã, col. 8. vers. teneo communem. C. de fideic. & in l. manifesta, col. vlti. ff. de iureiur. & in l. posthumo, col. 7. vers. pro qua op. C. de bon. poss. contr. tab. & conf. 54. circa primum dubium, col. 1. lib. 3. & consil. 118. videretur in præfenti, col. 3. vers. secundo verbum sit, lib. 4. Philip. Dec. in auth. casta, col. 1. C. de sacro. eccl. & in l. cum posteaquam, col. 1. in 2. not. C. de pact. & in l. 1. col. 10. nu. 67. C. de sum. trini. Fortu. Grac. in lib. de vltimo sine iuris, char. 23. vers. quartus casus. Fran. Purpu. in l. more, col. antepe. vers. tertio ampliarur. ff. de iurisd. om. iud. Ioan. Crot. in rep. c. 1. col. 8. vers. contra tamen principalem, de consti. lib. 6. Iaco. à S. Georg. in tracta. feud. in verbo, qui quidem inuestiti, & c. col. 2. vers. item dubitatur. Et hæc quidem est frequentior nostrarum sententia.

Præcedens sententia limitanda.

Et quomodo.

22 Quam si sequaris, vt sequendã esse arbitramur, temperabis, vel, vt nostrates non omnino malè loquuntur, limitabis iisdè modis, quibus & verbu præteriti tēporis, de quo statim postea dicemus, etiam limitabimus. Nam & eiusdè (quantum ad hanc rem pertinet) naturæ est, atque etiam de vtroque simul in illis limitationibus differemus, ex quibus assumemus quæ huic loco subiuerire cognoueris.

23 Sed & tu alio item modo limitabis procedere, nisi alia verba eiusdè constitutionis quæ verbo præfentis tēporis vtrius, aliud inducerent, videlicet ferendam sententiam, non latam. Nam & tunc id verbum præfentis tēporis latã non diceret. Ita expressè voluit Saly. in c. cum posteaquam. C. de pact. Quòd confirmat ex iis quæ dicemus in simili infra verbo, futuri temporis. vers. 63. incip. vnde decimò fallit.

24 Quoniam sunt qui ex diametro illi cõmuni sententiæ repugnant, nempe negãtes verbum præfentis temporis esse latæ sententiæ. & omnes propè sibi cõtrarij, videlicet gl. in l. 1. in verbo, publicatur, & ibi quoque expressius Bar. ff. de vi priua. Per. Iac. lata sententia. de cau. ex qui. do. debet amit. prop. in 13. dist. feud. col. illius 2. vers. item cum dicitur. Ang. in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi. nisi ibi sit mendum in dictione præfentis. Per. Anch. conf. 102. cõtra dictam donationem, vers. secundò & subtilius. Imo. in c. si diligenti, & ibi etiam Franc. Aret. de foro compet. Domi. sibi contrarij, & Card. Alex. in cap. si quis, vterque in fi. 23. di. Pau. Cast. in d. auth. hoc amplius, col. 2. vers. in text. ibi, excluditur Rom. singu. 2. licet verbum præfentis. Et ita etiam sentiunt Barba. & Corse. quibus locis. 4. col. hinc vers. secundo citabimus. & Franc. Luca. in tract. de priuile. fisci. in 2. parte prin. in 12. eadèque vlt. q. dum allegat Bar. in d. l. 1.

Qui negat verbu præfentis temporis esse latæ sententiæ.

De eadem re.

25 A quibus stant multi tex. iungentes verbis præfentis temporis huiusmodi dictiones, eo ipso, ipso iure, omnino, videlicet in lis cui lege, ibi, ipso iure non valet. ff. de testa. & in l. 1. ibi, & pleraque ipso iure non valet. ff. ad Sc. Velleia. & in c. si gratiose, de rescri. li. 6. & in c. si postquã, ibi, eo ipso viribus euacuatur, de elect. eod. lib. & in c. clericis, vers. prælaris, de immu. eccl. eo. lib. 6. & in c. 1. vers. omnè personam, de schisma. eo. quoque, lib. 6. Nã si verba præfentis tēporis, quib. illi tex. vtuntur, fuissent per se atque suapte natura latæ sententiæ, frustra additæ fuissent illæ dictiones, quæ latam sententiam demonstrant, vt postea dicemus, cõtra l. 1. §. sed hoc studiosum. C. de vere. iur. enu. cum simi. Ideo que additas fuisset, vt latam ipsam sententiam ostenderent.

26 Sed quod his respondeatur, in præptu est, nempe has dictiones adiectas fuisse, non quòd verbis deesset vis illa latæ sententiæ, sed ad maiorem certiorèque ac dilucidiorè latæ illius sententiæ declarationem, vt plerunque aliàs fit, id attestante glo. in re simili, in c. licet canon, in gl. 1. de elect. lib. 6. cum dicit, nec fuit hoc propterea superfluum, cum clarij expressimat, & ibi hoc quoq; not. Domi. & Phil. Franc. & est similis gl. in c. 1. in verbo, & filio, de sum. trini. & fide catho. eo. lib. 6. vbi etiã Domi. & Phil. Franc. no. non dici superfluum quòd clarij ac distinctius exprimit id quòd per se intelligitur. nam vt etiam dicit Panor. in c. solita, col. 2. vers. in gl. in verbo tanquam, extr. de maio. & obed. quandoque verba ponuntur tollendæ dubitationis causã, cum tamen tacite insint, per l. qui mutuam. ff. mand. cum multis concord. à me collectis in nostris cõmentariis consuetudinum Picta. tit. 2. c. 2. Modò id vnũ non omittamus, quòd iuriconsultus in l. 1. §. sed sciendum. ff. de adil. edic. tradit. ædiles in suo edicto tollendæ dubitationis gratia bis in arch. l. 1. §. id est, ex geminatione, idem (scilicet morbi vitii) dixisse, ne qua dubitatio superesset: nã & aliàs videmus nonnunquam binas, atque plures dictiones latæ sententiæ coniungi, vt in c. cum ex eo, in fi. de elect. lib. 6. vbi dicitur, extunc dictã pœnam ipso iure se no uerint incurfuros. Nam dictiones extunc, & ipso iure, eam vim latæ sententiæ habent, vt dicemus postea in 43. & 46. fal. futuri tēporis: imò & verbu incurfuros, per se eandem vim habet, vt dicemus etiam in 47. fallen. eiusdem temporis. Quin & aliquãdo videmus quatuor dictiones eiusdem roboris simul iungi, vt in c. excommunicamus. §. credentes, extr. de hære. vbi dicitur, extunc ipso iure sit factus infamis. nam præter illas, extunc, & ipso iure sit, per se est quoque latæ sententiæ, vt dicemus infra in 60. fallen. futuri temporis. sed & factus vt participium præteriti temporis, de quo etiam dicemus statim nu. videlicet 32.

27 Et sæpe aliàs dicemus has dictiones ipso iure, omnino, & similes latæ sententiæ annexi vbi bis præ-

Verba aliter quando ponuntur tollendæ dubitationis gratia, qua tacite insunt.

Comprobatio eiusdè.

vide n. 47. in p. v. ius.

terti temporis, quæ haud dubie sunt & latæ sententia, vt statim dicemus. nã id videre licet in l. scribit. §. item scripsit, ibi, ipso iure sit obligatus. ff. de auro & arg. leg. & in l. in suis hæredibus, cum dicitur, statim ipso iure hæredes existunt. ff. de suis & legit. vbi cum verbo futuri temporis ponuntur hæc duo, statim, & ipso iure, quæ sunt eiusdem significationis, vt postea dicemus in c. quifquis, & c. cõgregato, & c. dudum ecclesia, extra de electio. & c. cum olim, de maio. & obed. & c. de multa, de præb. & c. statutu. §. vlt. de rescrip. lib. 6. & c. r. in fi. de consue. eod. lib. 6. & in c. r. §. vlt. & c. auaritiæ, in fin. & c. fundamenta. §. quod si secus, de elect. lib. 6. & in aliis infinitis locis iuris, præsertim canonici. nec enim omnes volumus, nec possumus, nec etiam necesse est adducere. alios tamen videbis multos inferius num. 47. nec hæcenus, & aliis multis huius tractationis: nam & talia multa sæpius & postea occurrunt, in quibus id tibi præcipue menti tenendum est, quod in hoc versu, diximus.

28 Quibus addere potes quod scribit Hosti. in c. nimis iniq̃ua, paulò ante fi. extr. de excessibus prælat. satis fuisse dixisse in eo tex. vniuersi, quantum ad mentem, additur tamen & singuli vt occurreretur illorum malitiis qui ad detractandum bonum obedientiæ, friuolas, licet subtiles occasiones præterdunt, vt patet in c. eam te, extr. de rescrip. ideo si non dixisset, singuli, forsã aliquis assereret, quod non comprehenderetur sub hoc nomine, vniuersi: quia scriptum est aliud esse ius vniuersitatis, aliud singulorum. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Ex quo subinfert quod in literis, instrumentis & priuilegiis non possunt nimis specificari quæ specificanda sunt ad malignorum sophisticam interpretationem tollendam, vt ibi, & in c. ad audientiam, extr. de deci. & in c. in his, extr. de priuileg. Et hoc quoque repetit Io. And. in d. c. nimis, etiam ante fi. & Fel. qui alia quædam ad hoc adducit in c. venerabili, in 2. no. de offi. deleg. & in dict. c. eam te, col. 13. vers. ex his inferitur. Et facit text. in l. qui muram. ff. mand. quod quæ dubitationis tollendæ causâ inferuntur, ius commune non lædunt.

29 Si tamen hanc posteriorem partem teneas, quæ negat verbo præsentis temporis vim latæ sententiæ inesse, eam temperabis procedere, nisi ratio subiecti argumenti siue materiæ aliud suaderet. ea enim magis sequenda esset, quàm vis ac natura & proprietates verbi, vt sic esset potius ferendæ quàm latæ sententiæ, secundum Imo. in c. si quis, extr. de vit. & hone. cleri. Quod cõfirma ex iis quæ latius statim dicemus in verbo præteriti tẽporis. in 2. fallen.

30 Limitabis itẽ procedere, nisi verbo, agit, quod est huiusmodi temporis, adiciatur dictio nihil, ita videlicet, nihil agit, quia haud dubie intelligitur ipso iure, per tex. in l. vlt. in verbo, nihil agit. ff. de libe. & posth. Ex quo not. Bal. quod sententia lata super libello inepto, est ipso iure nulla, & sequitur Barb. in c. super literis, col. 26. de rescrip. & in c. prudẽtiã, de offi. deleg. & consi. 44. scribitur apud Prophetam, col. 2. lib. 1. quibus dicit idem si dicatur, frustra agit, per text. in l. fideiussor. ff. de nego. gest. & sequitur vtrunq̃ue Anto. Corse. in suis singu. in verbo, nihil agit, vbi & pro posteriore dicit facere text. in l. nisi. ff. de tute. & ratio. distra. vbi Bal. illud idem colligit, quod supra ex eo diximus, videlicet nullam esse ipso iure sententiam laram super inepto libello. Sed & pro priore est bonus text. in §. i. iunctis ibi no. per doct. Insti. quib. ex cau. manu. licet. Ceterũ de posteriore, videlicet de dictione frustra, latius infra dicemus in 38. fallen. Cõstat autẽ apud omnes dictionẽ nihil, esse vniuersalem negatiuam, per l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & diximus supra in verbo, susceperit liberos, versu. 83. horum omnium.

In literis, instrumentis, & priuilegiis omnia diligenter specificanda.

Dictio nihil, aut frustra, addita verbo agit, quid importet.

31 Poteris & tu hanc posteriorem sententiam, si eam sequi velis, iisdem modis limitare, quibus & inferius limitabimus, quod statim dicemus de verbo futuri temporis. Nam si ea obtinent in futuro, quod citra omnem controuersiam est ferendæ sententiæ, vt ibi videbitur, multo magis & in præteriti, quod multorum & quidem numerosiorum opinione est latæ sententiæ, obtinebunt. Sed iam ad reliqua pergendum est.

32 Verbum & participium præteriti temporis etiam in dubio est latæ sententiæ, vt de verbo est gl. in d. l. iubemus nulli. §. œconomus, super verbo, priuatur, & ibi Bart. qui dicit illam glo. esse notandam & signandam, & Bald. & alij. C. de sacrosan. eccl. & glo. in l. in criminali, super verbo, habeatur, in fi. & ibi Bald. & Ange. C. de iurisd. om. iudi. & glo. in l. si quis maior, in verbo, priuatus. C. de transact. gl. in dict. l. si quis in tantam, quo loco supra allegauimus, & ibi etiam Bart. & Bald. col. pen. & Ange. C. vnde vi. & glo. in c. 2. §. inhihemus, in verbo, innodari, & ibi Phil. Fran. de hæret. lib. 6. Bart. in d. auth. qui semel, ad fi. C. quomo. & quan. iud. & in l. extat, col. vlt. vers. sed vtrum creditor. ff. quod met. cau. & in l. Mæuius. §. duobus, colum. vlt. ff. de leg. 2. & in l. si quis maior. C. de transact. Bald. & Saly. in auth. incertitas. C. de incest. nupt. in lect. anti. & idem Bald. in auth. in donatione. de C. sec. nup. in 2. lect. & in c. at si clerici, col. pen. extr. de iudic. & in addit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. q. Salyc. in l. decernimus, post prin. C. de sacrosan. eccl. Imo. in c. vlti. de transact. & in c. si diligenti, col. 2. vers. in gl. perdant, extr. de for. compe. & in c. vlt. col. 17. vers. sed certẽ vbi statutum. extr. de præscri. & in cap. si quorundam, col. 3. de solu. Mart. Laud. in c. 1. §. illud tamen, post prin. & ibi etiam Card. Alexan. in §. item qui domino, etiam post prin. tit. que sit prima cau. bene. amit. Anto. consi. 4. Iesu Christi, & c. viso testamento, in prin. Io. Plat. in d. l. pen. col. 1. C. de dignit. lib. 12. Aegid. Bellame. d. consi. 9. & Pan. in c. nouit, in fi. extr. de iis quæ sunt à prælat. sine consen. cap. Io. Ray. in d. §. poena, in 8. q. primæ partis, tit. de prohib. feud. ali. per Fed. Fran. Cre. d. not. 7. Cor. consi. 89. viso supra dicto puncto, col. pen. lib. 3. & consi. 40. viso processu, colum. 4. vers. ex quibus verbis, lib. 4. Iaf. consi. 46. pro fisco regio, in prin. lib. 3.

In dubio verbum & participium præteriti temporis, est latæ sententiæ.

De participio.

33 De participio voluit gl. in authen. cassã, in prin. C. de sacrosan. eccl. & in dict. l. si quis maior, in verbo, priuatur, & ibi Bar. col. vlt. & Salyc. col. 1. C. de transact. & in l. vlt. in verbo, constituiti. C. loca. & in cap. cum in cunctis. §. vlti. in verbo, priuatos, extr. de elect. & in c. quoniam, in verbo, mucrone percussum, extr. de offic. ord. & in c. extirpandæ. §. qui verò, in verbo, priuatum, & ibi quoque Inn. Hostien. & alij extr. de præben. & in cap. ita quorundam, in verbo, subiectos, extr. de iudæ. & in c. grauem, in verbo, priuatos, extr. de senten. excom. & in c. administratores, in verb. priuatos. 23. q. 5. & in c. vlt. in verbo, suspensum, de tempo. ordin. lib. 6. & in clem. sæpe, ad fi. in verbo, irritus, & ibi Imol. col. vlti. de verbo, signifi. Innoc. Host. & Ioan. And. in cap. ad falsarium, omnes in verbo, innodatos, extr. de crim. fals. Hostien. in cap. licet, col. vlt. extr. de voto. Bart. in l. imperato. ff. de iure fisci. Panor. in cap. si diligenti, colum. 8. super glo. in verbo, perdant, extr. de foro compet. Paul. Castr. consi. 68. in casu præsentis puto sic dicendum, lib. 2. Corn. consi. 246. videtur in hac consultatione, post prin. lib. 3. & Card. Alex. in c. in nomine domini, colum. 4. vers. nota ex tex. ibi, à liminibus. 23. dist. & Alcia. in l. postquam, in verbo, irritum. C. de pact.

34 Hæc tamen procedunt, nisi lex quæ poenã imponit, veniat ad interpretationem legis veteris, quæ eandem poenam imponit, sed non ipso iure: nam tunc

Quando poenam ferendam sententia.

sententia inducant, & non lata.

De eadem re.

tunc verbum præsentis (vt vtrunq̃ue iungamus) & præteriti temporis quo noua hæc lex vtitur, ita temperatur à lege veteri, vt canonem ferendæ tantum sententiæ, non etiam latæ inducat, vt voluit Franc. Aretin. qui monet perpetuo menti tenendum, in c. 2. per illum tex. iuncta glo. in verbo, sequestratus, extr. de foro compet.

35 Sed hîc tamen aduerte: nam si lex noua nihil aliud operaretur aut induceret, quàm quod semel statutum est in lege veteri, crederem tunc verbum præsentis aut præteriti temporis positum in noua lege esse intelligendum, vt præter id quod iam statutum est, inducat canonem latæ sententiæ, ne frustra fuisse facta hæc noua lex videatur, sed potius aliquid noui adderet, per not. per Bar. & alios in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infect. cum multis similib. à me latè congregatis in nostro tractatu Retractuum, tit. 1. §. 9. glo. 2. nu. 56. incip. contrarium tamen. Nam si id obrinet in verbo futuri temporis, quod suapte natura est ferendæ tantum sententiæ, vt hoc casu latè efficiatur, vt postea dicemus in 3. fallen. futuri temporis, multo magis in iis verbis præsentis & præteriti tẽporis, quæ per se sunt latæ sententiæ. At si hæc noua lex aliquid aliud noui adferat, crederem tunc eam sibi mutuari interpretationem ferendæ sententiæ à veteri lege, ex sententiã Aretin.

36 Fallit secundo & generalius, vbi per alia iura constaret quod huiusmodi verba præsentis vel præteriti temporis essent ferendæ sententiæ: tunc enim perdunt vim suam, & accipiunt interpretationem ab illis iuribus, vt asserit Saly. in l. cum posteaquam. C. de pact. & Panor. in d. c. 2. in fi. de foro compe. ita illum tex. & gl. simpliciter intelligens, indẽque subinde inferens huiusmodi verba esse semper intelligenda secundum subiectam materiam. & rursum idem Pan. in c. si diligenti, col. 8. in gl. in verbo, perdant, & ibi etiam Imo. col. 2. vers. in gl. perdant, eod. tit. de foro compe. Phil. Dec. in l. 1. col. 3. vers. quoniam not. C. de secun. nupt. & Alcia. in d. l. cum posteaquam, vbi supra. C. de pact. Et optimè facit quod in simili dicemus infra in 12. fal. futuri temporis. & iterum in 60. & 71. fallen. quod & hac ratione confirmo. Nã hæc verba in dubio sunt eius naturæ, vt sint latæ sententiæ. At si ex aliis iuribus aut ex subiecta materia euidenter appareat latam eo casu esse sententiã, nihil amplius de illo dubio est disputandum, cum in incertis non certis locus sit coniecturis. l. continuus. §. cum ita stipulatus. ff. de verb. oblig.

De eadem re.

37 Et aliàs etiam videmus verba impropria significationem assumere ex subiecta materia. l. si vno, in prin. & ibi gl. & Bar. & Bal. & iterum l. si lege. ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vsur. l. damni infecti, omnium eius capitis postrema, in prin. & ibi Ang. ff. de dam. infect. & l. sed & si possessori. §. 1. vers. sed & si rerum. ff. de iureiur. & cap. constitutus, extr. de relig. domi. & per Bart. in l. 1. C. de nego. gest. cum multis simili. cõgestis à Steph. Phed. in lib. de legum interpretatione, parte 3. char. 2. vers. amplius licet à verborum, & Iaf. in l. 3. in 2. not. C. de transact. & in l. stipulatio ista habere licere. §. hi qui sunt, col. 1. & seq. ff. de verbo. oblig. & Cano. præsertim recen. scilicet Felin. & Dec. in cap. nam concupiscentiam, extr. de constit. & in c. quoniam ab. extra de offic. delega. & ipse Dec. in l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. & consi. 388. verba laudi, col. 2. & vlti. & Hippo. Marfi. singu. 510. verba in dubio. Nicol. Eueral. latissimè in locis legalibus, in loco à subiecta materia. & Geor. Nata. in repet. clem. sæpe, in prin. col. 2. vers. quartò limita, cum multis seq. de verb. signifi. & Alcia. qui totum hoc argumentum elegantissimè, vt cætera omnia, tractauit, libro 2. de verborum signific. statim post prin. vt interim non omittamus quod scribit Bald. consi. 434. pactum, colum. 2. lib. 1. verba

esse intelligenda secundum naturam. 38 Idque etiam procedit vbi verba sunt prægnantia, vt nostri appellant: ea enim nihilosciscius intelliguntur & restringuntur secundum subiectam materiam ex sententiã Alex. consi. 35. viso processu, col. 4. vers. circa tertiam particulam, lib. 4. & Dec. in d. l. quoties. Sed & procedit in materia in qua fit stricta interpretatio, vt per quædam ex dictis iuribus respondit Alex. consi. 5. puto de iure, col. 2. lib. 4. & Philip. Dec. vbi supra & iterum consi. 278. non leuis perplexitas, col. 4. vers. decimò, & in l. 1. in addit. col. eiusdem addi. i. C. qui admit. Et id satis probatur ex eo quod supra diximus ex Bald. in d. rub. de rescrip. Et huc etiam faciunt quæ diximus supra in verbo, præsentis temporis, vers. 29. incipien. si tamen hanc posteriorem, & dicemus infra nu. 48. 82. 96. 108. 132. 150. 166. 183. 242.

Verba prægnantia.

39 Verbum autem & participium futuri temporis est canon ferendæ sententiæ, non latæ. gl. Bar. Bal. & alij in d. l. iubemus nulli, gl. in l. 1. & ibi Fran. Aret. C. ne lice. poten. & in d. l. criminali, & ibi Bald. Bart. Saly. Ang. & Pau. Cast. C. de iur. om. iud. gl. in auth. habita, in fi. C. ne fili. pro pat. & in d. l. si quis in tantam, vbi supra, & ibi quoque Bart. & Ange. C. vnde vi. gl. in cap. quifquis, super verbo, fiat, & iterum in verbo, suspendantur, & ibi Pano. col. 2. extr. de electio. & glo. in c. quia propter, in verbo, priuentur, & ibi etiam Panor. extr. eod. tit. & in c. 2. in verbo, afficiant, extr. de ali. iud. mut. cau. fac. & in c. si diligenti, in verbo, causam perdant, & ibi Ant. & Pan. extr. de foro comp. & in c. clericus neque: extra de vita & honest. cler. & in c. cū tu, in verbo, priuandos, & ibi etiã Host. in prin. extr. de vsur. & in c. vlt. & ibi Ioan. Ana. col. 2. ext. de hæret. & in c. extirpandæ, in verbo, priuati, extr. de præb. & in c. grauem, in verbo, abscindat, extr. de excels. prel. & in c. cū infirmitas, in verbo, arceatur, & ibi Inn. Host. Io. And. & Pan. ext. de pœnit. & remis. & in c. cupientes. §. si verò in discordia, in verbo, priuentur, & iterum in §. vel si personas, in eodem verbo, de elec. lib. 6. & in d. c. 2. in verbo, inhihemus, & ibi quoq̃ Phil. Fran. de here. eo. lib. 6. & in c. in poenis, in gl. mag. ante fi. de reg. iur. eo. lib. 6. & in extrauag. execrabilis. §. qui verò deinceps, in verbo, ipso iure priuati. Archid. & Card. Alex. in d. c. inolita. 11. q. 1. Bar. in d. l. Mæuius. §. duobus, col. vlt. ff. de lega. 2. & in d. auth. qui semel, & in d. l. extat, & in l. imperator. ff. de iure fisci. & in l. 1. col. 2. vers. secundo quæro. C. de poena iudi. qui malè iud. & in auth. vt defun. seu fune. eor. & ibi etiã Ang. vterque in prin. Collect. in c. propterea, col. 1. ver. quid si lex, extr. de verb. signi. Bal. in l. 1. §. si pecunia. ff. de pos. & in d. l. 2. in addi. in 3. q. C. de iure emphy. in dict. auth. in donatione. C. de secun. nup. in 2. lect. & in c. cū in causa, col. 1. extra de iura. calum. & in c. 1. §. denique, tit. que fuit pri. cau. benef. amit. & in c. 1. §. si quis miles, in verbo, amittat, tit. de feud. sine cul. non amit. & in addi. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. q. & in d. consi. 9. col. 3. lib. 1. Ang. in §. si quis autẽ, in auth. de here. & Falcid. & in §. 1. ante fin. in auth. vt hi qui obli. se hab. perhi. res minor. & in §. si verò expectet, in auth. de nup. & in §. 1. in auth. de incest. nupt. & in §. vlt. in fi. auth. de litig. & consi. 37. multũ consi. dero, col. vlt. Pet. Anch. inter cõsi. Cald. tit. de feud. cõf. 6. incip. an ex iniuria, in fi. Salyc. in l. cum postea. C. de pact. & in l. vlt. col. pen. C. de iure emphy. & in auth. incestas. C. de incest. nupt. & in d. l. decernimus. C. de sacrosan. eccl. Anto. consi. 22. visis punctis, col. 1. & consi. 58. constitutione regni, paulò ante fin. Imo. in c. si diligenti, col. 2. vers. in glo. perdant, extra de foro compet. & in dict. c. vlt. loco supra allegato, de præscrip. & in d. c. si quorundam, col. 3. extr. de solut. & Mart. Laud. in dict. c. 1. §. illud tamen, & ibi quoque Card. Alex. in §. item qui domino, etiã in prin.

Verbum & participium futuri temporis, est ferendæ sententiæ.

tit. quæ sit pri. cau. bene. amit. Pau. Cast. conf. 8. quæstio ista vertitur, col. vlt. lib. 2. Rom. d. sing. 2. & conf. 212. quod ad primum, colum. vltim. Aluar. in cap. 1. col. 2. tit. de feu. sine cul. non amit. Pan. latè in c. clericis, in primo not. & iterum col. vlt. extra ne cleri. vel monach. & in c. 1. & ibi etiam Ioan. Ana. extr. ne pralat. vices suas. & in c. licet de vitanda, col. 3. in 7. not. de electio. & in c. vlt. col. 2. ext. de iuram. calum. & in c. in quibusdam, in fin. extra de pœnis, & in c. nonnulli. §. sint & alij, col. 3. extra de rescrip. Roma. conf. 212. quod ad primum dubium, paulo ante fin. Cepol. conf. causarum ciuiliu. 59. spectabiles domini, col. pen. Ioan. Ray. in d. §. pœna, in 8. & 10. q. primæ partis prin. tit. de prohib. feud. alie. per Fedè. & in §. præterea si quis, in 19. q. eod. tit. Ioan. Ana. conf. 32. vltra alia dubia, in prin. Fran. Cre. d. not. 7. Mathes. not. 115. nota quod vbi. Maria. in c. Iudæi, le 2. extra de Iudæ. & conf. 22. omnipotens Deus adfit, sequendo ordinem, post prin. Alex. conf. 92. perspectis diligenter, col. 3. vers. nisi quando vasallus, lib. 6. Barb. in repet. c. Raynaldus, col. 94. extr. de restam. & conf. 12. scribitur apud prophetam, col. 3. lib. 1. Corn. conf. 237. in hac cõsultatione, col. 2. vers. & quando, lib. 1. & conf. 119. circa primum, col. 7. lib. 2. & conf. 165. circa primum, col. 6. vers. & licet verba, eo. lib. 2. & conf. seq. quatuor vertuntur, col. 2. vers. quamuis verbum, eod. lib. 2. & conf. 196. pro parte inquirentis, in fi. eo. lib. 2. Cepo. conf. 23. spectabiles domini, col. 4. vers. sed quando pœna. & Guid. Pap. in statuto Delphinali, incip. si quis per litteras, in verbo, multabitur, in princ. Card. Alex. in c. 1. §. vasallus, tit. si de feud. fuer. contra. inter domi. & agna. & in c. 1. §. callidis, col. 2. tit. de prohib. feud. alien. per Feder. & in c. quoniam, col. 4. distin. 100. & in cap. presbyter, col. vlt. r. q. 1. & in c. si quis episcopus, 7. q. 1. Ias. in l. rem quæ nobis, col. pen. ff. de acq. possel. & in l. 1. §. sublata, in priore lect. col. 2. & in 2. lect. col. 4. ff. ad senatusconf. Trebel. & conf. 148. videretur in præsti dubio, col. 3. vers. prædicta fortius, lib. 4. Ex quo Fran. Curt. iunior in l. traditionibus, col. 3. nu. 23. C. de pact. dicit verbum futuri temporis sua natura non esse directum.

De participio
40 De participio quoque voluerunt multi ex iis quos supra citauimus, & alij præterea, & inter eos gl. in l. improbum. C. ex quib. caus. infamia irrog. & glo. in c. cum tu, in verbo, priuandus, extra de vsur. & in d. cle. sæpe, in verbo, irritandis, de verb. signifi. Hosti. in d. c. licet, col. vlt. extra de elect. Panor. in c. cum ecclesia, col. 3. vers. nota ibi irritandum, extra de cau. poss. & propriet. Alcia. in cap. 1. col. 1. tit. quæ fuit pri. cau. benef. amit. & omnes vbi que.

Futurum tempus
41 Vides igitur multos, & eos quidem maximæ autoritatis, & in iis glo. ordin. vtriusque iuris & ciuilibus & canonicis, in ea esse sententia, vt futurum tempus suapte natura ferendam sententiam, non etiam latam significet: & nemo omnium quos hæc tenus legimus, nisi nos fallat memoria, contradicit, præter Barb. qui, vt est leuis atque inconstans ingenij, contrarium, sibi & omnibus contrarius, probare nixus est, in dict. c. si diligenti, extra de foro comper. sed leuioribus argumentis & rationibus, quam vt opus sit eas palam infringere.

Verbum futuri, quando sit lata sententia.
42 Fallit tamen ea regula multis modis: Primo vbi natura iudicij intentandi repugnat pœna in famiæ, quæ irrogatur per verbum futuri temporis. tunc enim centeri debet imposta ipso iure, ne adulteretur (nam & hoc verbo in hac significatione vti auctoritate Nasonis factu. lib. 1. nobis permiffimus) natura actionis & iudicij. Ita eum ad hoc expendit rex. in d. l. improbum. C. ex quib. cau. infra. Franco. Aret. solus omnium, ni fallor, in ea ipsa l. dicit; sing. not. Et ad hoc certè optime facit ille text. iuncta glo. ibi enim dicitur quod improbum fœnus exer-

centibus pœna infamiæ irroganda est, & glo. ibi intelligit ipso iure: aliàs enim, inquit, non posset infamari, nam cum conditione indebiti, vel sine causa, vel ex lista tantu possit conueniri ad repetitionem vsurarū, & ipsa non infamet, per l. cessat. ff. de actio. & oblig. necesse est vt ipso iure sit infamis. & ita illam sequuntur & declarant Cyn. Bal. & Saly. ibi.

43 Secundo fallit, generalius ex sententia illius gl. à paucis in hoc annotatæ, in d. l. improbum. vbi lex, vel alia dispositio, quæ vitur verbo futuri temporis, esset illusoria, nec aliàs posset habere effectum, quam si intelligatur ipso iure. Et hoc ita quidem confirmatur. Nam verbum cuiuscunque temporis, si non possit operari in suo tempore, ad aliud trahendum est, in quo poterit operari. I. si debitor. §. verisimile. ff. de contrah. empt. & in l. qui Romæ. §. Augerius, vbi Alexan. ff. de verb. oblig. & l. quoties in stipulationibus. ff. eod. iuncta l. cum certus. ff. de vino, trit. & oleo lega. & voluerunt Barto. Angel. & Alex. in l. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. cum concor. quos videbis in nostro tractatu cui titulus est, nihil frustra.

44 Terriò fallit (& hoc quidem ex eodem fonte manat) si cum esset lex vel alia dispositio vtens verbo futuri tēporis, superuenit alia idem per omnia disponens, vtēnsque & ipsa futuro tempore. Nam tunc, vt ista posterior constitutio aliquid addat ad primam, erit verbum illud futuri temporis quo vitur, lata sententiæ, secundum gl. not. in c. dispendia, in verbo, processus valeat, de rescrip. lib. 6. quam ibi omnes sequuntur in eo quod interpretatur illa verba, nec processus valeat, scilicet ipso iure, sed nullus expendit rationem illius. nam aliàs, inquit, nihil videretur hæc constitutio addere.

45 Hoc autem generale est, vt vltima constitutio, siue quæuis alia dispositio idem statuens quod prima, ita debet interpretari, vt aliquid addat ad primam, ne sit superuacua, vt not. per Bar. & alios in l. 4. §. ait prætor. ff. de damno infect. & in l. 2. ff. de vsucap. cum infinitis propè concord. à me collectis in dicto tractatu nihil frustra. Quibus addes vnum quod huc proximè accedit, quod licet aliàs pactum de non petendo non tollat actionem ipso iure. I. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & §. præterea, Instit. de excep. & Bald. in rub. extr. de offi. iud. col. 3. vers. quæro nunquid per pactum, cum similib. hoc tamen fallit, cum sit ei qui aliàs erat tutus exceptio, ne, puta Macedoniani vel Velleiani, quia tunc tollit ipso iure, ne sit superuacuum. ita voluit gl. in l. legitima, in gl. magna circa med. ff. de pact. & ibi quoq; Odo. Bald. in vtraque lect. qui id dicit not. dignum Ang. Pau. Cast. Alex. & Ias. qui id assignat robori & naturæ duplicis vinculi, & dicit no. & sing. & omnes propè ad fi. & idem quoque Ias. in d. §. pactus ne peteret, col. 2. vers. vltra alios. Ex hocque dicit Ant. Corf. in tractatu de verbis geminatis, col. 7. vers. 45. quod geminatum pactum de non petendo, tollit actionem ipso iure, licet simplex non id efficiat. Et hoc confirmatur ex his quæ dicam in seq. fal.

46 Quarto fallit, vbi etiam in eadem constitutio- ne esset duplex siue geminatum verbu futuri temporis. Tunc enim est lata sententiæ. Ita voluit Bald. loquens in iis verbis, cassentur & irritentur, in titu. de pace Constantiæ, in vers. hoc quod nos, in verbo, cassentur, quod dictum sequitur & singu. dicit Rom. d. singu. 3. & in repet. l. si verò. §. de viro, in 13. fal. ff. solu. matr. & Corn. conf. 67. plenè quidem & egregiè, col. 2. lib. 1. & cõsi. 208. circa præsentem cõsultationem, col. pe. vers. accedat quod not. eo. lib. 1. & conf. 59. diu post consiliu. col. 2. vers. geminata, lib. 2. vbi hoc dicit not. & conf. 86. quamuis videatur, col. 2. lib. 3. & conf. 95. diu post reddidit, col. pe. lib. eod. lib. 3. & conf. 158. videtur in hac, col. vlt. lib. 4. & Alex.

Lex vlt. lia dispositio illufo. ria.

Lex addit ad primam.

De eadem re.

Pactum de non petendo quando tollat actionem ipso iure.

Duplex siue geminatum verbu futuri temporis.

& Alex. in addi. Bar. in d. l. imperator. ff. de iure fisci. & conf. 116. visis quæ subtiliter, col. vlt. lib. 6. Barth. Cepo. in l. irritam, quæ est vlt. post prin. de vsucap. pro dona. vbi id dicit sing. & iterum cõsi. causarum ciuiliu. 66. Titius procreauit, col. 12. vers. quinto modo. Franc. Curt. senior. conf. 3. super verbis, post princ. vbi & hoc dicit sing. & conf. 4. cum impræsentiarum, col. 4. vers. quinto ad idem dum allegat Bal. vbi supra Soci. conf. 249. materia, col. 10. vers. primò in effectu, lib. 2. & Ant. Cochus inter conf. illius, conf. 101. quia per superscriptos, col. 2. lib. 4. Card. Alex. in dict. c. 1. §. callidis, col. 2. tit. de prohib. feud. alie. per Fed. vbi hoc reputat not. & in c. quoniam, post princ. 18. dist. 1. & Vital. Camb. in tract. clausularum, in tit. enuntiatua verba confessionis extra ius ad liberandum, char. 3. vers. secundo, nisi confessio. Ias. in l. 1. in prin. col. 9. in fi. 2. no. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. & in d. l. non dubium, in 10. not. C. de leg. & in l. cum posteaquam, in 3. not. C. de pact. & hoc quoque dicit sing. & in l. manifestè. in fi. ff. de iureiur. vbi id dicit procedere generaliter, vbi lex vitur dictionibus geminatis, licet verba non sint. & conf. 54. circa primum dubium, col. 1. lib. 3. & Fely. in c. si cautio, col. 12. vers. & dicit Bal. & iterum in c. Rodolphus, col. 23. vers. prædicta etiam plenius, extra de rescrip. Philip. Dec. in auth. casta, col. 1. C. de sacrosan. eccl. vbi hoc dicit sing. & in c. vt nostrum, in 4. not. extr. de appell. & conf. 138. cuius superscriptio incipit, verba ista ipso facto, post prin. & conf. 328. viso casu proposito, col. 1. vbi & hoc dicit singu. & iterum col. 3. vers. nec videtur ob stare. Corfe. in d. tract. geminatorum, vers. 76. qui est omnium vlti. Hippo. Marsil. conf. 2. altissimum refugium, col. 3. vers. & quod dicta inquisitione, lib. 1. & Nicol. Eueral. in locis legalibus, in loco à geminatione locutionis vel actus, col. 4. & Catel. Cot. qui & hoc dicit sing. in memor. incip. geminatio verborum. & iterum in memoriali huius capitulis, verbum futuri temporis. Ferdin. Loaz. in repet. l. filiusfam. §. diui, col. 4. vers. hinc etiam dici solet. ff. de leg. 1. Anto. Rube. conf. 147. viso instrumento transactionis, col. pe. Frã. Curt. lun. in l. more, nu. 95. ff. de iurisd. omn. iud. Et id quidem est, vt omnes asserunt, propter verboru geminationem, quæ debet aliquid operari, per illam vulgatam l. balista. ff. ad Trebel. cum aliis multis similibus & concord. à me latè cumulatis in d. tractatu, nihil frustra.

47 Nec hæc tenus reperi qui de hac re dubitaret, præter Feli. & Phil. Dec. sibi in ea re malè cõstantes, illum in cap. vlt. col. 1. extr. de offi. deleg. hunc in d. l. cum posteaquam, post medium. C. de pact. ea ratione motos, quod ratio quæ est in primo verbo futuri temporis, eadem est in secundo. & allegant præterea tex. in c. nullus primas. 9. q. 3. vbi dicitur, irritu erit & vacuum. & gl. ibi, interpretatur, irritum, id est irritandum. Et hæc quidem sententia confirmatur ex tex. in l. statuiimus, in fi. C. de episc. aud. cum dicitur, extunc irritas decernimus & inanes. Nā dictio extunc, est latè sententiæ, vt postea dicemus nu. 141. quadragesimo tertio. Ideoque ea frustra apposta fuisset, si illa duo verba geminata latam quoque sententiam significassent. Et in c. dudum, vers. si verò nulla. de præben. lib. 6. vbi est similis text. & in c. statutum. §. vlt. de rescript. lib. 6. vbi ita scribitur, sit ipso iure irritum & inane. & similis tex. in c. mulieres, quod est 2. in fi. de iudic. eo. lib. 6. & in c. vlt. §. vlt. in fi. de offi. deleg. eod. lib. & in cle. 1. §. propter quod, vers. duro, de hæret. & in cle. pastoralis, in fi. de sent. & re iudic. in illis verbis, declaramus fuisse & esse omnino irritos & inanes. nam & hæc dictio omnino, est etiã lata sententiæ, vt dicemus in fal. 18. etiam ex text. & in cap. accepimus, ibi, omnino friuolas & inanes esse decernas, extra de pact. & in cap. funda-

menta. §. quod si secus, de elect. li. 6. vbi ita scribitur, irrita prorsus exnunc & vacua nunciamus. & in c. quorundam, in fi. de elect. lib. 6. cum dicitur, omnino decernimus irritum & inane. & in c. 2. in fin. de iud. eo. lib. & in c. vlt. in fi. de offic. deleg. eo. lib. & in c. vlt. in fi. princ. de offi. delega. co. ite lib. & in cle. 1. in fi. de rescri. & in cle. 1. de elect. & in cle. 1. ibi, extunc etiam inane decernentes & irritu, de concef. præb. 48 Sed si veram esset quod dicunt Feli. & Dec. in prima ratione illius posterioris sententiæ, perirent omnia quæ vbi que de verborum geminatione scripta sunt. Tex. autem & gl. in d. c. nullus primas, non probant contrarium prioris sententiæ. Nā primam ea glo. dubitat vtrum ille tex. intelligatur ipso iure, an per sententiam, vt ibi videre licet. Et si per sententiam intelligatur, fatetur improprie accipi, sed id fieri propter subiectam materiã, & ex aliis iuribus, iuxta ea quæ supra diximus in 36. vers. incip. fallit 2. & generalius. Nam & dictio irritum, simplex & per se, & sine adiectione alterius latam sententiam declarat, vt nuncupatim voluerunt Hosti. & Io. And. in cap. tua nuper, in verbo, irrita, de his quæ sunt à præla. Bald. in c. constitutus, col. 1. in verbo, irritum, extra de rescrip. & in auth. non licet. post prin. C. de liber. præter. & iterum in auth. ex causa, col. 3. vers. his igitur. & seq. & ibi recentiores, eo. tit. & in c. 1. §. si verò, in verbo, ad irritum reuocabatur, titu. qual. olim. feu. alien. pot. Saly. in l. cum posteaquam. C. de pactis. & Cepola in d. l. irrita, post prin. ff. de vsucap. pro dona. & Aegid. Bellam. conf. 3. circa materiam, col. antepen. vers. secundo modo. Panor. in c. quifquis, in 1. not. extra de elect. & ante hos gloss. in cle. sæpe, ad fi. in verbo, irritus, & ibi Imo. col. vlt. de verb. signifi. & ante hanc gl. in c. cum dilecta, in verbo, irritum, extra de rescrip. & alia in c. congregato, in verbo, irrita, de elect. & in c. vlt. in glo. vlt. de sup. negli. prælat. & in c. inter cætera, in verbo, irritum, de præb. & in c. de iure, in eodem verbo, & ibi quoque Hosti. extra de iure patro: & in c. vlt. in glo. vlt. extra de restit. spol. & alia in c. inter dilectos, in verbo irritam, extra de excel. prælat. Et est bonus tex. in l. cum sententiam. C. de sent. & interloc. omn. iudic. quem ita intelligunt Bar. & Ange. ibi in summano. Et satis patet ex his quæ supra diximus de verbo & participio præteriti temporis, cuiusmodi id est. Et tamen interdum ex subiecta materia impropriatur, Impropria tunc tamen interdum ex subiecta materia.

Impropriatur, vt præter glo. in d. c. nullus primas, probat etiã tex. in l. iuncta gl. in verbo, irrita, & ibi quoque Saly. Cod. de rescind. vendi. & tex. in l. non omnia, & ibi etiam gl. ff. de mino. & in d. l. cum posteaquam; & ibi Saly. C. de pact. Sed & quod plus est, istud interdum procedit, etiam si huic dictioni irritum, sit additum ipso iure, vt nihilominus ex subiecta materia intelligi debeat pro irritandū, vt probatur ex c. auditis, & ibi gl. in verbo, postfacto, & Host. in verbo irrita, extra de elect. Sed & è diuerso Io. Andr. ibi volens etiam seruire subiectæ materiæ, exponit irritandum pro irritam denuntiandam. Quod autem cum eo verbo non solum simplici, sed etiam adiuncto cum alio verbo nonnunquam ponuntur & aliæ dictiones etiam lata sententiæ vim habentes, id fit ad maiorem certiorémque rei significationem, vt supra in simili diximus vers. 25. in cip. sed quod his.

49 Tamen pro sententia Felini & Decij potest & illud adduci, quod & Felin. ipse assert in d. c. vlt. de offic. deleg. scilicet, quod non potest dici geminatio efficax, & vt nostri dicunt, effectualis, id est, quæ habeat vim & effectum geminationis, vbi non est temporis interuallum, vt clarè patet ex eo quod voluit gloss. not. in l. si conuenerit. ff. de pign. actio. vbi tria interpellatio nullo interuallo facta habet vim vnus tantum interpellationis, cum aliis multis

Dictio irritum, sine adiectione alterius, latam declarat.

Impropria tunc tamen interdum ex subiecta materia.

Geminatio non est effi cax, vbi no est temporis interuallum.

similibus adductis à Felin.vbi supra, & quæ nos latius congestimus in nostris consuetudinibus, tit. 5. §. 6. in gl. in prima limitatione. Et hac ratione motus Barb. in d. c. vlt. vers. idem quoque, extra de offi. deleg. reprobat dictum Bald. ibi, col. 2. in princ. scribentis, quod licet papa vel princeps in rescripto dicat, per te cognoscas, non per hoc intelligitur electa industria personæ, quin possit alteri subdelegare, quia illud pronomen per te, ponitur ad demonstrandum, non ad coarctandum. Sed si poneretur geminatè, verbi gratia, si diceretur, tu tu cognoscas, vel per te te cognoscas, intelligitur electa industria personæ. Nam vt dicit Barb. nihil operatur illa geminatio, vbi nullum est temporis interuallum. & idem voluit Thomas Parp. nullâ Barb. mentionem faciens, in repet. l. 2. §. quod si in patris, col. 1. ff. solut. matr. vt non immerito illam quoque Bald. decis. reprehenderint Card. Flor. & Imo. in d. c. vlt. ille in §. idem in 3. not. hic autem col. 1. Et hoc confirmatur ex tex. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argento lega. vbi non mutat substantiâ rerum non necessaria verborum multiplicatio, & l. balista. ff. ad Trebel. secundum vnam lecturam. & quod auctoritate eorum text. scribit Rom. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. dum reprehendit Bal. qui tradit in l. 2. C. de rescin. vend. tolli remedium eius legis per ea verba, donat omne id & torum quod pluris valet.

Actum hominum geminatis requirunt interuallum, &c.

50 Sed huic rei ita respondere poteris, quod actus hominum, ad hoc vt dicantur geminati, vniq; habeant geminationis, requirunt interuallum, verbi gratia, confessio, interpellatio, solutio, & huiusmodi similia nō habent effectum geminationis, etiam si fuerint sæpius repetita, nisi habeant interuallum temporis: & ita procedit glo. in d. l. si conuenerit. & alia similia loco prædicto allegata. At in geminatione verborum non requiritur interuallum, per text. in d. l. balista. secundum communioem lecturam. & in l. 2. §. quod ait le. 2. ff. qui satisda. cog. & not. per Bar. in repetit. l. 1. col. 4. C. de sacrosan. eccle. & Bald. in proemio ff. in prin. colum. vlt. & in c. cam. te, de rescript. cum multis similibus, quæ videbis in dictis nostris comment. tit. 22. §. 9. in glo. 2. in 6. q. Et ita huiusmodi obiectionem soluit Iaso. in dict. l. in prin. colum. 9. in fin. 2. not. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. & in l. pen. col. vlti. C. de pactis.

De eadem re.

51 Quamquam ipse Decius in d. l. penul. post prin. C. de pactis, scribit huiusmodi distinctionem non habere vrgentem rationem diuersitatis: ideo melius ait distinguere posse, quod vbi agitur de declaratione voluntatis, verba geminata magis ostendunt exuberantem voluntatem: sed vbi agitur de præiudicio tertij, videlicet ad conuincendam alterius contumaciam, vel vbi maior deliberatio requiritur, opus est interuallo. & ita procedit glo. in d. l. si conuenerit, & similia. Quæ etiam distinctio huc spectat ad probandum priorem sententiam, cum agamus de declaratione voluntatis ac sententiæ iurisconsulti, qui vsus est verbis geminatis.

52 Ideoque etiam illam Bal. doctrinam in d. c. vlt. de offi. deleg. qua scilicet dicit per hæc verba, tu tu, videri electam industriam personæ, quâ improbat Barb. ibi, vt supra diximus, secutus est tamen Pano. ibi, in si. prin. & ipse Barb. sibi cōtrarius in aliis multis locis, videlicet in l. 1. col. 22. vers. si dicatur. ff. de verbo. oblig. vbi & illam Decij differentiam ponit, quamuis Dec. illius non meminerit. & idem Barb. in l. Stichum aut Pamphilum. §. stipulatio, col. pen. eod. tit. & consi. 1. eo. lib. 1. & consi. 27. scripsit doctissimus, col. 21. eo. lib. 1. & consi. 37. illud adducit in medium, col. 3. eo. lib. 1. & consi. 51. scripsit sapientie fons, col. 14. vers. & si quispiam, eod. lib. 1. & consi. 39. clementissimi Dei, col. 2. eo. lib. 1. & consi. 15. præclare scribitur, col. 7. lib. 2. & consi. 28.

præclare scriptum est, col. 14. eod. lib. 2. & consi. 34. præclare optimus, col. 6. eod. lib. 2. & consi. 53. præclare scripsit, col. 1. penult. eod. lib. 2. & consi. 70. præclare scribitur, col. 3. eod. lib. 2. atque etiam Ant. Corset. illius discipulus in tracta. de verbis geminatis, col. 2. vers. octauo. vbi aliter respondet ad illud quod dictum est requiri interuallum ad vires geminationis, vt ibi videre poteris. & Corne. d. consi. 67. col. 3. lib. 1. & Iasin. d. l. 1. vbi supra. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. vbi id dicit singul. & paucis cognitur. & iterum in dict. l. pen. ad fin. C. de pact. & in l. 1. §. 1. tum in prima lect. ad fin. tum in 2. colum. item 2. vers. sed hoc vltimum, vbi hoc dicit singul. ad fin. ff. de acquirend. posses. & Hippol. Marfil. dict. consi. 2. altissimum. colum. 6. num. 59. lib. 1. Nicol. Eueral. in d. locis legalibus, vbi supra, col. 4. & Carrel. Cor. qui & id dicit singul. memoriali incipient. geminatio pronominis.

53 Et facit tex. in l. peregre. §. vlt. ff. de acquir. poss. cum dicitur, per nosmetipsos, non per alium. Nam ibi videretur probari per illa verba geminata nosmetipsos, omnino excludi quod per alios nomine nostro fit. Sed id non admodum tutum est, quia etiam sine geminatione huiusmodi loquendi formulam reperimus, vt in c. qui accusare, ibi per se non per alium. 3. q. 9. Quod autem pertinet ad illam Ro. sententiam in d. l. si quis cum aliter. Fran. Aret. ibi, col. pe. vers. item adde in quantum Bar. reicit illam Ro. rationem, & aliam eius sententiam comprobata refellit, vt ibi videre poteris.

Distinctiones metipsos, quid importet.

54 Quinto fallit, quando verbum futuri temporis profertur à testatore: verbi gratia, si hæres meus molestauerit uxorem meam, priuatur hæreditate. tunc enim intelligitur ipso iure, nec requiritur sententia. Ita vulgo allegatur voluisse Bal. in l. 1. col. 7. in lect. antiq. C. de his qui pœnæ nomin. Sequitur Fran. Cre. sing. 7. tu scis quod verbum, in si. Alex. in addit. Bar. in d. l. iubemus nulli. §. sanè si hoc, col. pe. C. de sacrosan. eccl. vbi & hoc dicit not. Ioan. Bapt. Castelin. in addi. Rom. in d. l. sing. 2. & in addit. Alber. in suo repertorio, in vers. verba futuri temporis. & Fel. in c. Rodolphus, col. 17. vers. priuatur, extrâ de rescrip. & vide quæ dicam in seq. fallen.

Verbum futuri temporis prolatis à testatore.

55 Sexto fallit, quando verba futuri temporis ponuntur in legibus siue aliis dispositionibus cōditionaliter loquentibus, exempli causa, si quid tale non fiat, actus coronat, quia tunc intelligitur ipso iure. Ita nuncupatim voluit Ang. consi. 36. pro decisione quaestorum, col. vlt. ea ratione fultus, quoniã propter cōditionis defectum, ipso iure deficit dispositio tam inter viuos, quam in vltimis voluntatibus. l. Mæuius, & l. qui hæredi. §. vlt. ff. de cōdit. & demō. & l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. & l. Iulianus. §. offerri, & l. qui pendentem vineam. ff. de contrah. emp. Et vide quæ dicam inferius in 15. fallen, vbi differemus de forma. Nã & conditio impleri debet in forma specifica: vt no. in illis primis legibus & secūdū hoc potest intelligi quod dicimus in preced. fal.

56 Septimo fallit, quado pœna priuationis imponitur propter omissionem actû extraiudicalem ex contractu faciendū, & huiusmodi pœna est tituli resolutiua, quia intelligitur ipso iure, quamuis dispositio vtratur verbo futuri temporis. Ita voluit Bal. qui omnes legum interpretes acumine ingenij superauit, in dict. l. 2. in addit. in 3. q. & ibi post eum Salyc. ferme ad verbum, col. 3. vers. & vt hic clarius. C. de iure emphyt. per text. ibi, & alios quos allegat & sequitur Fel. in d. c. Rodolphus, extrâ de rescrip. Nec abs re dictum est, quod pœna sit tituli resolutiua, quia si non esset huiusmodi, tunc non intelligeretur ipso iure, sed per sententiam, vt dicunt Bald. & Saly. in eodem loco, per text. in §. si verò tacuerit, in auth. vt hi qui oblig. res minor. se hab. perhi. Et subdunt,

subdunt, quod in dubio præsumitur tituli resolutiua, quando priuatio est à iure per contractum quaesita, & ipsi contrahenti profutura, vt ibi, quia tunc habet vim legis commissoria.

De eadem re.

57 Iaso tamen in d. l. 2. col. 4. ver. & ad contraria. & iterum in l. vlt. col. 32. ver. & tenendo hæc opinionem. C. eo. tit. allegas tantum Salyc. dicit simpliciter id procedere in emissionem actus extraiudicialis, nulla distinctione facta, vtrū pœna sit tituli resolutiua, an verò nō sit. Id quod etiam simpliciter dicit ipse Salyc. in d. l. vlt. col. pen. vers. non obit. l. & Pan. quem ipse Iaso non allegat, in c. si diligenti, col. 7. vers. in glo. in verbo, perdant, de foro compe. & Card. Alex. in d. §. callidis, col. 2. ad fin. tit. de prohib. feud. alie. per Feder. & Ludo. Bolo. qui hoc reputat sing. in addit. consi. 10. Ana. consi. 32. incip. præstantia domini, in prin.

Et relatum ad iudicē.

58 Octauo fallit, quando verbum futuri temporis refertur ad iudicem, quia tunc est latæ sententiæ, vt voluit Barr. in d. l. extat, col. vlt. ff. quod met. cau. & nulla illius mentione facta Anton. in c. clericis, per tex. & glo. ibi, extrâ ne cleric. vel monach. Id quod confirmatur ex eo quod tradit Ricard. Mal. in sua disput. incip. statuto cauetur. quam refert Io. And. in addit. Spec. tit. de iudic. deleg. §. restat. vers. quid si statuto. & in tit. de procur. §. nunc breuiter, vers. licet autem. Quod si statutu. mādatur iudici, vt causam intra certum terminum expediat, dirigendo scilicet verba in iudicem, quicquid post illi terminum expeditur, nullum est, per multa quæ ipsi allegant.

De eadem re.

59 Sed illud dictum Anto. in d. c. clericis, etiam si ne mentione Bar. vbi supra, reprehendit Panor. in eo ipso cap. nec id quidem iniuria, vt quod sit contra omnia iura, & etiam contrarium voluerit Bal. & Saly. in d. l. 2. C. de iure emphyt. in locis allegat. in præced. fallen. Et hanc opinionem corroborat quod voluerit Iac. Are. Cyn. Bar. Bal. & recentiores in l. properandum, in princ. C. de iudic. quod si tempus instantiæ statuitur iudici, & non parti, valet quod facit iudex post tēpus, licet ipse puniatur, per l. 1. in si. C. vt omil. caus. tam ciui. quam crimi. & idē tenet Old. in quadam disputat. quam adducit Bar. vbi supra. & Io. Andr. locis supra allegatis. & Pan. in c. pen. col. antepe. extrâ de iudic. & in cap. de causis, extrâ de offi. deleg. Rom. consi. 415. quo ad primum an syndicus, in 2. dubio. Paul. Castr. consi. 183. videtur dicendum quod dicta declaratio, lib. 1. vbi & alia similia adfert.

60 Potest tamen illa opin. Bar. & Anton. in prin. huius fal. adscripta procedere in vno casu, videlicet cum lex vtitur verbo priuatiuo potestatis & potestatis ad iudicem directo, verbi gratia si lex aut statutu. dicat, iudex tale aliquid facere non poterit. Nam tunc actus in contrarium factus erit ipso iure nullus, vt dicit Bar. in l. 1. C. de dilat. & in l. ff. de feri. & Fran. Aret. in cap. in causis, de testib. & Fel. qui hoc egregie disputat in c. pastoralis, col. vlt. ver. cōsidera quod aliquando, extra de excep. Sed & tu vide quæ latè etiam diximus in nostro tractatu de legibus connubialibus, in glo. 3. in verbo, ne pœnt, in prin. Ex quibus intelliges id semper procedere, etiã si non ad iudicem referatur.

Et directū ad partem.

61 Nono fallit (& id quidem ex diametro præcedenti repugnat) quando verba diriguntur parti, nō iudici, secundum Rom. in l. admonendi, col. pen. & ibi quoque Raph. Fulgo. Petr. in repe. Bapt. Cacial. col. 3. vers. ex dicto inferunt, & Fran. Cur. leniorem, col. 9. vers. secundum not. & Iasin. repet. col. 5. vers. eandem opin. renet. ff. de iureiur. Nã vt inquit, vbi lex cōcedit aliquod beneficium, nec exprimit quod debeat iudex adiri, comperit parti ipso iure, nec necesse est adiri iudicē, per l. de pupillo. §. si is cui, cum glo. ff. de ope. noui nunt. & facit l. quæ sub conditio-

ne. ff. de cond. instit. & quod scribit Anto. consi. 22. visis punctis, col. 1.

62 Decimo fallit, vbi imponitur pœna ex crimine commissio circa bona, & ex quo nulla pœna irrogatur in personam delinquentis. Tunc enim ipso iure semper intelligitur imposita. Nam cum ex eo delicto persona non affligitur, non est expectanda sententia, quæ nihil prodesset. l. aliquando. ff. ad Velleia. & facit l. eum qui, in prin. ff. de his quib. vt indig. Quod si pœna extenditur vltra bona, necessaria est sententia. l. 1. Cod. de his qui ex pub. ratio. libro 10. & l. scire. Cod. de bon. vac. eodem libro 10. Hæc Calca. quem vix (vt ingenuè fatear) intelligo consi. 51. licet his quæ supra, col. 3. ver. ad tollendū. & iterum consi. 66. visis omnibus & ponderatis, col. 1. 63 Vndecimo fallit, quando ex aliis verbis ipsius constitutionis vrentis verbo futuri temporis, apparet mentem ipsius constitutionis esse, vt inducat canonem latæ sententiæ. gl. est in d. cap. quisquis, in verbo, fiat. extr. de elect. quæ dicit quod licet verbū quo vritur d. c. sit futuri temporis, tamen intelligitur ipso iure, propter verba sequentia, non absque dispensatione, & c. & ad hoc ponderant illam gl. Panor. & Dom. ibi, & ad hoc etiam allegat ipse Dom. tex. in d. c. dispendia, vbi & hoc dicit ipse Dom. in 3. not. de rescrip. lib. 6. & idem Do. in c. vlt. §. pars verò, in princ. de offi. deleg. eo. lib. & in c. 1. §. vlt. col. 1. vers. quæro an deficiens, eo. lib. Fran. Aret. in l. 1. col. 4. ver. ad tertium. ff. de testa. & Card. Alex. in cap. imperialem. §. callidis, col. 2. tit. de prof. feud. ali. per Feder. & Fel. in d. c. Rodolphus, col. 19. vers. & subdit. extrâ eo. tit. Et bene facit quod in simili dicit gl. in c. inoluta. 11. q. 1. & Saly. in l. cum posteaquam, & ibi recentiores. C. de pact.

Necnon vbi imponitur pœna ex crimine commissio circa bona, & nō in personam.

64 Duodecimo fallit etiam quando ex aliis legibus & constitutionibus constat illud verbum futuri temporis esse latæ sententiæ, per gl. in l. 1. in verbo, amittat. C. de pœna iudi. qui mal. iudic. quæ exponit illud verbum amittat, ipso iure, quantum ad illum qui iudicem corrupit, per l. venalem. C. quādo prouo. non est necess. & glo. in d. c. 1. §. 1. in verbo, reuertatur, tit. de prohib. feud. alien. per Feder. quæ exponit illud verbum reuertatur, ipso iure, quantum ad illum qui feudum alienauit, per iura quæ allegat, & Bal. & Saly. in d. l. 2. quibus locis supra citauimus. C. de iure emphyt. Et hoc quidem generale est & perpetuum in omnibus verbis, & dictionibus, vt contra naturam propriam sint vel latæ vel ferendæ sententiæ, propter alia iura quæ id disponunt vel declarant, vt aperte intelligit glo. in c. si quis ex clericis, & ibi Imol. extrâ de vita & honest. cleric. & in c. si quis. 23. dist. & not. Dom. in c. 1. 2. q. 3. Panor. in d. c. 2. in si. de foro compe. & iterum in d. c. si diligenti, col. 7. eod. tit. & quod diximus supra in 2. fal. prætorit temporis.

65 Decimotertio fallit, vbi quis priuatur ratione status incōpatibilis. nã tunc semper ipso iure priuatur, ex sententia Bal. in c. 1. §. qui clericus, in prin. per illum tex. quæ ad hoc dicit notab. tit. si de feud. fuer. controuer. inter do. & agna. Quam sequitur & cōmendat Fely. in d. c. Rodolphus, col. 21. vers. quotiēs ratione status, extra de rescrip.

Et vbi quis priuatur ratione status incompatibilis.

66 Decimoquarto fallit, quando sunt verba declaratoria, quia tunc semper sunt latæ sententiæ, vt pulchrè voluit ille Cano. princeps Panor. in d. c. si diligenti, col. 7. de foro compe. per tex. & gl. in c. no. uit, extr. de his quæ fiunt à prælat. sine cōsen. c. Quæ autem sint ea verba declaratoria, facile poteris cognoscere ex iis quæ tradit ipse Pan. in d. c. si diligenti.

67 Decimoquinto fallit, vbi verbum futuri temporis apponeretur in dispositione, quæ induceret formam siue solennitatē formale, quia illius omissione redderet actum ipso iure nullum, vt not. glo. in

Item quando sunt verba declaratoria.

cap. cum dilecta, in verbo irritum, extra de rescrip. Bar. Bal. & late recentiores in l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. Bar. in l. item eorum. §. sed si ita, per illum tex. ff. quod cuiusque vniuer. Bald. Ang. & recentiores in l. r. & 2. ff. de liber. & posth. & in l. cum hi. §. si prator. ff. de tranfact. & in l. i. C. qui testa. facere poss. Signo. conf. 87. factum sic presupponitur, col. 3. vers. item omnis dispositio. Ang. conf. 37. pro decisione quaestorum, col. vlt. Domi. in cap. quia propter, col. 6. vers. venio ad versic. vel saltem, extra de rescrip. Soc. conf. 76. visa facti contingentia, col. 1. lib. 1. cum hiis quae late dixi in nostris commentariis consuetu. tit. 6. §. 5. in glo. 5. in 2. ar. modicorum. vers. hoc tamen intellige, & quae copiosissime etiam cumulat Hippoly. Marfil. conf. 133. omnipotens, col. 2. & lib. 2. Idque etiam si actus esset pius & fauorabilis, per l. qui Romae. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. secundum Bal. in l. vlt. post Old. ibi. C. si manci. ita fuer. ali. ne manu. & in l. testamentum, in 2. not. C. de testa. & in l. omnes populi, col. pen. ff. de iustit. & iure. & conf. 283. visa inquisitione, post medium, lib. 1. & Iaf. in l. 1. §. sublata, in priore lect. col. 2. ver. istam primam. ff. ad S. C. Treb. & conf. 149. praesens quaestio, col. 3. vers. item formae, lib. 2. & conf. 152. in causa contradictionis, in fi. eo. lib. 2. & conf. 191. placet mihi, col. 1. eo. lib. 2. & Matthae. Afflict. in conf. si quis in posteru, col. 2. quibus locis Iafon & alia Baldi loca in id citat, sed medosè tamen. Cuius rei ratio satis aperta est ex dicto Aristotelis vbiq. aduocato: Forma est quae dat esse rei. ad quod nostrates allegant l. Iulianus. §. si quis reus. ff. ad exhib. atque perfectionem ipsius esse (si ita more Graecorum loqui possimus). l. iurifgentium, in princ. ff. de pact. per quos tex. ita dicit Bal. in c. vlt. col. 5. versic. quæro vtrum sit differentia, extra de consuet.

Etiam si actus esset pius, & fauorabilis.

68 Hoc tamen intellige, nisi huiusmodi solemnitas quae omiffa est, suppleatur à lege. tunc enim ipsius omiffio nunquam reddit actum nullum. alias enim ea suppletio esset superuacanea. l. his verbis, cum l. seq. & quod ibi tradit Bal. in l. lect. vers. item not. quod aliquid. ff. de adop. & l. i. in princ. C. de rei vxo. act. & expressè etiam voluit Fran. Aret. in c. super his, col. 4. vers. pro ista op. facit, extra de accus.

Solemnitas formalis hic quomodo accipitur.

69 Intellige 2. in solemnitate formali, vt iam diximus, quae videlicet debet interuenire in ipso actu: secus in alia solemnitate, quae post actum interuenire potest. Nam tunc illius omiffio non vitiat ipso iure. etiam si apponantur ea verba, aliis non valeat, vt voluit Bar. in d. l. vniuersa, & ibi etiam Bal. & Raph. & recentiores. C. de precib. imper. offer. & Bar. in l. 1. col. vlt. in princ. ff. de testa. & in l. si ita quis. §. ea lege, col. 1. vers. quæro vtrum prohibitio. ff. de verbo. oblig. & in l. cum lex, col. 3. vers. sed pone quod lex dicit. ff. de fideiuss. & in l. 2. C. de cano. fru. vr. Rom. lib. 11. & Bal. in l. 1. §. vbi autem, col. vlt. vers. & praedicta faciunt. C. de caduc. tol. & in l. hi qui ad ciuilia, col. 3. versic. ex hoc facit. C. de appel. & in l. 2. col. 2. vers. & ias. C. quan. prouo. non est neces. Imo. in c. exhibita, col. 8. vers. tertio quaeritur, extra de rerum permu. & late Berthia. qui multos concur. adfert in tracta. gabellarum, in 3. parte 8. partis princip. q. 24. & Cepola causarum ciuili. conf. 33. celeberrime, col. 1. & Fel. in cap. quoniam, col. 2. vers. tu verò attende, extra vt lite non contesta. & Philip. Dec. qui & plerisque alios citat, in c. 2. ver. successiue, extra de testib. & Fab. à monte sancti Sauini, in tract. Insinu. in 27. quaestio.

70 Decimosexto fallit, quando verbo futuri temporis iungitur participium praeteriti temporis. nam tunc est lata sententia, habita scilicet ratione participij praeteriti temporis, magis quam verbi futuri. Ita expressè voluit Bar. in l. 1. ff. de vi priua. & in l. 1. §. sed & constituto, circa medium. ff. de calum. & in

l. imperator. ff. de iure fisci. & Imol. in cap. 1. §. vlt. de elect. lib. 6. secutus Io. Mo. Archid. & Ioan. And. ibi volentes haec verba, nouerit se suspensum, esse latae sententiae.

Qui repugnant proxime dicto.

71 Quamquam Domi. ibi, col. 1. ver. quæro an deficiens, tenet expressè contra Imo. per no. in c. in poenis, de reg. iur. lib. 6. Nā quod in d. c. 1. illa verba sunt latae sententiae, non est, inquit Dom. ex propria eorum natura, sed ex aliis verbis illius text. quæ planè demonstrant quod debent intelligi ipso iure. nam mox subditur, quod si postea administrat, sit priuatus. Domi. esse notandum ad statuta. sequitur & commendat Fel. in d. cap. Rodolphus, col. 21. vers. nouerit se suspensum. Et in hanc partem inclinare videtur Collect. in c. 1. col. 3. vers. aliquid dicunt, extra de iudic. Et facit in hac partem tex. in cle. cum sit, in fi. de magi. ibi, eo ipso nouerit se suspensum. Nam frustra eo ipso dictum fuisset, si ex propria vi aliorum verborum intellectum fuisset.

Comprobatio prioris sententiae.

72 Sed pro priore sententia est bona glo. quam nullus illorum allegat, in c. cum in cunctis. §. vlt. in verbo, priuatus, extra de elect. quæ dicit haec verba, nouerint se priuatos, intelligi ipso iure, & gl. in c. 2. in gl. vlt. in princ. & ibi Host. Imo. & Pan. qui eam not. extra de solut. & alia in c. extirpanda. §. quia verò, in verbo, priuatum, extra de prebend. quæ interpretatur illa verba, sciat se priuatum ipso iure. & alia in c. si quis, quod est pen. in verbo, suspensos, extra de simo. quæ posteriores loquuntur de his verbis, nouerint se suspensos, & glo. Hosti. Io. Andr. & Io. Ana. qui loquuntur in his verbis, absolutos se nouerint. in c. absolutos, quod est vlt. extra de haeretic. Glo. & Hostien. loquentes in verbis, sciat se excommunicatum, in c. 2. extra de cleric. excommu. min. & in c. quoniam in verbo, mucrone percussum, extra de offi. ordi. quæ dicit illa verba, nouerit se mucrone percussum, intelligi ipso iure, & eā sequitur doct. ibi. Estque illi & alia omnino similis in cap. vt inquisitionis. in fi. in verbo, percussum, de haeret. li. 6. & item alia quæ loquitur in illis verbis nouerit se suspensum, in c. vlt. in fi. de temp. ord. lib. 6. & glo. in c. pen. de senten. excom.

De eadem re.

73 Et in eadem sententia fuit Spec. licet admodum confusè, tit. de citat. §. iam de citatione, col. vlt. vers. quid si iudex. & planius Oldr. conf. 291. haec sunt rationes, col. 2. ver. restat ergo videre. vbi voluit quod haec verba, noueris potestatem tibi interdictam, denotent interdictionem ipso iure. & Bald. in l. qui volebat. ff. de haeret. instir. vbi loquitur de his verbis, excommunicatum te esse cognoscas. & in Rub. C. com. vel epi. col. 2. vers. modò ego quaero, loquitur in his verbis, excommunicatum se esse noscat. & in cap. praeterea requisisti, in 2. not. & ibi etiam Anto. & Panor. col. pe. ver. vlt. quæritur, extra de appel. & Collect. in c. si quem, ad fi. extra de senten. excom. & Imo. in cle. 1. col. 1. vers. not. quod per haec verba, extra de sequ. poss. & fruct. per illum tex. qui nihil ad hoc facit, sed potius in contrarium, cum id exprimit per verba, hoc ipso. & Mathes. not. 115. nota quod vbi lex. vbi & hoc dicit generaliter procedere, quando verbo futuri temporis adiungitur participium praeteriti. & Do. sibi contrarius, & Card. Alex. in cap. Engeltrudam. 3. q. 4. vbi dicunt per haec verba noscas vel intelligas te excommunicatum, proferri sententiam excommunicationis. & idem dicit ipse Do. in c. 1. 2. q. 3. & Fel. in eodem c. sibi contrarius, videlicet in d. c. Rodolphus. col. 22. noueris te anathemate percussum. & rursus in c. 1. col. 7. ver. nota quod ista verba, extra de iudic.

De eadem re.

74 Et est bonus tex. in c. praeterea requisisti, & ibi per Panor. post alios, col. pen. extra de appel. & in c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. cum dicitur, ab executione officij per annum nouerit se suspensum. Nam postea

Verbum futuri iunctum alij verbo, quod est latae sententiae.

Et cum dictio omnino, adiectur.

postea subdit, Scitur quod si suspensione durate ingesserit, se diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet. Et in c. 1. vers. si quis autem, iuncto vers. vlt. de sent. exc. lib. 6. Nam priori loco haec verba ponuntur, à diuinis officiis nouerit se suspensum, & in posteriori, quod si coningat eos sic suspensos diuina officia exequi, in irregularitatem incurrunt. Et faciunt etiam quae dicam inferius in 60. fallent.

75 Decimosextimo fallit, quando etiam verbo futuri temporis iungitur aliud verbum, quod suapte natura est latae sententiae. tunc enim dispositio intelligenda est ipso iure, magis scilicet inspecto illo verbo quod iungitur, quam verbo futuri cui iungitur: verbi gratia, verbum subiaceo, etiam in futuro. aut in infinitiuo, quod hoc casu sumit naturam futuri verbi, vt postea dicemus, habet vim latae sententiae, vt etiam dicemus in 48. fal. Igitur si ita dictu sit, nouerint se excommunicationi subiaccere, intelligitur ipso iure, habita scilicet ratione verbi subiaccere, magis quam verbi nouerint, vt voluit gl. in c. excommunicationi. & ibi quoque Pan. extra de rapro.

76 Decimosextauo fallit, quando verbo futuri temporis adiectur dictio, omnino, quia idem est ac si diceret, ipso iure, secundum Bald. in l. 1. §. si pecunia, per gl. ibi. ff. de depo. sed tu de illa glo. vide quid dicam in seq. fallent. & idem voluit ipse Bal. in l. 2. in addi. in 3. q. & ibi etiam Salyc. col. 2. in fi. & Iaf. col. 5. vers. secundò pro hac parte facit. C. de iure emphy. & idè Bal. in sua margarita, in verbo, priuatio, vbi facit illam glo. sing. & Archid. in §. qui verò res, in verbo, omnino. 10. q. 2. Bar. in auth. vt defun. seu fune. eor. in princ. Angel. in §. vlt. in fi. per glo. ibi in verbo, actione, in auth. de litigio. & in l. imperator. ff. de iure fisci. Ro. qui illam glo. ad hoc dicit sing. in primo sing. Dom. & Philip. Franc. in c. 1. vterque in vlt. not. de his quæ vi meritisve caus. §. idem Philip. in c. vlt. §. vlt. de offi. deleg. lib. 6. Marthef. not. 112. nota quod vbi cuncte Franc. Cre. sing. 7. tu fcis. Barba. conf. 64. scribitur lib. Hester. col. 4. lib. 1. & in repet. c. Raynaldus, col. 45. & iterum col. 161. extra de testa. & in c. qualiter, col. 4. extra de iudi. & in c. ex parte, le 1. extra de offi. deleg. & ibi etiam Fel. col. 1. qui dicit de hoc esse tex. in c. si religiosus, de elect. lib. 6. sed hoc ibi exprimitur. & in l. generaliter, col. 6. ff. de verbo. oblig. vbi ad hoc allegat multa iura. Marianus in c. Iudæi, le 2. extra de Iude. Fran. Aret. in c. si diligenti, col. 5. extra de foro compet. vbi ad hoc dicit sing. illum tex. iuncta glo. in d. §. si pecunia, idem Aret. in c. fraternitatis, col. 10. vers. in contrarium arguitur, & col. seq. & ibi etiam Fel. col. 3. vers. sed istis non obstantibus, de testib. & in c. cum venisset, & ibi quoque Fel. vterque col. 2. eo. tit. Cor. conf. 59. diu post consilium, col. 2. vers. quod maxime dicendum, lib. 2. & confil. 203. in hac consultatione, col. 2. eod. lib. 2. Alex. in l. si insulam, col. 5. versic. ex hoc infero. ff. de verb. oblig. & conf. 6. circa processum, col. pe. lib. 3. Corn. conf. 59. diu post consilium, col. 2. vers. & licet poena, lib. 2. Card. Alex. in c. praeter, col. 2. versic. quæro an istud. 32. dist. Philip. Franc. in c. quam sit. §. cæterum super glo. vlt. de elect. lib. 6. & in c. 2. col. 2. in 6. not. de pact. lib. 6. Io. Bap. Cacia. in l. more, in 21. quaest. ff. de iurisdic. omn. iudi. Fel. in d. c. Rodolphus, extra de rescrip. & in c. gratum, ad fin. extra de offi. deleg. & in c. pastoralis, col. pen. ver. quartò, extra de excep. & in c. de regularibus, in 2. not. extra de simon. vbi illam gl. dicit sing. Iaf. in l. pe. col. 2. vers. sextò pondera. C. de pact. conf. 168. statuto in clytae, col. vlt. lib. 2. Phil. Dec. in c. ad hac, le 1. col. 3. extra de appel. Fran. Purp. in l. more, col. antepe. vers. tertio ampliatur. ff. de iurisdic. omni. iudic. Corse. in suis sing. in verbo, omnino, vbi ad hoc allegat gl. in l. obfignatione. C. de sol. relatum ad text. in d. §. si pecunia. Hippol. Marfil. in sua practica causarum crimi-

nalium, §. aggredior, nu. 113. Steph. Bert. conf. 142. ex themate, col. 2. vers. ad secundum. lib. 4.

Comprobatio eiusdem.

77 Et quamquam ea gl. in d. §. si pecunia, propè sola in id ab omnibus citetur, à multisque sing. dicatur, est tamen & alia, & ea quidem expressior, in c. vlt. in fi. in verbo, omnino, quam ibi expendunt & commendant Domi. & Phil. Francus, de offi. deleg. lib. 6. quam & ad hoc obseruauit Franc. Aret. in c. 1. col. 4. ver. aliquando facultas, extra de accusa. vbi & de hoc dicit esse tex. in c. iudex, ad fi. de offi. delegat. lib. 6. Est item alia gl. in c. licet canon, in verbo, carere, de elect. li. 6. nisi dicas ibi hoc esse propter verbu carere, quo etiam vtitur tex. ibi, de quo postea dicemus. Alia denique glo. in c. 1. in verbo, vacuamus, q. met. cau. lib. 6. nisi dicas, & id esse propter verbum vacuamus, quod est praesentis temporis. Et est bonus tex. si rectè intelligatur, in §. praeterea, Infit. de excep. quamquam aliò trahatur à glo. & docto. Sed nullus melior neque apertior text. est, quam in l. si non fortem. §. indebitum. ff. de condit. indeb. cum dicitur, non solum si omnino non debebatur, sed & si per aliquam exceptionem peti non poterat.

Dictio omnino, operatur quod sit parata executio.

78 Et in hanc sententiam optinè facit, quod hæc dictio omnino, id operatur, quod sit parata executio, vt dicit Bar. in l. 1. col. vlt. ff. iud. sol. Et quidè executio præcisa, vt asserit Card. Alex. in c. iuxta fraternitati, col. 12. ver. solutio abbas, extra de sponsal. per not. per gl. in l. Graecè. §. illud. ff. de fideiuss. & in cle. 2. de æra. & qualis. & in clem. 1. in verbo, omnino, de vita & honesta. cler. Vt quæ etiam sit dictio præcisa, vt dicunt Bald. & Saly. in d. l. 2. C. de iure emphy. Bal. in l. vlt. col. 1. in 3. oppo. C. de contrah. emp. & in c. si Christus. col. 2. extra de iure iur. Rom. in l. quod te. ff. si cer. per. Barb. qui ad hoc multa allegat, in l. 2. §. & harum. col. 2. ff. de verb. oblig. & conf. 45. mandato & iussu, col. 3. versic. item adduco, lib. 2. Franc. Aret. qui item multa adfert in d. c. qualiter & quando, le 2. col. 6. vers. est enim omnino, extra de accus. & Alex. qui item multa adducit in l. precibus, col. 1. C. de impub. & ali. subtit. & conf. 88. in causa dominæ Bartholomeæ, in prin. lib. 4. Cor. qui item multos ac multa citat d. conf. 59. col. 2. vers. quod maxime, Franc. Curt. senior conf. 44. super contingentia, col. 3. vers. pro cõclusionem, vbi etiam multa ad hoc aduocat. & Soc. conf. 249. materia, col. 10. vers. primo in effectu, lib. 2. & confil. seq. in causa Bononiensi, col. 3. vers. aliud est, eod. lib. 2. Georg. Nat. in repe. c. quæuis, col. 10. nu. 51. vers. quinto no. de pact. li. 6. Iaf. conf. 23. octo dubia, col. 2. li. 3. Ideo etiam eā vim habet, vt quis præcisè cogatur ad factum, vt voluit Ro. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obl. & Fel. in d. c. ex parte, col. 1. extra de off. deleg. & facit quod infra dicemus de dictione, omnimodo, & quod scribit Old. conf. 143. thema tale est, dominus B. paulò ante med.

Et vt quis præcisè cogatur ad factum.

79 Quod quidem (scilicet præcisè) significat (vt id obiter dicam) vt sine vlla exceptione, & vt vulgò dicimus, sine remedio, & ad vnguem, indistinctè, & sine conditione id fiat. Cicero epistol. ad Atticum lib. 8. epistola cui initium est, Dionysius, Ego nemini, cuius causam non recipere, nunquam reo cuiquā tam humili, tam sordido, tā nocenti, tam alieno, tā præcisè negaui, quam hic mihi planè sine vlla exceptione præcidit. Et ex nostris Bal. in rub. extra de consti. col. 2. ver. statuta præcisa, & iterum versic. quid est dicere præcisè, dicit id verbum præcisè significare ad vnguem, omnimodo, & indistinctè. Et sequitur Barb. conf. 39. clementissimi Dei, col. 3. lib. 2. & conf. 76. illud in medium referam, col. 11. vers. quinto est aduertendum, lib. 3. & cõfil. 6. illud in medium adducam, col. 13. lib. 4. Et idem propè voluit ipse Bald. in l. 2. C. de except. rei iudic. & confil. 170. ad euidentiā, libro 3. de quo & tu vide eundem Bald.

Præcisè quid significet.

Bal.in c.3.ad fi.& ibi etiam Pan. in vlt.not.& Card. Flor.de rescip.& glo.in l.iusurandum & ad pecunias, in prin.col.13.lib.4.in verbo, certioretur. ff. de iureiur.& in l.fed & si me putem. §. cum iter, in verbo, condicam, post princ. ff. de condit. indeb. & in l. cum is qui. §. vlt. in verbo, qui hominem, post princ. eod. tit. & in l. hereditatem, in verbo, cogendam. ff. de don. & in l. i. in verbo, in aliis. C. de sent. quæ pro eo quod interest, quas omnes citat Bal. in sua margari. in verbo, præcisè, ad interpretationem significationis huius dictionis. Cui adde & glo. in l. Pomponius, in verbo, haberi, post princ. ff. de negot. gest. & bonum tex. in l. i. §. vlt. ff. de legat. not. caue. & in c. i. extra de plus petit. & in c. contra Christianos, de hæret. lib. 6. & Ang. consil. 54. in quaestione proposita, ad fi. Franc. Aret. in l. si stipulatus sim damam. ff. de verb. oblig. cum sim. adductis per recentiores in d. cap. 2. de rescip. & per Ias. in l. omnes populi. col. antepen. vers. item dum Bar. cum multis seq. ff. de iust. & iure.

Alia significatio huius dictionis præcisè.

80 Tullius autem, ne id omittamus, lib. 2. de natura Deorum, aliter illud præcisè accepit, Velut à te ipso hæsterno die didimus, autem fatidicam Prouocam fingi, quasi quandam Deam singularè, quæ mundum gubernet & regat, sed id præcisè, vt si quis dicat Atheniensium rempublicam cõsilio regi, desit illud Areopagi: sic cum dicimus prouidentia mundum administrari, deesse arbitror Deorũ. plenè autem & perfectè sic dici, existimato prouidentia Deorum mūdum administrari. Est ergo ibi præcisè idem quod concisè, ita vt aliquid desit quod intelligitur. vnde & illud Gellij alicubi, obscure & præcisè dictum. Et Quintilianus lib. 10. qui præcisè conclusionibus obscuri, Salustium & Thucydidem superant, id est, abruptis & abscis, metaphora inde sumpta, quod quæ præcisè sunt, ea sunt iusto concisiora.

Dictio omnino, excludit omnem gratiã & dispensationem.

81 Sed vt redeamus, hæc dictio omnino, de qua loquimur, excludit omnem gratiam & dispensationem, vt dicunt glo. in cle. vt hi qui, de ætate & qualitate. Archidiaconus in c. i. in verbo, personis omnibus, de religio. domib. lib. 6. Io. And. Pan. Ioan. Ana. col. 4. & Fran. Aret. in d. c. qualiter & quando, le 2. & ibi quoque Fel. col. 4. extra de accusatio. & idem Ioan. And. post Archid. in cap. cum ex eo, & ibi etiam Dom. & Philip. Fran. vterque col. 1. de elect. lib. 6. & ipse Panor. in cap. cum inquisitionis, in prin. co. tit. & in c. non magno, col. 2. vers. quæro nunquid, extra ne cleric. vel monach. Do. in c. 2. col. 2. post alios, ibi, de pact. lib. 6. Card. Alex. in c. de accusatio, col. 53. vers. & ideo dicit. 2. q. 8. & in cap. si quis cum clerico, ii. quæst. 1. Fel. in d. c. de regularibus, extra de fimo. & in d. c. ex parte, le 1. col. 1. extra de offi. deleg. & in c. ar. si clerici. §. de adulteriis, col. 3. de iudic. De quo tamen per Philip. Dec. in cap. at si clerici. §. de adulteriis, col. 1. extra de iud. & Phil. Fran. & Georg. Nata. in d. cap. 2. vtrunque vbi supra, de pactis, lib. 6. Proinde moræ purgationem non admittit, ex sententia Ang. in l. vlt. per tex. & gl. ibi. C. de fideicom. & Alex. in d. l. si insulam, vbi supra. Et ad superiora facit quod de vi huius dictioni tradit gl. in cle. multorum, in verbo, nullius omnino, & ibi Paul. Liaz. Guilliel. Laud. Genes. & Imo. de pœnis, & Fel. in c. vlt. col. 23. in fi. extra de rescip.

De eadem re.

82 Sed hæc omnia intelligas nisi subiecta materia aliud suadet, vt videt. licet ex cap. 1. in fi. & ibi glo. & doct. extra de despon. impub. vbi Pan. in fin. illud assignat subiectæ materiæ. Quod confirmare potes ex his quæ diximus, supra nu. 37. incip. & aliàs etiam, & alibi sæpe: vt tamen interim non omittas, quod scriptum reliquit Bald. in l. super rebus, col. 1. C. de contrah. emp. & vendit. hanc dictionem omnino, esse præcisè significationis, verum tamen recipere congruam interpretationem per dict. l. si stipulatus

sim damam. ff. de verbo. obliga.

83 Decimononò fallit, cum dictio vniuersalis omnino, ex qua aduerbium illud, omnino, conficitur, adiungitur ei rei, qua quis priuatur, verbi gratia, si dicitur omni iure, omni commodo priuatur, omne ius amittat, & id genus cætera. nam tunc ipso iure intelligitur, & ita in his terminis loquitur glo. illa, quam supra in præcedenti fallent. citauimus, in d. l. 1. §. si pecunia. ff. de depos. quæ text. ibi dicentem depositarium omni actione liberari, ita exponit, omni, id est, ipso iure. quam tamen omnes passim non ad hoc allegant, sed ad id quod diximus in dicta præcedenti fallent. de dictione omnino, quasi scilicet sentiant nihil interesse siue dicatur iure suo omnino priuatur, siue omni iure suo priuatur. Et ita nuncupatum voluit Ang. in §. vlt. in fi. per glo. ibi in verbo, actione, in auth. de litig. & Barb. in cle. i. col. 13. in paruis, ver. not. de clausula, de elect.

Omnis, nõ est lata sententia.

84 Tamen Mathes. nota. 112. incip. nota quod d vbi que, constanter asserit hæc verba, cadat omni iure suo, siue priuatur omni commodo, & similia non esse latæ sententiæ, ob illam dictionem omni, quæuis dictio omnino, eam habet facultatem, vt latam sententiã significet: adducitque apertam rationem diuersitatis inter vtrunque. Nam cum dicitur, cadat omnino iure suo, hæc dictio vniuersalis omnino, verbum priuandi qualificat, vt ipse loquitur: at cum dicitur, cadat omni iure, ea dictio omni, non qualificat verbum siue actum priuandi, sed rem siue ius quo quis est priuandus. Id quod dicit notandum, quia à paucis est tactum. Et idem ad verbum propè retulit & secutus est Alex. in addi. Bar. in l. imperator. ff. de iure fisci. Allegat autem Mathes. gl. in cap. cupientes. §. si verò in discordia. in verbo, priuentur, de electio. lib. 6. quæ intelligit illum tex. qui est huiusmodi, omni iure ipsis ex tali electione quæsito priuentur. vt scilicet intelligatur per sententiã, vbi enim inquit, vult hæc decretalis, quod sit canon latæ sententiæ, bene exprimit. Vides igitur quæ admodum ea glo. apertè sentit, non ob id constitutionem esse latæ sententiæ, quod in ea dicitur, omni iure priuatur, nisi id aliter exprimarur, sicuti sanè exprimitur in c. i. de vita & honest. cleric. lib. 6. cum dicitur, ipso iure careant omni privilegio clericali, vbi gl. in verbo, omni, hoc, inquit, dicit, quoniam multiplex est clericorum privilegium, quasi dicat, quod omnibus priuatur, intelligens scilicet id quod dicit Mathes. quod illa dictio vniuersalis, omni, determinat illud substantium, privilegio. Ideo etiam additur, ipso iure, ad determinationem verbi, quasi non id intelligeretur sub verbis, omni privilegio, sed fuisse aliter necesse exprimi, secundum dictam gl. in d. c. cupientes. Et in hanc etiam sententiã Cyn. in auth. qui semel, in 5. q. & ibi quoque Bart. & Bal. col. 1. & Angel. & Paul. ante fi. C. quomodo. & quando iudex, intelligunt tex. ibi, cuius hæc verba sunt in fi. ab omni cadat actione, vt scilicet sententiã opus sit, nec ipso iure cadat.

Aduerbia in iure magis sonant quam nomina.

85 Cæterum ad illam rationem Mathes. & hanc addeere potes, quod aduerbia in iure nostro tenent locum formæ, & magis sonant quam nomina, vt tradit Bal. qui hoc extollit, in c. apostolica, quod est vlt. col. 2. ver. tertio quæritur, extra de offi. deleg. per not. in l. Pomponius, de neg. gestis, videlicet in gl. in verbo, probauero, ad finem, & ibi Bal. col. pe. ver. venio ad ratihibitionem. Sed quantum ad text. & gl. in d. §. si pecunia, qui loquuntur in verbo, liberadi, vide quid dicam infra in 73. fallent. quæ est in nu. 240. Sed & de verbo, cadat, in quo loquuntur Mathes. Cyn. & alij vbi supra, etiam dicemus in 61. fallent.

86 Sed antequam hinc abeamus, non omnino perpetuum esse arbitror quod supra ex Mathes. diximus. quid enim si ita dicatur, careat omni robore firmi

Et cum dictio omnino, iuncta est ei rei qua quis priuatur.

Autoris opinio de præcedenti fallentia.

Prorsus, idem quod omnino.

Prorsus late sententia, vel si agatur futuro.

Omnimodo canon lata sententia. Et omnibus modis.

Omnimodo præcisè dictio.

Et habet vim decreti irritantis. Et tollit suam cuitatem diffidendi.

firmitatis, vt scribitur in c. decet. §. vlt. de immun. eccl. lib. 6. & in cle. quia contingit. §. vt autem, de religio. domi. vel etiam simpliciter careat omni firmitate, omnibus viribus, omni robore, & cætera id genus, quis negauerit intelligi ipso iure, & sine ope exceptionis? Nam aliàs non careret omni firmitate, si quid competeret, ad quod tollendum necessaria esset exceptio, vel sententia. Ideo illud mihi visum est verissimum, quod si hæc vniuersalis dictio iungatur cum re qua quis priuari debet, videlicet omni privilegio, omni iure aut actione, & similibus, non ipso iure, significat secundum Mathes. sententiã. At si adiciatur verbo quod vim & efficaciam, quam vocamus, siue effectum ac robur actus significat, ita hæc tollere, vt ne sententiã quidem dederetur, vt vniuersalis illa vniuersaliter operetur.

87 Vigesimo, quoniam dictio prorsus, idem quod omnino, de qua diximus in duabus præced. fallent. significat, teste Donato tum in Andriam Terentij, tum item in Euanthum, tum postremo in Heautontimorumenon: ideo etiam hæc dictio prorsus, est similiter late sententiã, vel si iungatur futuro tempori, vt voluerunt Hostien. Io. And. & Pan. in cap. in quibusdam, col. vlt. extra de pœnis. Archidiaconus in c. 2. post princ. de præscrip. lib. 6. Ant. in cap. super literis, col. 3. de rescip. & in dicto cap. si diligenti, extra de foro compe. & in c. ad aures. & ibi Fel. col. 1. extra de præscrip. Domi. in d. c. quàm sit. §. vlt. col. vlt. de elect. lib. 6. Mathes. dicto not. 112. Corn. consil. 312. in hac consultatione, col. 3. vers. quod etiam demonstratur, lib. 1. vbi ad hoc dicit facere tex. in l. derogatur. ff. de ver. sign. & in c. sacris, extra de his que vi metusue causa fiunt. & in d. cap. in quibusdam. & Fel. in c. inquisitionis. in prin. col. 1. extra de accusat. dum allegat dictum caput. in quibusdam. & Corfc. in suis sing. in verbo, penitus, in fi. Et facit quod de ista dictione scribit Pan. in d. c. ad aures, in vlt. nota. de præscrip. & Philip. Dec. consil. 113. viso tenore, col. 2. Hippo. Marsi. in sua practica causarum criminalium. §. aggredior, nu. 123.

88 Vigesimo primo fallit, cum etiam verbis futuri temporis additur dictio omnimodo, siue in numero multitudinis omnibus modis, vt de singulari voluit gl. collata ad tex. in authen. qui res, in verbo, sed melius, & in verbo, irroganda. C. de sacros. ecclie. & Ant. in cap. si diligenti, extra de foro compe. Corn. consil. 103. in hac consultatione, col. 2. lib. 2. & Franc. Aret. in d. c. i. col. 4. extra de accusat. & Barb. in d. l. generaliter, col. 6. ff. de verb. obl. & Alex. in l. si insulam, col. 5. ver. ex hoc infero. ff. de verb. oblig. vbi loquens de dictione omnino, allegat tex. vtemem hac dictione omnimodo, tanquam eandem vim in hac re habeat, & iterum consil. 44. visa facti narratione, col. 1. li. 3. & Hippo. Marsi. in sua practica, vbi supra.

89 Est enim & hæc dictio præcisè, secundum glo. in l. si cõ exceptione. §. sed & si quis, in verbo, omnimodo, & iterum in §. quatenus, in eodem verbo, & ibi Bar. ff. quod met. caus. & in l. vbi autem. §. vlt. ff. de verb. oblig. & ibi quoque est bonus text. & facit præterea tex. in l. Gracè, & quod ibi voluit gl. & Bar. ff. de fideiuss. & in cle. i. & ibi glo. & Petr. Anch. de vita & honest. cler. cum aliis iuribus in id allegatis à Philip. Dec. consil. 356. in casu dominæ Mariæ, col. 1. & quod tradit Bald. consil. 389. reperitur quod quodam, ante fi. lib. 5. & in l. si quis argentum. §. si nautem qui est vlt. circa med. C. de don. vbi dicit quod hæc dictio facit vt quis præcisè teneatur. & in l. quoties, in prin. ff. de noxal. actio. vbi ex hoc dicit, quod hæc dictio facit, vt quis præcisè ad factum cogatur. & quod etiam scribit Saly. in l. vlt. col. 2. in 3. oppo. C. de contrah. emp. Sed & hæc dictio tacitè cõsetur habere decretum irritans, & tollere facultatem diffidendi, secundum Ant. in cle. i. super gl. in verbo,

speniandi, secundum Ant. in cle. i. super gl. in verbo,

nullatenus, & ibi quoque Imo. col. 4. ver. ex hoc no. de seq. pos. & fruct. Ang. in repe. l. si insulam, col. 7. ver. non obstat. c. potuit, & ibi Alex. col. 6. vers. pro ista opi. ff. de verb. oblig. & Barb. consil. 64. scribitur Exodi, col. 4. vers. idem dicimus, lib. 4.

90 Vide tamen gl. quæ voluit huiusmodi dictionem, aut si maus dictiones omnimodo, non esse latæ sententiã, in authen. ad hæc, in verbo, cadat, in prin. C. de viur. Nam tex. ibi dicit, ab actione cadat omnimodo. & tamen gl. intelligit, non quidem ipso iure, sed per sententiã, quam adiuuat tex. in l. si à matre. C. de suis & legit. his verbis loquens, omnimodo patri suo matrisve suæ ipso iure succedant. Nam si ea dictio, omnimodo, per se significasset ipso iure, frustra illa verba ipso iure, fassent adiecta. & similis text. in l. Iulianus noster, in fine, ff. de condit. & demon. cum dicitur, omnimodo inutile erat legatum ipso iure.

Reputatur superio ribus.

91 Sed ego priorem sententiã potiorẽ esse arbitror. Neque enim video, quid possit interesse, siue dicas omnino priuatur, siue omnimodo, nec quantum ad significationem, nec quantum ad determinationem. nã vtrunque determinat, siue qualificat, vt loquitur Mathes. verbum ipsum, non rem qua quis priuatur. Ideo & eadem est in vtroque ratio. Quantum autem ad tex. in d. l. si à matre, & in d. l. Iulianus, potes dicere quod supra diximus cum de verbo præsentis temporis loqueremur in vers. 25. incip. sed quod his respondeatur. illud autẽ quod de dictione omnino, dicit Bald. à me citatus supra nu. 68. in fin. idem & ipse dicit de hac dictione omnimodo.

Autoris hac de re opinio.

92 De plurali autem, omnibus modis, voluit gl. in §. in verbo modis omnibus. & ibi etiã Bar. & Ang. in auth. vt defun. seu. fune. & Bald. in d. l. i. §. si pecunia. ff. de po. Ang. in auth. de litig. in fin. & in l. ad fi. C. de pœn. iud. qui malè iud. & in l. si quis in tantã, col. vlt. C. vnde vi. Ro. qui illã gl. facit sing. d. sing. 1. Mathes. d. not. 112. Maria. in d. c. iudæi, le 2. de iudæ. Alex. d. consil. 44. col. 1. lib. 3. Barba. in d. l. generaliter, loco supra allegat. ff. de verb. oblig. Io. Raynu. in d. §. callidis, vers. pœna, in 13. q. 1. part. prin. tit. de prohib. feud. ali. per Fed. Barb. in c. vlt. col. pe. ext. de de po. vbi & illam gl. dicit singul. Soc. in l. Marcellus. §. 1. col. 3. ff. ad S. C. Trebel. l. as. consil. 168. statuto inclytæ, col. vlt. lib. 2. Hippo. Marsi. in d. sua practica, vbi supra. Quibus suffragatur quod tradit Bar. prout eũ aliqui allegant, in l. si quis. C. de pos. huiusmodi verba habere executionem paratam, vt remiudicatum. nec aliam exigi condemnationem. Sed videtur Bar. ibi magis innixus fuisse dictioni illico, de qua postea dicemus, quàm huic de qua tractamus.

Omnibus modis.

93 Vigesimo secundo fallit è cõtrario in illa vniuersali negatiua, nullo modo, quæ etiam est canon latæ sententiæ, vt expressè tenet Ias. in l. i. sublata, in 2. lect. col. 3. ff. ad Trebel. & d. consil. 168. statuto inclytæ, col. 6. vers. item est diligenter, & iterum, col. vlt. lib. 2. & sentit Ro. quem ipse non allegat, consil. 326. in præsent. consultatione, col. vlt. Et hoc mihi placet. Nam si id obtineat in vniuersali affirmatiua, multo magis & in negatiua, quæ semper plus habet virium & roboris, efficaciusque obligat, ac magis præcisè astringit secundum Archi. in c. si peccauerit. 2. q. 1. & Pan. in c. nouit, col. 12. vers. secundò quæritur, ext. de iudic. cum multis simil. & concor. à me traditis in nostris consuetudinibus, tit. 10. §. 5. in prima limitatione & in nostro tracta. primigeniorum, in 24. q. nu. 1. sed nec privilegio.

Nulla modo.

94 Porro ea dictio tantum habet virium, vt omnem etiam dispensationem impediatur secundum gl. no. in cle. 2. in prin. in verbo, cõcedatur, & iterum in ver. illi verò, in verbo, nullo modo, de ætate & qualitate, quam sequuntur Paul. Leaz. Imo. col. 6. vers. in gl.

Negatiua plus habet virium quam affirmatiua.

Nulla modo tollit dispensationem.

concedatur, & Domi. in 8. not. d. vers. illi verò. & Io. And. in c. cum ex eo, de elect. lib. 6. Bart. in l. omnes populi, in 3. q. 3. q. prin. ff. de iusti. & iur. Ang. & Imo. qui illam facit sing. & alij recentiores in l. si quæramus. ff. de testa. Imo. in c. 2. ext. eod. tit. Pan. & Ioan. Anan. & Fely. in c. qualiter. le. 2. ille quidem col. 6. hic 3. de accusat. & Pan. in c. non magno. col. 2. ver. que-ro nūquid prælati, ext. ne cler. vel monach. vbi dicit illam glo. no. Ro. conf. 325. quòd ad primū, col. 2. vers. secundò idem videtur. Barb. qui & illam glo. dicit sing. in repe. cap. testimonium, col. 15. vers. opponitur ad primū, ext. de testi. & in cap. qualiter, col. pen. ext. de iudic. & in c. cum vicissimum, col. 5. ext. de offi. deleg. & consil. 19. scripsit Propheta clarissimus, col. 7. lib. 1. vbi dicit sing. & iterum consil. 37. illud adducam in medium, col. 9. eod. lib. 1. Alex. in l. vlt. col. 2. C. de testa. milit. & Franc. Curt. senior qui illam dicit no. consil. 44. super contingentia, col. 3. recentiores, in l. vlt. C. de testa. Fel. in d. c. Rodolphus, col. 2. ext. de rescript. & in d. cap. de regularibus, col. 2. ext. de simo. & in cap. ex parte, le 1. col. 1. ext. de offi. deleg. & in c. at si clerici. §. de adulteriis, col. 2. vers. si diceret ibi. & Phil. Dec. col. 5. ext. de iudic. & idem Dec. consil. 3. cuius superscriptio incipit, quando iurisdictio, col. vlt. vers. sextò & vltimò, vbi eam glo. dicit not. & las. in d. §. sublatā, vbi supra. & in l. de pupillo. §. si quis fortè, post mediū. ff. de oper. nou. nuntiat. & consil. 166. videretur, col. 3. vers. secundò facit, lib. 2. vbi eam quoque dicit not. & consil. de q. motiuis, col. 4. vers. item illa verba, eo. lib. 3. itemque & consil. seq. in isto subtili, col. vlt. & consil. 53. statuto ciuitatis Florentiæ, col. 4. vers. sic moueor in primis, lib. 3. & consil. 152. quod est eiusdem in itij, col. 3. vers. sed præmissis nō obstantibus, lib. 4. & consil. 168. col. vlt. lib. 2.

Nullatenus. Vniuersalis negatiua omnimodam nullitatem significat.

95 Vigesimo tertio cum dictio nullatenus, eandem habeat si significatiōem, sitque etiam vniuersalis negatiua, vt dicit Archi. in c. solent, in verbo, sed natura, de conse. dist. 4. & Domi. consil. 35. attendentes, col. 2. & Rom. consil. 326. in præsentī cōsultatione, col. vlt. Ita vt omnimodam nullitatem significet, vt dicit Franc. Aret. in l. 1. col. 4. ff. de testam. Ea etiam habet vim latæ sententiæ, secundum glo. in auth. si qua mulier, vbi etiam est bonus text. C. ad Velleia. quam glo. sequitur & dicit sing. Card. Flor. in cap. super literis, & ibi quoque Barba. ext. de rescript. & idem Barb. in repe. c. testimonium, col. 10. vers. & ex istis elicio, extra, de testibus, & consil. 7. Christi nomine inuocato, col. 3. lib. 3. & Fran. Arc. in cap. licet causam, in 5. notab. & iterum col. 5. ext. de prob. & in cap. de causis, col. pen. & ibi etiam Felin. col. 4. ext. de testib. & las. qui illam glo. facit sing. in l. de pupillo. §. si quis fortè. circa mediū ff. de oper. noui nunt. & rursum in l. vlt. col. 5. vers. tertio pro eadem parte. ff. de feri. & in dicta l. 1. §. sublatā, in 2. lect. col. 3. ff. ad Treb. & consil. 7. adeo copiosè, col. 1. lib. 1. & d. consil. 168. statuto in cleryæ, col. vlt. lib. 2. & consil. 128. videretur in præsentī, col. 3. vers. quarto dicitur, lib. 4. Fel. in cap. pastoralis, col. 10. vers. sextò quia dicit, ext. de excep. glo. pragmat. sanctio. tit. de collat. §. quod si quis ex dictis, in verbo, nullatenus, & Coris. in suis sing. in verbo, nullatenus, & Hippo. Marfil. in repe. cap. at si clerici, nu. 23. & iterum 28. ext. de iudi. & sing. 675. anno præterito. Sed & idem voluit glo. in cle. 1. in verbo, nullatenus, de seq. poss. & fruct. que dicit & post eam Genz. Anro. Imo. & Panor. quod non tener actus factus contra dispositionem vtentem hoc verbo, quod & idem voluerunt Ioan. And. & Domi. in c. Romana. §. sententias, & ibi Philip. Fran. de appell. lib. 6. & Imo. & Cardin. Floren. post Mathes. in cle. 1. ille colum. pen. vers. sic sed an teneat, hic in 33. q. de decis. Quineriam Genz. Anton. & Imo. in dicta cle. 1. de seq. poss. & ibi quo-

que Card. Flor. in §. si quis autem, in 6. q. dicitur per huiusmodi dictionem tolli potestatem dispensandi in contrarium: quod etiam voluit Archid. in cap. quoniam, in verbo, nullatenus, de immu. eccles. lib. 6. & in c. 1. §. 6. dist. & Collect. in cap. 1. in princ. ext. de filiis presby. & Imo. in cle. vt ij qui, col. 6. de ætat. & qualit. & Ioan. Ana. in d. c. qualiter & quando, le 2. col. 4. vers. & quod not. ext. de accus. Ex quibus ipse Ana. & Imo. primo loco asserunt hanc dictionem habere vim decreti. Sed & quòd sit latæ sententiæ, tenet Petr. Anchar. consil. 170. principaliter, col. 1. & Io. Ana. in c. quia frustra, col. 2. ext. de vsur. & in d. cap. qualiter, le 2. & ibi etiam Fel. col. 3. ext. de accusat. & in cap. si aduersus, col. 2. ext. de hæret. Barb. in repe. d. c. testimonium, vbi supra, de testib. las. in d. l. vlt. vbi supra, de feri. & in l. scriuarios. C. de testa. milit. vbi tamen illum videas. & Phil. Dec. in c. eam te, col. pe. ver. expedis nota. ext. de rescript. Et facit quod scribit glo. in cle. 1. in verbo, nullatenus admittatur, & ibi Card. Flor. in 19. q. de sentent. & re iudic.

Tollit potestatem dispensandi.

Habere vim decreti.

Nullatenus, an sit latæ sententia.

96 Non tamen omnino sine dubio est quòd sit latæ sententiæ, quando id aperte negat Domin. in cap. 1. col. vlt. de iudic. lib. 6. per text. in d. c. quia frustra, ext. de vsur. vbi etiam Panor. in fin. idem non obscure sentit, & ibi quoque Ioan. Ana. col. 2. & ante hos glo. in c. super literis, in verbo, nullatenus, ext. de rescript. quæ eam dictionem interpretatur, opposita exceptione, tanquam non ipso iure, sed ope exceptionis. A quibus stat. not. iuncta gl. in cap. pueri. 1. qua st. 1. vbi in scribitur, Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur. Er tamen, vt dicit glo. ibi, si admissi fuerint, recipiunt characterem, cum ad minores recipi possint. cap. in singulis. 77. distin. Et per illum text. & gl. dicit Franc. Aret. in d. c. in causis, col. vltim. ext. de testib. quòd non semper hæc dictio nullatenus, habet vim latæ sententiæ, secundum subiectam materiam. & sequitur Fel. in d. c. pastoralis, col. pe. ver. considera quod aliquando, de except. Ex quibus illud teneo, hanc dictionem suapte natura eam vim latæ sententiæ obtinere, sed interdum ob subiectam materiam vim suam perdere, secundum ea quæ diximus supra in verbo præteriti temporis in 2. fal. Quod autem sit de dictione aliquatenus, videbis infra num. 224. incip. nisi dicas.

Autoris sententia, de hac dictione.

Nullius momenti, caron latæ sententia.

Obligatio incarcerationis ipso iure nulla.

97 Vigesimo quarto fallit cum dispositio vitur his verbis, nullius momenti. tunc enim qualicūque tempore loquatur, est latæ sententiæ, ex sententia gl. in c. 2. in fi. de si. i. presbyt. lib. 6. & Archid. in c. ordinarij, in fin. de offi. ordin. lib. 6. Bald. in l. si posthumus. §. vlt. ff. de liber. & posthumi. & Angel. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod mer. cau. & in authen. sacramenta puberum, in fi. C. si aduer. vend. & Card. Flo. conf. 137. redemptoris, & c. ad primū dicimus, col. 1. in fin. vbi ex hoc infert, quòd obligatio incarcerationis est ipso iure nulla, per text. vtentem his iisdem verbis, in l. qui in carcerem. ff. quod mer. causa, quem text. ita etiam intelligit Panor. in c. 2. col. vlt. ver. excipio duodecimum, ext. quod mer. cau. Idè quoque nuncupatim de his verbis voluit & Fran. Aret. in l. 1. col. 6. ff. de test. & in l. qui a latronibus, in prin. col. 4. co. tit. per tex. quem dicit ad hoc clarum, in l. non dubium. C. de legib. Alex. & las. in l. posthumo, ille quidem col. 6. vers. tertia fuit opin. hic verò, col. 7. vers. pro qua opi. C. de bon. poss. contr. tab. Barb. in c. Raynaldus, col. 94. de testam. & in l. 1. §. si quis ita, col. 5. ff. de verb. oblig. & in d. l. generaliter, col. 2. & iterum col. 7. & ibi etiam las. in l. not. co. tit. vbi ipse Barb. dicit de hoc esse tex. meliorem totius iuris, in lan inutilis. ff. de acceptio. Socin. consil. 115. fundata est intentio, ad princ. lib. 3. Card. Alexan. in §. item sacramenta, col. vltim. tit. de pace iur. firm. las. in l. ser

l. seruum. §. Titius hæres, col. 3. vers. 3. nota. ff. de vulga. & pupil. substi. & in l. ex facto, in fi. co. tit. & in l. si filius qui in potestate, in 1. not. ff. de liber. & posthu. & in l. 1. §. sublatā, in lect. col. ff. ad senatus con. Treb. & in l. filiusfa. §. diui, in vtraque lect. & vtrouique col. 1. & ibi quoque Ioan. Montef. & Ferdi. Loaz. in repe. vterque, col. 2. in 2. limit. ff. de leg. 1. & idem las. in l. 4. §. condemnationum, post princ. & ibi quoque Franc. Rip. col. 1. nu. 2. ff. de re iudi. Felin. in d. c. Rodolphus, col. 22. vers. nullius momenti.

98 Sed & ante hos omnes voluit glo. quæ nullus, si rectè memini, illorum allegat, in l. Fulcinius. §. si quis bona. ff. quib. ex cau. in pos. eat. quæ interpretatur hæc verba, nullius momenti ipso iure. & licet subiciat, vel impetrata in integrum restitutione, tamen priorem sequuntur Bar. & Ang. qui ad eam nuncupatim expendit ea verba, nullius momenti. Posterior autem, vt inquit, habet locum in aliis casibus llab glo. allegatarum. Sed & est alia glo. expressior in l. si quis plures. ff. de iur. pat. quæ exponit, nullius momenti, id est ipso iure, & in c. in nostra, ad fin. de procur. dum verbum irritandū exponit, id est irritum esse ostendimus propter alia verba præcedentia quæ sunt huiusmodi, qua probata iudicium nullū est & nullius momenti, & cap. Imò verò est tex. ad nemine quoque expensus, in eadem l. post princ. quò aperte probatur hæc verba intelligi ipso iure, nec opus esse reuocatione siue restitutione: & etiam tex. in l. 1. in prin. ff. de fer. vbi postquæ dicit sententiam eo casu latā esse nullius momenti, ex hoc mox infert nō opus esse appellatione.

99 Et bene facit tex. in l. cum hi. §. si prætor, ibi, transactio erit nullius momenti, iunctis illis verbis postea sequentibus, transactio nem esse irritam. ff. de transact. & in l. 1. ff. de iniust. testa. & in l. nec mandante. §. si prætor. ff. de turo. & cur. dat. ab his. & in l. 1. §. quod meus seruus, & iterum in l. quod seruus. ff. de stipula. ser. & in l. si quis Sempronium, in fi. ff. de hæred. instit. & in l. ex co. C. de inuti. stipul. & in auth. sacramenta puberū, & quod ibi dicit Cyn. Bar. in fi. Bal. & Ang. C. si aduer. vend. & in §. est autem, qui est 2. in si iuncta gl. Instit. de hæred. insti. Et facit etiam quod de his verbis in alio casu scribit Fran. Aret. in c. 2. de testi. Id scilicet, qd per eum tex. qui vitur his verbis, sing. probatur, qd diuini testis examinati parte non citata nullum profus facit in dicitum. Et idem ante eum dicit Panor. ibi, col. 6. vers. sed circa prædicta. quem sequitur Barb. qui & alia multa allegat consil. 83. supremus dicit Deus, col. 2. in 2. dubio, vers. secundum est, lib. 4. facit item quod scribit Raph. Co. in rep. l. si filius, in 7. opp. 1. no. vers. quid ergo in hac varietate. ff. de libe. & posthu. Facit denique, quod de hac dictione scribit Ang. conf. 260. dicta interlocutoria, col. 1. in fin. qd id quod est nullius momenti, nullum omnino potest producere effectum.

100 Contrarium tamen, videlicet hæc verba latæ sententiā non dicere, tradit las. sibi contrarius, in d. l. de pupillo. §. si quis fortè. in duobus locis. ff. de oper. noui. nunt. per text. in d. c. ordinarij, in fi. de offic. ord. lib. 6. vbi est tex. in hæc verba, nullius penitus est momenti: quasi scilicet ea verba nullius momenti, non induxissent canonem latæ sententiæ, nisi fuisset adiecta dictio, penitus, quæ haud dubiè est latæ sententiæ, vt postea dicemus in 26. fal. Et idem videtur voluisse ipse las. in l. filiusfam. §. diui, in primo not. tam in lect. quam in repe. ff. de leg. 1. dum de hac re loquens simpliciter se remittit ad ea quæ dicit in d. §. si quis fortè.

101 Tu autem ad las. adde alios tex. ei quem allegat, similes, in c. vlt. extra de pact. & in ca. vlt. in fi. de re iud. lib. 6. & in d. c. 2. in fi. de fil. presby. co. lib. 6. & in cle. 1. de præben. vbi glo. in verbo, nullius, dicit

Comprobatio eiusdè.

hoc verbum, nullius, esse vniuersale negatiuum, & nihilominus text. illum adiecit hoc verbum, penitus, & in c. credentes, tit. de statut. & consue. contra liber. eccl. edi. in feudis. sed est text. melior argue expressior in litem eorum. §. sed si in a. ff. quod cuiusque vniuer. cum dicitur, ipso iure id decretum nullius momenti esse. & alij omnino similes, in l. 3. §. vltim. in illis verbis, ipso iure nullius esse momenti. ff. pro socio. & in l. 3. §. sciendum, vers. si stipulanti. ff. de don. inter vir. & vxor. & in l. oratio. ff. de sponsa. Et facit præterea tex. in d. l. qui in carcerem, & quod ibi not. Bal. in 2. lect. ff. quod met. caus. quem quidem text. & ad hoc expendit Fulgo. qui & ipse hanc partem sequitur, quauis las. etiam non alleget, consil. 122. quidam S. agit, col. 1. & 2. facit etiam text. in l. 1. §. vlt. C. de com. ser. manu.

102 Ego verò priorem partem teneo, cum habeat text. expressiorem ac clariorè, quam vt reselli possit, in d. l. si libertus, post princ. Et quia etiam, vt diximus ex glo. in d. clem. 1. dictio nullius, est vniuersalis negatiua, quæ scilicet vniuersaliter neget, nec esset nullius momenti, quod ipso iure valeret, imò haberet aliquid momenti, & quia etiam prior illa pars multò pluribus ac crebrioribus calculis immititur. Ad illos autem text. pro alia parte allegatos dici potest quod in simili diximus supra in verbo, præsentis temporis, vers. 26. sed quod his respondetur.

103 Vigesimo quinto fallit, cum apposita fuerit dicitio funditus, si credimus, vt par est credere, glo. in l. decernimus, & ibi Saly. C. de sacro. eccl. & Barro. in tract. de tyrannide, col. 3. in 7. q. in prin. Sal. in l. vlt. col. 1. vers. ego etiam. C. de acq. posses. Domi. & Philip. Fran. in c. quam sit. §. vlt. de cle. lib. 6. Fran. Cre. d. singu. 7. Corne. d. conf. 312. in hac consultatione, col. 3. vers. quod etiam demonstratur, lib. 1. Barb. in d. l. generaliter, in prin. ff. de verb. obli. Fran. Aret. in d. c. si diligenti, col. 4. de for. compe. Iacob. à sanct. Geor. in l. si quis maior. C. de transact.

104 Nam hæc dictio idem significat quod omnino, vel in totum, tanquam si dicas à fundo, veluti ab imo, nullo profus relicto, vt radicis à radice, stirpis à stirpe. Plautus in Mercatore, Quod te est filiumq; tuum atque mentem perdit funditus. & Terentius in Andria, Quod si fit, pereō funditus. & Tullius de amicitia, Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odiaturque diffidit funditus possit eueri: & etiam in lege 2. C. de prætor. & hono. præto. cum dicitur, funditus iubeamus aboleri. & in c. sacras. 28. dist. & in cap. nullus episcoporum, 11. q. 2. Et stirpis in eadem significatione ponitur in l. in rebus, in fi. C. de iure dot. & in l. 2. in prin. C. de peri. bon. subl. lib. 10. Id enim, vt diximus à stirpe significat, qua verè in eum sensum vsus est, quisquis is fuit, qui apud Sallustium orationem habuit ad Cæsarem de repub. ordinan. Nā quæ seditio, aut dissensio ciuili tot tamq; illustres familias à stirpe auerit? Et ipse Sallustius in Catilina, Carthago æmula imperij Romani à stirpe interit. & Lilius lib. 4. belli Macedonici in oratione Portij latronis: Equidem fabulam & fictā rem dicebā esse virorū omne genus in aliqua insula cōiuratione muliebri à stirpe sublatam esse. Et similiter radicis, in l. 1. C. de formulis, & in c. ex frequentibus, ext. de insti. vt intelligas eas dictiones & similes eandem vim habere.

105 Vigesimo sexto idem de dictione penitus, ex gl. in l. si qui aduocatorum, in verbo, arceatur, & ibi Ange. & Raph. Fulg. qui eā dicit sing. C. de postul. & Io. And. in c. 1. ad fin. & ibi Domi. col. 2. vers. quero vltimò, & Philip. Fran. in vlt. notab. de postul. præla lib. 6. & idem Domi. in cap. Romana. §. vlt. ad fin. & ibi etiam Philip. Fran. col. 2. de sentent. excom. lib. 6. vbi & hoc sentiunt Host. Ioan. Mo. &

Autoris sententia. Nullius, vniuersalis negatiua.

Diffinitio funditus, latæ sententia.

Funditus, idem significat quod omnino.

Stirpis.

Radicis.

Penitus.

Archid. Pet. And. & etiam Panor. in c. quibusdam, paulo ante si. extra de pœnis, per tex. in ca. vlti. cod. tit. vbi & ipse Panor. hoc idem not. in vlt. notab. & ibi ante illum Ioan. And. & Saly. in l. vlt. col. i. vers. ego etiam. C. de acquir. possel. Fran. Aret. in l. si colonus, col. i. ff. de acquir. possel. Perus. in c. ex tenore, & ibi etiam Philip. Dec. col. 5. extra de appel. per not. in l. 2. C. de const. pecu. Barbat. in ca. i. extra de iudic. & in c. si diligenti, de foro compe. & consi. 24. illud afferam, col. i. vers. & si quispiam, lib. i. vbi & ad hoc quædam iura allegat. & consi. 37. istud adducam, col. 9. vers. tertio pōdero, eo. li. i. & Phil. Corn. consi. 312. col. 3. lib. i. Mathes. d. sing. 112. Alex. in l. qui vsumfructum, col. 2. ff. de verb. oblig. & consi. 10. visis disponentibus, col. 4. vers. eodem modo, lib. i. Franc. Aret. in l. i. col. 5. vers. & pro prima responsione. ff. de testa. & in l. vlti. in 5. not. per illum text. C. de pactis, & in l. si colonus, post prin. ff. de acq. possel. & in cap. veniens, col. vltim. extra de accusationibus quibus locis hoc dicit probari per text. quem priori loco dicit not. & menti tenendum, in l. solutum. §. si in sortem, in fin. ff. de pigno. actio. iuncta l. si non fortem, in princ. ff. de condi. indeb. Ang. Aret. in §. quæ de fullone, in 3. not. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur. Felin. in c. insinuatū, col. i. de simo. Iacob. à Sancto Georg. in d. l. si quis maior. Ias. in d. l. de pupillo. §. si quis forte. ff. de oper. no. nunt. Phil. Dec. in authen. cassa, col. 2. in 3. not. C. de sacrosanct. eccles. & in ca. ceterum, col. 2. ext. de rescript. & consi. 327. viso casu proposito, col. 1. & Hippo. Marfil. in sua practica causarum criminalium. §. aggredior, num. 123. & ex Gallis nostris Rebus. vir optimus atque doctissimus in repet. ca. postulatis, nu. 149. tit. de cler. excom. min.

Penitus, dicitur proci-

Dispensationem excludit.

Et habet vim doctri-

Penitus, id est significat quod in totum.

106 Nam & hæc dicitio est præcisâ, nec recipit limitationem, aut modificationem, vt prodit Angel. consi. 31. cuius initium est, viso laudo. col. vlt. per l. ambiguitatem. C. de usufruct. & l. vlt. C. de edit. di. di. Adr. tol. & l. vlt. C. de ferui. & l. vlt. C. de summa trin. & cap. super eo. de hæret. li. 6. & idem quoque voluit Alex. in d. l. qui vsumfructū. ff. de verb. obliga. & Phil. Dec. in auth. qui rem, col. vlt. C. de sacros. eccle. & consi. 137. cuius superscriptio incipit, de absoluteione, col. 1. & consi. 401. licet in causis, col. 2. Et excludit dispensationem Ioan. Ana. in c. qualiter, le 2. col. 4. vers. & quod not. ext. de accu. vbi præterea dicit quod habet vim decreti. & Barba. consi. 19. scripsit propheta. col. 7. lib. 1. Et vide Rom. consi. 82. quo ad id quod queritur, in fin.

107 Et huc quoque facit quod hæc dicitio, si nostris credimus, idem significat quod in totum vel ex toto, quæ est significatio illius dictionis omnino, quæ haud dubie est latæ sententiæ, vt supra diximus. Id enim asserit gloss. in cle. i. in verbo, nullius, de præben. & Archid. in capit. 1. post prin. in verbo, penitus, de supp. negli. præla. lib. 6. & in c. i. col. 2. in verbo penitus, de cler. ægrot. cod. lib. 6. & in c. ordinarij, ad fi. de offi. ordi. eo. lib. 6. & Ioan. And. in c. i. in verbo, penitus, de postul. præla. lib. 6. in nouella. & Lucas Pen. in l. vlt. ad fin. C. de decur. li. 10. Cepo. causarum civilium consi. 66. Titius, nu. 27. & Alex. consi. 13. visis & consideratis, col. 3. vers. tertio respondeo, li. 2. & consi. 72. visis & diligenter ponderatis, col. 1. lib. 2. quod repetitur consi. 58. lib. 6. & consi. 72. habita. col. vltim. eo. lib. 6. & consi. 173. visis depositionibus, col. 4. vers. non obstant allegatâ, lib. 7. vbi dicit probari ex text. in leg. i. Cod. de gladiâ. penitus tollen. lib. 11. cum dicitur, omnino gladiatores esse prohibemus, iuncta ea. rub. sed in codicibus qui circunferuntur, in ea rub. tantū scribitur de gladiator. & quod voluit Ro. consi. 81. quod reliqua, ad fi. Maria. Socin. post alios consi. 21. visis & diligenter lectis, col. 3. vers. ite ponderandum est.

& Soc. ipsius filius consuetiam 21. abunde & subtiliter, col. vlt. lib. 4. & in l. singularia, col. 4. vers. 4. conclusio. ff. si cer. pet. & in l. qui vsumfructū, col. 3. vers. sed tu aduerre. ff. de verb. obli. Barb. cōf. 86. magnus dicit, col. 7. vers. capio modò secundum articulum, lib. 4. & Cepol. cōf. causarum criminalium 134. si vn quâ magnifice, col. 8. vers. 7. & consi. seq. in hac questione, col. 2. Ias. in l. 2. num. 171. & tu pondera. C. de iur. emphy. lib. 6. & ex Grammaticis antiquioribus Priscianus in lib. de 12. carminibus. c. 9. vbi dicit, penitus significare prorsus, quæ dicitio idem significat quod omnino, vt supra diximus, & etiâ satis probatur ex l. quidam, ibi, nullo ei penitus relicto. C. de fideicom. & in l. omnimodo, vers. si verò, ibi, nihil eis penitus reliquerint. C. de inof. testa. & in l. 2. §. si quid autem, ibi, penitus in nullo peccare. C. de veter. iur. enucle. & in l. i. ibi, nullâ penitus habeant potestare. C. de offi. mag. mili. & in l. lege, ad fi. C. de legi. hære. cum dicitur, ceteri gradus remaneant penitus semoti. & in l. i. ad fin. C. de iure emphy. vbi in id est tex. optimus. & alibi sæpissime.

Penitus, idem quod prorsus.

108 Contrariū tamen, videlicet hanc dictionē penitus, non esse latæ sententiæ, videtur voluisse glo. in c. quisquis, in verbo, suspendantur, ext. de elect. quæ hæc verba illius tex. penitus suspēdatur, intelligit per sententiā: quod & facit Inn. ibi, in eo verbo, & sequitur Panor. ibi etiâ in fi. Et alia glo. in d. c. Romana. §. vlt. de sen. ex. li. 6. vbi licet tex. ita dicat, in vniuersitatē vel collegiū proferri excommunicationis sententiā penitus prohibemus, tamen gl. ibi dicit, qd si lata fuerit sententia excommunicationis, tenet. Et ex ea gl. dicit Fran. Aret. in d. c. in causis, col. vlt. extra de testi. qd aliquādo hæc dicitio non est canō latæ sententiæ secundum materiam subiectam. quod & idē asserit ipse Aret. in l. 1. §. sed & si mihi. col. 4. ff. de verb. obli. & Ias. consi. 173. circa primum cōsultationis articulū, col. 3. vers. præterea ad dictâ, lib. 4. Ex quo intelligi faciliē est ex sua natura eā vim habere, sed ex subiecto argumento sua vi decedere, iuxta ea quæ diximus supra in verbo, præteriti tēporis, in fi. Et id quidem perpetuum est in omnibus dictionibus & verbis, vt semel id dicam. Nam & idē videmus in dictione omnino, quæ sine controuersia vim habet latæ sententiæ, eā tamen perdit ex subiecta materia, vt patet in c. iuncta gl. ext. de despons. impub. Sed & de nostra dictione penitus, vt hoc addam Aret. habemus tex. in cap. si forte, in fi. iuncta gl. in verbo, initium, in vlt. solut. de electio. libro 6. Et idem diximus supra de dictione nullatenus. in 23. fall. & dicemus postea de dictione, frustra, in 38. fal.

Penitus, non est lata sententia.

Dicitio mox, lata sententia.

109 Vigesimo septimò fallit, cum dicitio mox, additur verbo futuri temporis, nam est latæ sententiæ, testimonio gl. in auth. de incest. nup. in prin. in verbo, imminere, & ibi Bar. & Ang. & voluit etiam Cy. & Saly. in auth. incestas. C. de incest. nupt. Bar. in l. Mænius. §. duobus, col. vlt. ff. de leg. 2. & in l. imperator. ff. de iur. fisci, & in d. l. iubemus, la 2. §. sanè si hoc, col. vlt. & ibi Bal. C. de sacros. eccle. & idē Bart. in d. l. si quis maior, col. 2. & ibi Bal. col. 2. vers. vlt. riuus no. Alex. col. 2. & Fri. Aret. in 7. not. Ias. in 13. no. & Aquē. col. 2. & Thomas Parpa. in rep. in 23. not. & iterū in 26. not. & etiâ Iacob. à sancto Georg. col. 5. & Hiero. Cagno. etiâ in repe. char. 61. nu. 144. C. de transact. & rursum Bart. in d. auth. vt defun. seu fune. eor. in prin. & Bald. in d. l. i. §. si pecunia. ff. de positi. & in l. i. in fi. ff. si cert. pet. & in auth. in donatione. C. de secun. nup. in addi. & in c. quia propter, col. 4. vers. ibi mox, ext. de elect. & in c. bonę, le 1. col. vlt. vers. & scias, eo. tit. Ang. in l. in criminali, & ibi etiam Pau. Cast. C. de iurifid. omnium iudi. idē Angel. in l. idemq;. §. sicut. ff. qui portio. in pigno. habe. & in l. si quis in tātâ, col. vlt. C. vnde vi, & in auth. de nup. §. si verò

verò expectet. & in auth. vt sine prohi. mat. debi. & in auth. de litigio. in fin. & consi. 371. multum considero, col. vlt. Pet. Anch. inter. consi. Ioan. Calde. tit. de verb. signifi. consi. 10. futurum tēpus. Pau. Castr. in l. i. col. 3. in vlt. no. ff. si cer. pet. Aluar. in cap. i. col. 2. tit. de feud. sine culp. non amit. Ioan. Plat. in l. pen. col. 1. C. de dignit. lib. 12. Roma. in l. i. §. qui præfens col. 1. & ibi Franc. Aret. col. 1. in fin. & Barb. col. 2. ff. de verborum obligatio. Mathes. dict. sing. 112. Fran. Cre. d. sing. 7. vbi dicit illam gloss. singu. Corn. consi. 246. videtur in hac consultatione, col. pen. versicu. itaque dictus, eod. lib. 3. & consi. 266. in hac consultatione, col. 3. vers. si itaque dictus Antonius, eod. lib. 3. & consilio 309. circa primum quæsitum, col. 4. eod. lib. 3. & consi. 40. viso processu, col. 4. vers. ex quibus verbis, lib. 4. Alexand. in l. diuortio, col. 4. ff. solu. matr. & consi. 139. viso puncto, col. 2. lib. 7. Philip. Franc. in capit. in pœnis, de regulis iur. lib. 6. Ange. Aret. in §. extraneo. col. 2. Instit. de pupil. substit. Franc. Aret. in l. si quis hæres, col. 1. in secundo notab. ff. de acquir. hæred. & in capit. si diligenti, col. 4. de foro competens. Anastasius Platus inter consi. Barb. consi. vltim. multos futuros esse, col. 4. vers. in hoc articulo, lib. 1. Card. Alexan. in §. callidis, col. 2. tit. de prohib. feud. alie. per Feder. Ioan. Ray. in §. pœna, in 8. quæst. & iterum 15. 1. partis princ. eod. tit. Fel. in d. cap. Rodolphus, Phil. Frac. in d. c. quàm sit. §. ceterum de elect. lib. 6. & in c. i. in vlt. no. de vit. & hone. cleri. eo. lib. 6. & in c. in penis, de reg. iur. eo. quoq;. lib. Ias. in l. 2. col. 3. vers. secundò pondero. ff. de iureiur. & consi. 118. in causa & quæstione, col. vlt. li. i. Philip. Dec. consi. 235. in casu magnifici, col. 3. vers. venio igitur ad alia. Steph. Bertr. consi. 275. visis pactis, nu. 5. Catel. Cot. in memor. incip. mox, in fin. & Hippo. Marfil. in dicta sua practica, vbi supra, & Per. Rebus. in repet. l. diuus, char. 12. vers. nota ibi mox purgasse. ff. ad S. C. Sylla. Nam & ea dicitio habet executionem paratam, vt dicit Ias. in l. 2. col. 3. vers. secundò pondero. ff. de iureiur. quod probat tex. in l. si quis posthac, in princ. ibi, veluti manu iniecta mox vendicet. C. de bonis pro scrip. & quod ibi scribit Ang. in princ.

Qui repugnet superioribus.

Mox habet spatium temporis.

110 Nec quæpiã hæc tenus reperi qui neget hanc dictionē esse latæ sententiæ, præter Simonem quædam Colub. apud Aegidiū Bellamer. consi. 9. factū est tale, cum esset lis, col. 8. Nam hæc dicitio, inquit, habet spatium temporis, quandoq; quinque dierū, quandoq; vnus anni, quandoque aliorum temporum, per multa iura quæ illic allegat. De quibus & tu vide glo. optimam in c. l. 20. q. 2. & in c. quia propter, in verbo, mox, & ibi Panor. in fi. prin. de elect. & Bal. in l. fructus, in princ. & ibi latissimè Ias. col. 1. ff. solu. matr. & Alex. in l. diuortio, col. 3. & seq. eod. tit. & in l. i. col. 10. vers. in glo. in verbo, mox, & ibi quoque Saly. col. vlt. ff. si cert. pet. & Maria in c. in literis, col. 2. extra de mutuis pet. & Ias. in l. Gallus. §. ille casus, post princ. ff. de liber. & posthu. & in l. si arrogator, col. 3. vers. secundò diligenter. ff. de adop. vbi colligitur multa diuersa tempora, & ex iis quædam ad modum longa, de quibus mox dicitur.

111 Sed tu hic dicitio, quod licet mox variis modis sumatur secundum subiectum argumentum, eius tamen propria ac genuina vis & natura est, vt accipiat pro confestim, & sine interuallo, vt aper tē sentit gl. in d. c. quia propter, vbi supra, & gl. in l. si parer, & ibi Bal. qui eam l. legit cum l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupil. & not. Bart. in d. l. i. & ibi etiam Saly. col. vltim. & recentiores. ff. si cert. pet. & Bal. in l. Gallus. §. ille casus, col. pe. vers. vlt. collige. ff. de liber. & posthu. vbi & ex hoc casu dicit, quod ex sua propria natura est canon latæ sententiæ, & Card. Flor. consi. 29. iudex, col. 2. vers. & de arbitro. & Imo. & in l. diuortio, in princ. super gl. in verbo

Et illud Plinij in Panegir. Ipsum quidè qui mediocriter diligat, cui leges amandi nō det, sed accipiat. Ideo Phil. Dec. de hac re dubitare videtur, in l. non videtur quifquam. ff. de reg. iur. atque etiam Franc. Cur. iunior in l. naturalis, col. 3. nu. 11. ff. de præscrip. verb. Et vide text. in l. si quis posthac. in princ. C. de bonis proscript. cum scribitur, veluti manu iniecta mox vendicet, aut certè quoquo modo occupatus statim recipiat. Nam si id verbum recipiat, per se fuisset directum, cur cum eo illa verba, manu iniecta, mox, & statim fuissent addita? Nisi diceret quod alibi sæpe supra diximus in re simili. Et idem quoq; dici potest de tex. in §. hoc autem, vers. si minus, ibi, mox quidem percipiet, in auth. de non ali. reb. eccl. & in auth. de incest. nup. §. 1. vers. si verò contigerit, ibi, mox illi accipiant. Nam & ea dictio mox, est late sententiæ, vt supra dictum est. Sed quod supra diximus, non magnam vim in hoc repono, quando & similes dictiones nonniquam cum hoc verbo præsentis temporis, quod haud dubiè alterius operam nō exigit, coniunguntur, vt in l. sed & si in conditione. §. vlt. ff. de hære. instit. vbi ita scribitur, à semetipso libertatem accipit. Porro tex. est probans verbum percipiat, quod est eiusdem nature & originis, proindeque & roboris, nisi maioris sit, propter ea quæ dicimus in seq. fal. esse obliquum, & ita desiderans alterius manum atque ministerium, in l. liberis, in prin. ff. de ali. & cib. legat. quæ ad hoc expendit & dicit not. Franc. Aret. in d. l. Centurio, char. antep. Commune autem integrè & omnibus numeris absolūtè ostendit. l. 2. in prin. ff. de adul. & l. verba, in l. qui procuratorem

Mox dicitio, est late sententiæ.

verbo accipiendi in relicto fideicommissario, vt in l. ergo, quæ est 4. §. hi qui fideicommissariam, & iterum §. hi qui ad libertatem, rursumque §. seq. ff. de fideicommiss. liber. Sicuti etiam sunt qui in directo vtuntur, vt in l. si filius, in prin. eo. tit. sed & l. Antonius. ff. eo. tit. in vtroque vtitur, primùm enim dicit, vtrunque directo accepissent, deinde etiam dicit, hæreditatem per fideicommissum acceptant. Ideo cogita propter auctoritatem eorum qui priorem sententiam sequuntur.

191 Vnus omnium, nisi me fallit memoria, Andr. Alcia. vir nunquam satis laudatus, in l. aliud est capere. ff. de verbo. signi. facit discrimen inter capere, & accipere, vt illud propria auctoritate, hoc de manu alterius intelligatur, vt propositionem ad, pro iuxta, interpretetur. Idque tradit voluisse Moder. in d. l. non videtur quisquam, intelligens de Decio, qui solus ex recentioribus eum locum commentariis ornauit. Qui tamen id non dicit, sed id solū, hoc interesse inter hæc verba, vt capere, cum effectu intelligatur, ita scilicet vt quis habeat & retineat ad suam ipsius vtilitatem. Accipere etiam, si quis nō sic accepit, vt habeat, per tex. qui hoc nuncupatim tradit, in d. l. aliud est capere. & alia quædam similia. Vtrum verò verbum capere, sit directum, an obliquum, nihil omnino dicit: de verbo autem accipere, tam obscure loquitur, vt nescias velintne esse directum, an obliquum, vt supra diximus. Sed ad sententiam Alc. facit quod tradit Imo. post Stephan. in clem. 1. col. 2. de hæret. quod capi quid dicitur, cum manibus tenetur. per c. vt famæ, & cap. si clericos, de sen. excom. lib. 6.

Insero capere & accipere quæ non differunt.

192 Sexagesimo tertio fallit in verbo sumat, quod est eiusdem significationis, quod illud verbum accipiat, nisi quod illud, vt iam diximus, intelligitur vt quis accipiat, de manu alterius, hoc, à seipso, vt auctoritate nescio cuius Papię tradit Lucas Pen. in locis supra nu. ab hinc 2. citatis, videlicet in l. domini, in prin. C. de agr. & cens. lib. 11. & in l. cænicorum. C. de erog. milit. anno. lib. 12. Et allegat quædam iura quæ non admodum huc faciunt. Et illi refragatur illud Plautinum in Amphitryone:

Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.
& in Asinaria:
Nam si mutuas non potero, certum est sumam fenore.
in Pseudolo:
Tu mihi hercle argentum dabis, abs te quidem sumam.
Illudque Terentianum in Adelphis:
Postremo à me argentum quanti est sumito.

193 Sexagesimo quarto fallit in verbo veniat, deueniat, adueniat, proueniat, perueniat, quæ etiã sunt directæ, ex sententia Inno. Hofi. & Io. And. in c. Raynaldus, in verbo, deuenirent, extra de testa. & Bart. in l. precibus, col. 3. versic. quæro quid si dicit. C. de impub. & ali. subst. & Bal. in rub. C. de impu. & aliis. Ita substi. col. 1. & consil. 167. thema proponitur, col. 2. lib. 2. Arnaldus à Soleno in repe. c. si pater, col. 4. de testa. lib. 6. Pro quibus est text. in l. 2. §. peruenisse. ff. de hæred. & actio. vendi. & in l. hæredes mei, in princ. ff. ad Treb. & in l. si ad patrem. ff. de suis & legit. hæred. & omnes leges quæ loquuntur de substitutione in hunc modum facta, quicquid ad eum peruenerit, vt l. eum virum. C. de fideicom. & l. balista, cum seq. ff. ad Treb.

Verba veniat, deueniat, adueniat, &c. sunt directæ.

194 Illud autem maximè debet obtinere in verbo, perueniat, quod est maioris ponderis, virumque, ac roboris, quàm cætera, quia dictio per, ex qua componitur, perfectionem quandã acquisitionis significat, per l. qui concubinam. §. cum ita legatum. ff. de leg. 3. Nam & aliàs illa dictio per, & in compositione & simpliciter rem integrè & omnibus numeris absolūtè ostendit. l. 2. in prin. ff. de adul. & l. verba, in l. qui procuratorem

Distio per, in compositione & simpliciter rem integrè & omnibus numeris absolūtè ostendit.

rorem, in prin. ff. de procu. & gl. in c. veniens ad nos, in verbo, pernoctauerit, extrà de sponsa. & in cap. si consiterit, in eo verbo, & ibi Panor. col. vlt. extrà de accu. & in cle. causam, in prin. in verbo, vel perleto, & ibi Card. Flor. in 3. no. de elect. & Arch. in c. 1. de vita & honest. cler. lib. 6. & Ioan. And. in c. si diligenti, extrà de foro compe. & Bar. in l. Celsus, ad fi. de vfuca. Bal. in l. sed & milites. §. planè. ff. de excus. tuto. Ang. in l. pen. §. ad crimen, col. 1. ff. de publ. iud. & Imo. consil. 101. in causa accusationum, col. 1. Ant. & alij in c. licet causam, de probat. & Cepola consil. 48. quamquam per superscriptos, col. 2. vers. sed quia ista distinctio. Et apertè probat illud Senecæ tragicodiographi in Thieste:

Leue est miserias ferre, perferre graue.
Illudque Martialis lib. 4. epigram. 37.

Negare iusti, pernegare non iusti.
195 Et nuncupatim de verbo peruenire, vt scilicet perfectionem significat, respondit Signor. consil. 171. Ser Antonius, col. 3. vers. præterea, dict. §. per tex. in l. 2. §. peruenisse. ff. de hæ. & actio. vendi. & rursus consil. 178. pater decessit, col. 2. versic. præterea dicta hæreditas. vbi & ad hoc aduocat l. vtrum. ff. de petit. hære. itémque consil. 226. in themate, col. 2. vers. item verbum peruenissent, vbi & alia multa iura allegat. Et de eodem verbo etiam Bar. & alij in l. si cui legetur, in prin. ff. de leg. 1. & Bal. in l. non putabam, per illum text. ff. de condi. & demonst. & in l. Centurio. colum. 2. ff. de vulga. & pupil. & ex externis scriptoribus Papinius libro 4. Syluarum ad calcem eius libri,

Venies charissima coniunx, Perueniesque etiam.
Et hoc in vniuersum asserit Priscianus libro 14. & multorum auctoritate confirmat Laurentius Valla lib. 5. c. 30. Quibus addas locum ad eã rem apertissimum ex Plauto in Capt. Eg. Quid tu ais? tenax ne pater est eius? Ph. Imò ædèpol pertinax. Et quod hoc verbum perueniat sit directum, facit text. in l. 1. §. 1. & ibi Bal. ex eo no. ff. si quis omis. cau. testa.

196 Sed & quod hæc verba sint obliqua, & ita requirunt alterius operam & manum, videtur esse text. in l. fideicommissaria. §. hæc verba. ff. de leg. 3. & in dict. l. hæredes mei, in princ. iuncto §. cum ita, & ibi Alex. & in l. hæredibus. §. vlt. & in l. epistolam. §. mulier, & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. & in l. pen. ff. de solu. & in l. 2. §. peruenisse. ff. de hæred. & actio. ven. & in l. liberis. ff. de condi. & demon. & in l. fideicommissaria. §. etiam fideicommissaria. ff. de fideicom. liber. vbi verbum perueniat, dicitur de fideicommissaria libertate. & in l. hæreditatis, & ibi Bart. sibi contrarius. C. de hære. insti. & in §. manifestum, in princ. in auth. de resti. fideicom. & voluit etiam Pet. Iaco. titu. de verbis obliquis, col. 1. Signor. consil. 66. factum tale est, reperitur, col. 3. in 2. dubio. & consil. 107. quidam nomine Maragonis, colum. 9. versic. indubitanter. & iterum consil. 111. in quæstione seu quæstionibus, col. 3. in prin. & consil. 189. quæstio præsupponitur, col. 1. versic. redeo ad primum. & consilio 235. in quæstionibus præsentibus, vbi & hoc dicit tenere Rayn. & Guid. Pap. singu. 757. licet verba. & consilio 96. casus sub nominibus, circa medium 5. dubij.

Verba veniat, deueniat, adueniat, &c. an sint obliqua.

197 Ideo ipse Barto. in d. l. Centurio, col. pen. ff. de vulga. & pup. dicit ea verba esse communia, & sequitur Bal. ibi, col. 2. vers. idem etiam dico, & Fran. Aret. col. pen. & alij recentiores. & idem dicit ipse Bart. in l. Lucius, col. 2. in 2. quæst. princ. & ibi etiam Bal. Imo. & alij. ff. de vulga. ff. de vulg. & pupil. idem Bar. in l. eogi, in princ. ad fi. versic. & per hoc semel, ad Trebel. & consil. 22. homo. col. 2. vbi dicit hæc verba esse obliqua, aut certè negari non posse, quin sint communia. & iterum consil. 37. quidam Cola, col. 2.

atque iterum consil. 241. pater filio impuberi, col. 2. Bal. in l. iã hoc iure. §. sed si alter. ff. de vulg. & pupil. & in l. precibus, col. vlt. versic. item quaritur, & ibi etiam Ang. col. pe. & Alex. col. 6. vers. in ea ibi rogo, & Corne. col. 17. versic. verba autem communia, & Fran. Curt. iunior col. 11. nu. 39. C. de impuber. & alij substi. idem Bal. in l. vlt. C. de sacrosan. eccl. & in repetit. c. si pater. col. 15. & ibi etiam Philip. Franc. col. 31. versic. 2. & 3. de testa. lib. 6. idem Bald. consil. 464. à primo puncto, col. 1. Ang. in dist. l. hæredes mei, ibi Imo. & Alex. in §. cum ita. ff. ad Trebel. idem Ang. in l. 2. per illum tex. C. de bon. quæ liber. & consil. 13. pro decisione, circa med. Imo. in d. c. Raynutius, in materia compendiosa substitutionis, in char. pen. vers. vltimate. Raphael Com. consil. 133. Bartholomæus instituit, post prin. Cardi. Floren. consil. 60. Guaglotus de bononus, col. 3. versic. de substitutione. Pau. Castr. consil. 172. dubium facit contra dictum Ioanncm, post prin. lib. 1. & consil. 341. mater ista, post prin. eod. lib. 1. Aegidius Bellame. consil. 26. in omnibus autem col. 3. & iterum col. 4. vers. Bartholomæus, & consil. 39. factum est tale, dominus Humbertus, col. 5. vers. non obstant illa verba. Io. Ana. consil. 46. circa primum quæsitum, col. 1. & ibi Ludo. Bolo. in addit. ad prin. Ange. Aret. in §. extranco, col. 1. Instit. de pupil. substi. Alex. consil. 57. perspectis testamento codicillis, col. 2. lib. 2. & consil. 162. circa primum, col. 3. versic. quod autem substitutio, eodem lib. 2. & consil. 171. viso processu, col. 1. eodem lib. 2. vbi dicit esse communem conclusionem, & consil. 36. viso themate, col. 1. lib. 3. & consil. 49. eodem princ. col. 1. lib. 7. Franc. Aret. in l. 1. colum. 3. ff. de lega. 1. Barb. in repet. dicti c. Raynaldus, col. 33. vers. nota ibi deuenirent, extra de testa. Bened. Capra, consil. 50. punctus quidam Martinus, col. vlt. Corne. consil. 54. duo in puncto quaruntur, col. 1. libro 3. & iterum consil. 307. videtur prima facie dicendum, col. 4. eod. lib. 3. Guid. Papæ consil. 187. credo sententiam & consil. 227. falconia. col. vlt. Socin. in l. 1. col. 6. vers. aliquando & tertio. ff. de vulga. & pupil. & consil. 249. materia præsentis consultationis, col. 10. versic. tertia responsio, lib. 2. Franc. Curt. senior consil. 46. sæpe reuoluta, col. 4. vers. fortius. Franc. Curt. iuni. consil. 15. circa præmissam, col. 1. Philip. Dec. in l. qui se patris, col. 4. vers. quinto not. C. vnde lib. & in l. cum quidam, col. 1. & ibi quoque Iason etiam col. 1. C. de impub. & ali. substi. & ipse Iaso. consil. 4. Nicolauis, col. 4. versic. tertio principaliter, lib. 1. & D. Guil. Bene. in repet. c. Raynutius, in verbo, eidem impuberi succederent, num. 14. de testa. Stephan. Bertran. consil. 135. Christi, &c. viso casu, num. 4. lib. 1. & consil. 228. ponitur in facto, nu. 2. eod. lib. 1. & consil. 23. viso instrumento, col. 2. nu. 6. lib. 3. Alciat. in l. peruenisse, de verbo. signifi. quamquam non omnes quos citauimus loquuntur de omnibus his verbis, sed alij de vno, alij de aliis.

198 Et hanc sententiam credo esse veriorem ex tex. supra allegat. vt interim omittam text. in l. cum hæres, in princ. ff. de statulib. cum dicitur, statim ad libertatem peruenit. Nam si verbum peruenit, simpliciter prolatum eam vim habuisset, vt intelligeretur ipso iure libertatem competere, ad quid addidisset lex illa dictionem statim, quæ & idem prorsus significat, vt supra diximus. Sed & sunt in eo. tit. alij multi tex. similes, vt in l. 3. §. si quis hæredi, & §. si ira fit, & §. idem Iulianus, & in l. mortuo, in princ. Et est etiam bonus text. in l. 2. C. per quas perso. nobis acquir. ibi, pignus ipso iure & sine aliqua cessione ad dominium contractus peruenire, &c. & in vlt. ibi, omnimodo perueniat. C. de condit. infert. Nam vt etiam supra diximus, hæc dictio omnimodo, ipso iure significat. Sed est tex. omnium optimus, probans verbum peruenire esse & directum, & obliquum,

Confirmatio præcedentium.

quanquam à nullo comperi fuisse perpensum, in l. si quis seruo. ff. de manu. testa. Hac autem omnia verba in re de qua loquimur, sunt paria: quamuis sit aliquid quod videatur augere significationem verborum deueniat & perueniat, vt de hoc supra diximus, & de vtroque Bal. in d.l. Centurio.

Verbu per sineat, an sit directu. 199 Sexagesimoquinto in verbo, pertineat, quod etiam est directum, si credimus Guid. Pap. conf. 31. cuius initium est, viso ad plenum, col. 3. morus auctoritate licet. C. de pactis. vbi & hoc dicit voluisse Bart. qui tamen non id voluit, sed illud tantum, scilicet ad ea quae dicit in d.l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substi. declarans non aliud sibi videri, quam quod dicit in d.l. Centurio. de quo mox dicemus. Et idem omnino dicit ac facit ipse Bar. in l. Seia, in princip. ad fin. ff. de donat. caus. mort. Sed aperte id quod Guid. dicit, affirmat Bal. in d.l. licet, & in cap. cum Ioannes, col. 1. versu. ibi remanent, extra de fide instrum.

An veru obliquum. 200 Verum communis opi. est, hoc verbum non esse simpliciter directum, sed etiam obliquum. Nam id voluit Bar. in d.l. Centurio, col. vlt. & ibi Bald. & omnes post eum. & idem Bar. in l. 1. ad si. ff. de dona. & in l. Lucius. §. filium ex asse, per illum text. & ibi quoque Bal. ff. de leg. 2. & ipse Bar. in l. fideicommissa. §. si filio, per illum textum, ff. de lega. 3. Cy. & ibi Bar. Bal. Salyc. Ange. & Pau. Cast. in l. 1. C. de pact. inter empr. & vend. Petr. Iaco. in tit. de verb. obli. col. 1. Bald. in l. iam hoc iure, §. sed si alter. ff. de vulg. & pupil. & in repet. d. c. si pater, & ibi etiam Io. Lig. & Phil. Fran. col. 31. versu. 5. de testa. lib. 6. Saly. Ang. Pau. Castr. Franc. Aret. in 1. not. Phil. Dec. in 7. not. & Iaf. in vlt. no. Fran. Curt. iunior col. 1. nu. 3. & ceteri recentiores in d.l. licet. C. de pact. vbi idem omnes penè dicunt de verbo, potiantur. Imol. in d. c. Raynurtius, tum nu. 125. tum vbi supra citauimus, & ibi etiã D. Bened. in verbo, eidem imperatori succederent, nu. 15. Aegid. Bellame. consil. 39. factum est tale, dominus Humbertus, col. 5. versu. his praemis. Cor. in l. precibus, col. 18. versu. verba autem communia. C. de impub. & ali. substi. Ange. Aret. in d. §. extraneo, col. 2. versu. octauo verbum pertineat, Insti. de pupil. substi. Franc. Aret. in l. lex Cornelia, per illum text. ff. de vulg. & pup. Soc. cõsi. 80. in quaestione quae vertitur, col. 2. versu. praeterea & secundò, lib. 3. vbi idem dicit de verbo, spectare. Bene. Cap. cõsi. 75. punctus Iacobus, col. 4. Guid. Pap. sibi contrarius, conf. 203. sequuntur vndecim quaestita, in 1. dubio. Alcia. in l. verbum illud pertinere, in si. ff. de verb. signi. & est bonus text. probas id verbum esse obliquum, & ad fideicommissum & legatum pertinere, in l. alumnae. §. vlt. ibi, ex causa fideicommissi pertinere: & iterum in l. filio, quae confestim illam sequitur, in prin. rursumque in §. 1. qui text. etiam in legato, & fideicommissio, eo verbo vtuntur.

De eadem re. 201 Ideoque nec id verbum suapte natura significat ipso iure, secundum Pau. Cast. in l. 1. in fin. ff. de donat. & Card. Alex. in c. imperialem. §. callidis, col. 2. tit. de prohi. feud. ali. per Fede. & in c. 1. §. domino, col. 2. tit. si de feu. defun. conten. sit inter do. & agna. vafal. Nisi & illud ipso iure ei verbo addatur, vt in l. si vsusfructus. ff. ad leg. Falc. vbi dicitur, ipso iure ad singulas partes pertineant. & in l. 1. §. 1. in duobus locis. ff. de iure fisci, vbi est similis text. Nam & frustra ipso iure fuisset adiectum, si in verbo pertinendi fuisset intellectum. Nisi hic diceret quae saepe supra in simili diximus. Nam & cum huiusmodi verbo praesentis temporis, quod vt diximus, est lata sententia, interdum comperitur dictionem statim, quae & ipsa est lata sententia, fuisse adiectam, vt in l. eius rei. ff. de rei vend. vbi ita scribitur, dominium statim ad possessorem pertinet. Quanquam Bal. in d. §. do-

mino, aliud videatur voluisse cum exponit pertinere, per sententiam, propter rationem quandam specialem, quam ibi ponit.

202 Sexagesimo sexto hoc quoque fallit in verbo, *Competat verbu sit. ne directu, an obliquu, an commune.* quod est eiusdem significationis. Nam & id etiam esse directum probat text. in l. cu. duobus, C. de inoffi. testa. vbi ita scribitur, quamuis libertates & directae competant, & fideicommissariae praestari debeant. Vides enim ibi id verbum peculiariter esse attributum libertati directae, aliud autem verbum separatim fideicommissariae assignatum, tanquam ei non conueniret hoc verbum. Et similis text. in l. ergo, quae est 4. §. si quis exemplum. ff. de fideic. liber. cum dicitur directae libertates non competere, & paulò post, nec fideicommissariae praestabuntur. Et rursum in l. generaliter. §. ex restamento. ff. de fideic. lib. cum dicitur, neque directas libertates competere, neque fideicommissarias debere, vt iam ex duobus illis locis possis intelligere, non id casu contigisse, vt id verbum ad directas priuatim ac proprie referretur, sed studiosè & de industria ita scriptum fuisse. Et in eam sententiam, vt scilicet sit verbum directum, videtur inclinare Franc. Aret. qui tamen nihil allegat, in l. Centurio, ad si. ff. de vulg. & pup.

203 Verum & ipsum quoque comune esse asseruit Ang. in l. precibus, col. 5. & ibi quoque Phil. Cor. col. 18. versu. verba autem communia. C. de impub. & ali. substi. per text. in §. manifestu, in auth. de restit. fideic. vbi & hoc no. ipse Ang. col. 3. versu. vbi competere. Et idem voluit Fran. Aret. in l. idem est, col. 1. ff. de vulg. & pup. Et facit etiam text. huic verbo annectens haec verba, ipso iure, quasi ea non intelligerentur in eo, in l. 1. ff. fami. ercisc. & in l. si ambo, in prin. ff. ad S. C. Velleia. & in l. 1. C. de repud. & in §. non autem omnes, Instit. de perpe. & tempo. act. & in §. si quis autem, in auth. vt libe. de ceter. vbi cum hoc verbo iungitur dictio, mox, & in l. vlt. C. de condit. inser. vbi & cum eo adiicitur dictio, omnimodo. & alius text. qui ei verbo etiam in praesenti addit dictionem confestim, & in d. l. 4. §. additis. ff. de fideic. liber. & alius, qui ipso iure addit, & in l. generaliter. ff. de noxa act. & item alius, in l. Caius, ibi directò non comperat. ff. sol. mat.

De eadem re. 204 Quin sunt & alij text. qui id verbum ad fideicommissum referunt, vt in ea ipsa l. 4. §. item si minor. ff. de fideicommissi. lib. Idque etiam in praesenti tempore, vt in l. si quis de pluribus. ff. de reb. dub. Sed & in l. Lucius. ff. de fideicõ. liber. aperte ostenditur per id verbu non intelligi ipso iure, cum primu dicit, libertas copetit, postea autem subdit, petenti Eroti libertate. nam vt scribitur in l. sed & si no. que est pe. co. tit. fideicommissaria libertas petitur, directò autem, quia ipso iure competit, non petitur.

De eadem re. 205 Sexagesimo septimo in verbo, maneat, vel remaneat, vt nuncupatum voluit de primo Panorm. in c. quia in omnibus, colum. 2. versu. extra glo. extra de vsuris. de secundo Bald. in d. c. cum Ioannes, colum. 1. versu. ibi remanent, extra de fide instrum. vbi interpretatur illud verbum ipso iure, & subdit, & sic est verbum directum, per l. 2. ff. de pactis dota. & l. si cum ante. C. de donat. ante nupt. Quo in loco Bal. ipse sibi contrarius, tenet hoc verbum remaneat esse commune, sicuti etiam facit in l. 1. in fin. C. de pact. inter empr. & vendit. & in l. vlt. col. vlt. Cod. de sacrosanct. eccle. & in tract. substi. colum. vlt. & similiter Baro. in l. Centurio. colum. vltim. versu. quartò dubitatur, & ibi Franc. Aret. & Iaf. vterque colum. vlt. ff. de impub. & aliis substi. & idem Bar. in l. tale pactum. §. vlt. post prin. per illum text. ff. de pact. Petr. Iaco. in d. tit. de verbis obliquis, col. 1. Imol. in cap. Raynurtius, in materia compendiosè substitutionis, & ibi quoque Benedic. in verbo, eidem impuberi succederent. nume. 14. de testa.

Verbu maneat, an sit directum, obliquum, an commune. & Cor

& Corn. in l. precibus, vbi supra. C. de impub. & ali. substi. Alex. consil. 168. ponderatis narratis, col. 2. lib. 5. Benedic. Capra, consil. 75. punctus Iacobus & Bar. col. 4. Carol. Ruin. consil. 134. viso, col. 2. nu. 5. lib. 2. Franc. Curt. iunior consil. 15. circa praemissam, col. 1. Ipse autem Bar. & Angel. in dict. l. cum ante, dicunt quod si referatur ad possidentem, vt proprie referatur, esse directum: si ad non possidentem, & ita improprie, est obliquum: quod etiam dicit ipse Bar. in l. prator, in si. ff. de collat. bon. & idem ipse in l. tale pactum. §. vlt. in prin. ff. de pact. Et tu interim vide Aegid. Bellame. consil. 39. factum est tale, dominus Humbertus, col. 5. versu. his praemis. & text. in l. scribit. §. vlt. ibi, ipso iure non remanebunt. ff. de auro & arg. leg. & in l. 1. §. si quis ex mortis, ibi, ipso iure remanet. ff. quorum lega. in l. bene à Zenone, versu. quia igitur. C. de quadr. praef. dum dicitur, maneat illico. & in si. aliud vero, versu. si autem omnis, ibi, modis omnibus manere, in auth. de non elig. secun. nubent. & in §. & quia parum, versu. si vero permixta, ibi, omnino manere, in auth. de nupt.

Accrescat verbum an sit directu. 206 Sexagesimo octauo in verbo accrescat, quod est directum, secundum Bar. in dict. l. Centurio, col. vlt. versu. octauo quaro. & ibi quoque Lancel. Gal. in repe. col. ante pe. & Bal. in l. vlt. col. pe. C. de sacrosanct. eccle. per text. in l. qui patri. ff. de acq. hær. & in rub. & iteru in l. 1. C. quando peten. part. & in l. 1. his ita. C. de caduc. toll. & eundè Bald. in tractatu substi. col. vlt. Imo in c. Raynurtius, char. pe. versu. vltimate Bar. & ibi etiam Bened. in glo. eidemque impuberi succederent, nu. 10. extra de restam. Ang. Aret. in d. §. extraneo, col. 2. Phil. Fran. in d. c. si pater, col. 30. versu. octauo post Bal. ibi, de testa. lib. 6. Cor. in l. precibus, col. 16. C. de impub. & ali. substi.

De eadem re. 207 Et in hoc non reperio qui huic sententiae aduerferur, praeterquam quod Bart. in l. codicillis, in prin. per illum text. hoc verbum inducere fideicommissum. Sed haec confessum subiungit, de hoc dicit, vt in d.l. Centurio. ff. de vulg. & pup. In qua contrarium tenet, vt diximus. Tamen quod non sit directum, nec ideo ipso iure intelligatur, videtur probare text. in l. xquisissimum. §. si duo. ff. de bon. possi. seculo. tab. cum dicitur, ipso iure ei accrescet. & in l. 1. §. his ita definitis. C. de cad. tollen. vbi etiã dicitur, ipso iure accrescat. Nam ad quid illud ipso iure adiectum fuisset, si sine expressione intellectum esset, cum nihil in iure nostro superuacuum sit? quod iam supra saepius diximus. Sed dici potest id factum esse ad clariorem apertiorumque rei demonstrationem, vt etiam supra saepius diximus. Tu autem de hoc vide omnino Fran. Ripam, in d.l. Centurio, col. pe. versu. verbum autem accrescat.

Fiat verbu est lata sententia. Et significat futuru. 208 Sexagesimo nono fallit in verbo, fiat, quod similiter ex sua ipsius natura non requirit factum iudicis, sed est lata sententia, vt voluerunt Bal. & Saly. in l. 2. vterque in 3. q. C. de iure emphy. Quod & idem videtur voluisse idem Bal. in l. vlt. in fin. C. de com. ser. manu. cum haec scribit: Nota quod verbum fiat, significat futurum, & est arg. quod licet Papa scribat, fiat, non est perfecta gratia, antequam in modum redigatur, & bulletur. Contrarium est verum, quia nihil est quod causam suspendat, vt no. in proemio lib. 6. in nouella. Haec Bal. qui & idem in effectu, vt nostri loquuntur, voluit in l. si qua per calumniam, col. 2. versu. deinde vos videtis. C. de episco. & cler. Calde. & Do. in c. quisquis, de elect. vbi Calde. ipse adfert illud Gene. 1. Fiat lux, & facta est lux. & illud Lucæ 2. Fiat mihi secundum verbum tuum. & Fel. in rub. de confi. col. pe. versu. & ista verificant. & in d. c. Rodolphus, col. 19. de rescrip. & Mat. Afflic. decisio. Neapo. 253. duo regij consilij, col. 3. versu. adducitur. & nouissimè Fran. Rip. lib. 2. responsorij. c. 11. incip. de iure sufficit. & Ludo. Gomef. in com-

mentariis regulae, de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum, in 16. q. col. 1. versu. est in primis. Quanquam, ne hoc omitam, sunt qui contendunt in illo priore loco, scilicet Gene. primo, non vertendum esse fiat lux, sed sit lux, & Castellio vertit eum locum, insisit Deus vt existeret lux, non verò dicit vt fieret.

209 Et huc spectat quod scribit Bal. in d. c. quisquis, *De eadem re.* paulò ante si. extra de electio. quod verbu fiat, licet videatur esse futuri temporis, est tamen futuri immediati, quia subauditur aduerbiu tunc, quod extremitatem temporis significat. Cui consimile est quod tradit Collect. in c. ex parte, col. 2. versu. quid si vir rogat, extra de sponfa. quod si quis rogat mulierem vt se sibi in vxorem det, & ea respondet, fiat, contrahitur per id verbum matrimonium de praesenti, licet sit futuri temporis. Et adfert etiam illud diuinae virginis, Fiat mihi secundum verbum tuum.

210 Contrarium tamen, vt videlicet hoc verbum *Qui contrarium re neant.* fiat, non denotet rem ipso iure fieri, voluit expressè gl. in d. c. quisquis, & ibi etiam Panor. col. 2. de elect. & non obscure sentit gl. in c. si quis, extra de vita & honest. cler. dum exponit text. ibi, ne sit lata sententia, in hunc modum Sit, id est, fiat. neque enim est excom. ipso iure. quam gl. ad hoc expendit Barb. in addit. Panor. in c. si diligenti, col. 7. de foro compe. & est similis gl. quam ipse non citat, in c. si quis. 25. diit. & in c. generali. 25. q. 1. & in c. si quis eadè causa. q. 2. Et similem etiam interpretationem facit Cardi. Flor. in clemen. 1. in prin. col. vlt. in 3. q. de excefl. praelat. & Ant. Flor. iuris minimè imperitus, titu. 14. cap. 4. §. 6. colum. 1. vbi dicit in casu de quo loquitur, fit, id est fiat, quia non est, inquit, lata sententia, sed tantum comminatio.

211 Et ego huic sententiae accedo. nihil enim video *Autoris ea de re opinio.* in significatione huius verbi, quod lata sententiam significet, nisi subiectum argumentum aliud suaderet. Et facit text. in l. cum hic statum, in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi ita scribitur, ipso iure res fiant eius, & c. & in l. dotis fructus. §. vlt. non femel. & l. seq. ff. de iure dot. vbi saepius haec verba adscribuntur, eius statim fiat. & in §. scire autem, ibi, fiant omnino extranei, in auth. de non ali. & in c. monasteria, ibi, penitus fiant alieni, extra de vita & honest. cler. & in c. clerici, in si. de excefl. praela. vbi est similis text. tanquam scilicet frustra ei verbo fuissent adiecta illa verba, ipso iure, statim, omnino, & penitus, quae eandem vim habent vt supra diximus, si in eo id intellectum fuisset. Quanquam id dici postea factum fuisse ad clariorem expressionem: quod & iam supra saepius diximus in aliis verbis. sed & in d. cap. dotis. & sequen. ea dictio statim, apposta est ad declarationem temporis, & differentiam conditionis, de qua ibi. Et in hanc quoque partem facit quod scribit ipse Collect. in c. 1. col. 2. versu. praeterea Papa, extra de regu. iur. vbi tenet contrarium eius quod supra ex aliis diximus, videlicet non esse perfectam gratiam Pape per id verbum. Facit etiam text. in l. 2. §. deinde ait prator. ff. ne quid in loco publ. dum exponit ea verba, sit, fiat. Et interim vide quid de hoc verbo fiat, apposto in responsione Pape scriptis Ant. consil. 2. repetito conf. 49. Vitis literis, & Dom. consil. 65. discutiam, col. vlt. Fel. in c. nonnulli, col. 8. versu. addatis, de rescript.

212 Septuagesimo fallit in verbo, non audiat, *Verba non audiat, non audiatur bannitus, quomo do sint in se ligenda.* vtputa si dicatur, non audiat bannitus aut excommunicatus, ita intelligatur, vt non opus sit executione, quin si audiat, erit iudicium nullum ipso iure, vt disputando tenuit Iaco. Aret. in ea dispu. incip. quaestio est, si lata est sententia, quem refert & sequitur Ioan. And. in addi. Spec. tit. de sent. prola. §. iuxta, versu. item est nulla ratione litigatorum.

213 Sed tu tamen de hoc vide plenius per Barr. in

l.cum lex, col. vlt. vcrsi. tertio dixi. ff. de fidei iusso. & in d.l. i. §. sublati, & ibi etiam Angel. Imol. Raph. Com. Paul. Castr. Alex. & Ia. in vtraque lect. ff. ad Trebel. Bal. in l. non dubium, in vlt. q. C. de legib. & in l. plane. ff. de peti. har. & in d.l. i. col. vlt. vcrsi. quinto quaritur. C. de har. instit. & in l. i. in fi. C. de patr. pot. & in repet. l. edita, col. pe. vcrsi. item quando libellus. C. de eden. & in l. scire. §. conseqens, per illum tex. ff. de excus. tuto. & in l. cum lege, & ibi etiam Angel. & Franc. Aret. ff. de testa. & in l. quos prohibet, vcrsi. item iste text. ff. de posthu. & in repet. l. 2. col. 18. vcrsi. sed iuxta hoc venit. ff. de iureiuran. & in tit. de pace Constan. in prin. in verbo, non admittimus. & in sua disput. incip. statuto ciuitatis cauerit quod foenerator, col. i. vcrsi. sed dubitatur. Alber. in l. i. C. de iur. & fact. ignor. & in l. vlt. ad fin. C. de ord. cog. & in vlt. parte statutorum, quæst. 60. incip. pendet etiam ex superioribus. Ang. in l. venditioni. C. de vti cap. pro empto. Petr. Ancha. in c. ea quæ fiut, col. 6. & seq. ff. de reg. iur. lib. 6. Imo. in c. vlt. col. 16. vcrsi. item etiam attende, extra de prescrip. & in l. cum prolatis. ff. de re iudic. Nullum in tractatu statutorum, in 3. parte secundi temporis, in 3. q. Rom. consil. 15. plura sunt, in 3. dub. Panor. & Ioan. Ana. in cap. quia frustra, illum in fi. hic col. 3. extra de vsur. & eundem Ana. in c. ad abolendam, col. 10. extra de heredi. Maria. in c. i. col. 14. in 21. except. extra de lit. contesta. & in rept. c. qualiter & quando, le 2. in 3. q. arg. 8. extra de accus. Fran. Aret. in c. i. col. 4. vcrsi. sed supposita communi opi. eo. tit. & consil. 85. considerata diligenter. Alex. latè consil. 81. ponderatis his de quibus, per totum, lib. 1. Fely. in c. pastoralis, col. pe. extra de except.

Actio si ali cui denegetur, vtrum ed intelligatur ipso iure, an ope exceptionis.

214 Quid autē si alicui denegetur actio, vel petitio, vtrum intelligatur ipso iure, an verò ope exceptionis, vide vltra prædictos doct. quorum plurimi etiam de hoc nuncupatum loquuntur, Archidia. in c. hoc ius, vcrsi. qui verò, in verbo, denegandas. 10. q. 2. Bar. in l. 2. in prin. ff. ad Vellei. & in l. i. etiam, in prin. ff. ad Macedo. & eundem Bar. in l. i. §. in operis, & ibi Alex. col. 2. ff. de noui oper. nunt. Panor. in c. 2. col. 1. extra eo. tit. Fran. Aret. in l. generaliter, col. 1. & 2. & ibi etiam Barba. col. 7. vcrsi. o. staud adduco, & iterum vcrsi. decimò. ff. de verbo. obliga. & Calca. consil. 74. quod dicitur filiabus, col. 1. & 2. cum aliis concord. adductis ab Alex. in d. §. in operis. & præterea Ia. consil. 7. adeò copiosè, col. 1. lib. 1. & latissimè consil. 168. statuto inclytæ, per totum, lib. 2. & Carol. Ruin. consil. 6. quia in præsentiarum, col. 1. nu. 2. lib. 4.

Quid si dicitur non reddatur in, an quod actio fuerit erit nullum.

215 Quid itē si dicatur, non reddatur ius, siue non detur actio, an quod actum fuerit, erit nullum? erit sine ope exceptionis, vide etiam præter eos quos supra adduximus, qui & de hoc maxima ex parte locuti sunt, Bal. in l. iubemus. §. sanè. col. 2. vcrsi. quædam est poena iurisdictionis. C. de sacrosanct. eccle. Ang. in d. l. nam & postea, in prin. ff. de iureiur. & in d. l. i. in prin. ff. ad Maced. & in d. l. 2. ff. ad Vellei. Alb. in 2. parte statutorum, quæst. 224. incip. quid si statuto cauerit. Card. Flor. in cle. constitutionem. §. vlt. vcrsi. quæro circa proximè dicta, de elect. & Franc. Aret. in l. necessarius, in 3. not. ff. de acq. hered. Quid denique si dicatur, non admittatur, vide latissimè Ia. consil. 166. venitur quæstio, per totum, lib. 2. & duobus seq. consil.

Habeatur verbum an sit late sententia.

216 Septuagesimo primò fallit in verbo, habeatur, vt si lex vel statutum dicat, habeatur pro confesso, conuictò, priuato. est enim late sententiæ, vt voluit Archid. & post eum Ioan. Andr. Petr. Ancha. & Domi. in c. 2. de confes. lib. 6. vbi Petr. And. & Domi. addunt hanc rationem, quoniam ista verba ab eo prolata, cui ius est & facultas inducendi qualitatem, æquipollent istis verbis, tale est, vt dicit probari

in c. ex parte, extra de spons. & in c. tanta, extra qui fil. sunt leg. Ergo idem, inquit, est dicere haberi pro confesso, & esse confessum. Sed & quòd hæc verba, habeatur pro confesso, sint late sententiæ, voluit Panor. in c. vlt. col. 3. extra de iur. cal.

217 Verum glo. in d. c. 2. in verbo, pro confesso, de confes. lib. 6. post Io. Monach. tenet contrarium atque etiam glo. in c. si diligenti, in verbo, causam perdant, post prin. & ibi etiam Panor. col. 2. in pen. not. & Maria. in secundo not. extra de foro compet. vbi dicunt quòd per hæc verba, pro condemnato habeatur, & hæc quoque, à communione habeantur alieni, non fertur sententia, sed ferri mandatur. & gl. quæ loquitur in infinitiuo, in d. c. vlt. & ibi etiam Bal. post prin. de iuram. cal. & Bart. in l. i. §. sed & cōstitutio, post medium. ff. de cal. & in l. eius qui delatorem, post prin. ff. de iure fisci. Jacob. Aret. Jac. Bur. Bar. Paul. Castr. & Fran. Curt. senior in l. 2. §. quod si actor, per illum tex. ibi, liceat iudici proferre sententiam. C. de iuramen. calum. Bal. in c. vlt. post prin. & iterum vcrsi. in tex. ibi debeat, extra de iuramen. calum. & in c. i. col. vlt. vcrsi. e contra differt, extra de lit. contesta. & in l. i. col. 1. C. de poena iudi. qui male iud. & in l. vnica, col. ante pe. vcrsi. sed nunquid contumax. C. de confes. & in c. v. fallus. l. 2. col. 1. vcrsi. nota ergo quòd ille text. tit. si de feud. fuer. contro. Ang. in l. in criminali, in vlt. not. per tex. ibi iuncta gl. C. de iurisd. omn. iudi. Math. not. 115. nota quòd vbi lex. Alex. in l. i. col. antepen. ff. de leg. 2. & in additio. Bart. in l. imperator. ff. de iure fisci. Et hinc fit, vt cum poena quæ imponitur ipso iure, transeat in hæredes, non etiam ea quæ requirit sententiam, vt dicemus infra vcrsi. 396. incip. quartum quod ipso iure. Certè poena quæ his verbis imponitur, habeatur pro confesso vel conuictò, non transeunt in hæredes ante sententiam, secudum Bar. in d. l. eius qui delatorem ante fi. vcrsi. tertio & vltimò, per tex. ibi. ff. de iur. fisci. & in d. l. 2. §. quòd si actor, in fin. C. de iuram. calum. & Bal. in l. 2. col. vlt. C. de eden. & Pan. in d. c. vlt. col. 3. vcrsi. item dicit quòd si iste, extra de iur. calum.

Pœna qua imponitur ipso iure, transeunt in hæredes.

218 Sed in circa id de quo tractamus, principaliter vide Bal. qui in hac re distinguit, in l. transigere, col. vlt. vcrsi. demum nota. C. de transact. & in l. i. col. 3. vcrsi. scias autem quancocunque. C. ex delict. defun. Vide præterea Fely. qui super hoc dubitat, & multa in vtranque partem adducit, in d. c. Rodolphus, tum col. 20. vcrsi. habeatur pro priuato, tum col. 24. vcrsi. sed declaratoria, extra de rescript. Neque enim hic omnia scribere statuimus. Vide denique Hippol. Marsi. in practica causarum criminalium, in §. aggredior, nu. 105. & multis seq. & in rub. ff. ad leg. Corn. de fals. nu. 24. & multis seq. & consil. 10. casus dubitationis, col. 5. vcrsi. ad hoc enim, & multis seq. lib. 1.

De eadem re.

219 Illud autem adjexerim, huiusmodi verbum in actiua significatione, vt si dicatur, habeatur, non esse directum, sed vel obliquum, vel certè commune. Nam quòd sit obliquum, probat tex. in l. qui cōcubinam. §. i. vbi not. Bart. ff. de leg. 3. & in l. fideicommissa. §. si filio, eo. tit. Commune autē esse affirmat Bar. in l. centurio, col. vlt. vcrsi. tertio dubitatur. & ibi Ia. & Lancel. Gal. in repet. ff. de vulga. & pupil. & Bal. in d. l. vlt. C. de sacrosan. eccle. & in tract. substit. colum. pen. vcrsi. quid de verbo habet. Imo. in cap. Raynurius, char. pen. vcrsi. idem de verbo habeatur, extra de testam. Philip. Corne. in l. precibus, col. 18. vcrsi. verba autem communia. C. de impub. & ali. substit. Alex. consil. 168. ponderatis narratis, colum. 1. vcrsi. & dicendo, lib. 5. Ang. Aret. in d. §. extraneo, colum. 2. vcrsi. decimò, Instit. de pupil. substit. Benedict. Cap. consil. 75. punctus Iacobus & Bar. colum. 4. Fran. Aret. in l. plane, quam legit cum l. si pluribus. §. si

Habeatur verbum, in actiua significatione non est directum.

§. si ita Titio. ff. de leg. 1. De quo tamen vide ipsum Fran. Aret. in d. l. Centurio, col. vlt. Nō video autem, quid possit interesse inter actiuum & passiuum, quantum ad rem de qua loquimur, pertinet.

Verbum habeatur, cōsummum est, quomodo intelligatur.

220 Sed illud tamē minimè est subitendū, quod subdit Bal. in d. c. 1. colum. vlt. vbi supra, & ibi etiam Barba. extra de lit. contesta. quòd si cum hoc verbo, habeatur, iungeretur verbum sit, verbi gratia, habeatur & sit pro confesso, tunc intelligeretur, ipso iure, quod & idem voluit per text. in d. c. 1. quem ad hoc dicit sing. ipse Barb. cōf. 53. præclare scripsit, col. pe. lib. 2. & consil. seq. clementissimi Dei, col. vlt. col. lib. 2. & consil. 59. illud in medium afferam, col. 9. col. lib. 2. & Anto. Corset. in tractatu geminationis, col. 4. vcrsi. 22. Id quod certè neutiquam mihi dubium est, tum quia verbum, sit, etiam solum est late sententiæ, ex communi doct. sententia, vt diximus supra in 60. fallen. Tum quia etiam si eam vim non haberet, vt quibusdam placuit, tamen propter geminationem verborum, quæ etiam per se essent tãtum ferendæ, fierent late, vt supra diximus in 4. fal.

Differētia inter esse ciuem & haberi pro ciue.

221 Et hoc postremū confirmo ex eo quod scribit idem Bal. in prima consil. ff. in si. prin. quod licet aliud sit esse ciuem, aliud haberi pro ciue: quia illud veritate dicit, hoc fictionem. vt no. gl. in l. mercis appellatione, & ibi expressiùs Bart. ff. de verbo. signi. Tamen si ita dicatur, sit & habeatur pro ciue, significabunt illa verba simul iuncta veritatem, si possunt, per tex. in l. i. §. vlt. ff. quod quisque iur. vbi & hoc sequitur Alex. & etiam Barb. in repet. rubr. C. qui admit. ad bon. posses. col. 19. vcrsi. præterea adduco pro suo consilio, vbi ita dicit sepius se consultuisse, & in repet. rub. extr. de fide instrum. col. 8. ver. ergo autem, vbi hoc dicit sing. & in repet. l. cum acutissimi, col. 10. vcrsi. tu considera, & iterum col. 117. vcrsi. secundo faciat. C. de fideic. & in l. 3. col. 13. vcrsi. ego dico. ff. de verb. oblig. & in d. c. 1. ad fin. extra de lit. contesta. & consil. 13. Clementissimi Dei, col. vlt. lib. 1. vbi id dicit solenne. & consil. 51. scripsit sapientia fons, col. 14. vcrsi. & si quispiam opponit, vbi id dicit sing. eo. lib. 1. & consil. 38. præclare scripsit, col. 5. vcrsi. & ista sunt. vbi hoc dicit sing. & iterum col. 13. vcrsi. & pondero, lib. 2. & d. consil. 53. præclare scripsit, col. ante. eo. lib. 2. & consil. 54. clementissimi Dei, col. vlt. eo. lib. 2. & d. consil. 59. col. 9. eod. lib. 2. & consil. 55. clementissimi Dei, colum. 1. lib. 3. & consil. 70. illud in medium referam, col. 10. vcrsi. modo istud imponit, eo. lib. 3. & consil. 87. illud referam, col. 1. eo. lib. 3. & consil. 6. illud in medium adducam, col. 8. vcrsi. subdit postea, lib. 4. & alibi sæpe. & Fran. Curt. senior consil. 49. memoria recolendæ, col. 11. vcrsi. & pondero. Ia. in l. patris & filij, in l. not. ff. de vulg. & pupil. substit. & in l. i. col. 9. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. vbi & hoc dicit sing. & in l. eum qui, in primo not. ff. de iureiur. vbi id quoque dicit sing. & in l. prætor ait. §. 1. col. 1. ff. de oper. noui nunt. vbi item dicit sing. & consil. 35. factum sic se habet de anno, col. vlt. lib. 1. & consil. 145. beatissimus Papa, col. 5. vcrsi. quartò quòd iste, lib. 2. vbi id dicit sing. Phil. Dec. consil. 45. in causa istorum, col. 2. vcrsi. & ad hoc specialiter. & Anton. Corset. in tract. de geminatis, col. 3. vcrsi. decimò adduco, & Hippo. Marsi. consil. 2. altissimum refugium, col. 5. vcrsi. & quòd dicta inquisitio, lib. 1. & Nicol. Eueral. in locis legalibus, in loco à geminatione locutionis vel actus, col. 3. & Catel. Cot. qui hoc item dicit sing. memo. incip. ciuem esse. & alio sing. incip. habeatur. Sed & idem voluit ipse Bal. consil. 29. ordinamentum, lib. 5. & ante eum Bar. in l. i. is qui pro emptore, in 3. q. prin. ad fi. ff. de vsucap.

222 Licet in hoc postremo dicto Bal. more suo sibi contrarius contrarium tenuerit, in c. licet de vitanda, col. 1. vcrsi. ibi, habeatur supple & sit, extra de

elect. arg. l. filio quem pater. ff. de lib. & posthu. In quo tamen aduertere quòd in multis codicibus Bal. est mendum in duobus locis, in verbo sit, in cuius locum librarij substituerunt, & sic. Bal. autem ibi secutus videtur fuisse Ia. sibi quoque contrarius in d. l. i. §. vlt. ff. quod quisque iur. & apertissimè sequitur Fran. Cur. senior etiam secum pugnans, consil. 35. statuto seu in capitulis, col. 13. vcrsi. nec in priuilegio dicitur. Sed vtrumcunque sit in hoc vltimo dicto, certè in eo de quo nunc tractamus, nō dubito, ob ea quæ supra diximus. Quanquã & in illo sequi malo priorem sententiam: quãdo & verbum sit, locum ac per se sit præcisè significatiuum substantiæ veritatis, vt dicit nuncupatum Bal. consil. 274. verba, col. 2. ver. præterea isti sunt, lib. 1. & ante eum Bar. in l. si maritus. §. 1. ff. de adult. & ex recentioribus Cor. consil. 104. licet in hac, col. 2. vcrsi. licet ergo, lib. 1. & ante omnes gl. in l. siue possideris. C. de probat.

Sit verbū, per se est veritatis, significatiuum substantiæ veritatis.

223 Sed vocatur in dubium, quid si id verbum negatiuè proferatur, puta si dicatur, locum non habeat: Et certè glo. vlt. in cap. præsentis, in fin. & ibi etiam Ioan. Mo. Archid. Domi. & Phil. Fran. de sent. excomm. lib. 6. asserunt hæc verba, declaramus locum aliquatenus non habere, quibus si text. vtrius, esse late sententiæ, quæ quidem verba in infinitiuo prolata habent vim futuri temporis, quantum ad eam rem pertinet, de qua tractamus, vt postea dicemus, cum differemus de infinitiuo. Ex quo potes intelligere illud verbum negatiuè pronuntiatum habere vim late sententiæ.

Habeat verbum negatiuè prolatum, an sit late sententia.

224 Nisi dicas illud ibi procedere propter dictionē aliquatenus, quæ & ibi illis verbis adicitur, ita videlicet, aliquatenus locum non habere. id quod videtur sentire Fel. in c. Rodolphus, col. 17. vcrsi. aliquatenus, de rescrip. Quod & confirmare poteris ex iis quæ late supra diximus in verbo, omnia vel partem aliquam, vcrsi. 14. incip. mouentur maxima ex parte. & vcrsi. seq. & iterum vcrsi. 40. incip. adde præterea. Nempe dictionem aliquis, aliqua, aliquid, ex qua aliquatenus aduerbium conficitur, rem vel minimam comprehendere. Ideo hæc verba, aliquatenus locum non habere, ita debent intelligi, vt aliquo modo non habeat locum, nec ipso quidem iure, alioqui aliquatenus locum haberet. Nam & Archid. in c. quamuis, col. 2. in fi. in verbo, aliquatenus, de offi. ordin. lib. 6. interpretatur hæc verba, ne aliquatenus, id est nullo modo. Et id verbū præcisum est, vt dicit Ripa in c. 1. nu. 78. extra de iudic. per tex. in c. accepimus, de pact.

225 Et in simili scribit Philip. Dec. in c. cæterum, col. 2. extra de rescript. quòd illa verba, nō obtineat alicuius roboris firmitatem, important ipso iure, propter illam dictionem, alicuius. Et idem propè dicit Corn. consil. 203. in hac consultatione, col. 2. lib. 2. vbi si dicatur, aliquo modo non valeat, intelligitur ipso iure. Nam si ipso iure valeret, aliquo modo valeret. Vnde & illud fit, quod Sign. in cōf. 115. in questione Petri, col. 1. dicit, quòd si statutum prohibet aliquo modo procedi, omnis processus contra factus, erit nullus momenti, de quo nuncupatum diximus in d. vcrsi. adde præterea. Sed & quòd hæc dicitio, aliquatenus, sit late sententiæ, tradit è recentioribus Rebuf. doct. quidem Gallus ille, sed nō Italis postponendus, in repe. c. postulatistis, nu. 250. ext. de cler. excomm. min.

De eadem re.

226 Aut etiam dici potest illud quidem quod diximus de dicto cap. præsentis, obtinere propter verbum declaramus, ibi quoque adscriptum, videlicet declaramus aliquatenus locum non habere. Nam illud est late sententiæ duabus rationibus. Primum, quia est presentis temporis, vt late diximus supra in principio huius tractationis, & in simili tradit Panor. loquens scilicet de verbo decernimus, in cap.

De eadem re.

cap.nouit, extrà de his quæ fiunt à prælat. Deinde quia est declaratorum, secundum ea quæ diximus supra in l.4.fal.Nam & illum tæx.& glo.in id exprefim expendit Pan.in c.fi diligenti.col.7.extra de foro compe.vt diximus in d.fal.14.

De eadem re. 227 Et certè Bar.noster, quem omnes vbi que magnis miris que laudibus efferunt, in l. extrat. col. vlt. ff. de eo quod met. caus. constanter asserit ea verba, ius crediti non habet, quibus ea vtitur, nō esse latæ, sed ferendæ sententiæ. nec id quidem negant gl. & cæteri docti. in d.c. præsentis, cum non simpliciter imitantur naturæ huius verbi negatiuè prolata, vt apud eos videre licet. Et facit text. in l. sed & fi. si. ite si in iustoria. ff. de inst. act. cum dicitur, ipso iure locū non habet. Quamquam id nō admodum vrget, propter ea quæ adeo sæpe supra diximus, præsertim cū is tex. loquatur in præsentis tempore, quod per se est latæ sententiæ, & tamē ei additur, ipso iure. Ideo cogita & vide quæ dicam in tribus seq. fal.

De eadem re. 228 Sed hoc tamen intelligo, nisi cum huic verbo iungeretur negatiua vniuersalis, vt si diceretur, nullam actionem, nullam iurisdictionem, nullas vires habeat. tunc enim haud dubie esset latæ sententiæ, per tex. in l. 2. C. quan. prouo. non est necess. cum dicitur, nullas habere vires palam est. Et subdit subiniferens: & ideo nec prouocationis auxiliium necessarium est. quem text. dicit ad hoc esse meliorem totius iuris Barb. in cle. r. col. 13. in paruis, versic. nota de clausula. iō ipso, de elec. & eum quoque ad id allegat & alia multa idem Barb. in l. generaliter, col. 7. vers. secundò moneor. ff. de verbo. obliga. & hoc quoque voluit Franc. Aret. in l. i. col. 4. ver. sed hanc rationem, & paulò post vers. ego aliàs. ff. de testa.

Ad verita tem vniuersalis negatiuæ requiruntur omnia esse vera. 229 Cuius rei est aperta ratio: nam ad veritatem vniuersalis negatiuæ requiruntur omnia esse vera, vt dicit gl. in c. nemo potest, le. i. in verbo, obligari. in prin. de reg. iur. lib. 6. & Bar. in l. nullā. C. ex quib. causis infamia irrog. & Rom. in d. l. generaliter, de verb. oblig. & faciunt quæ diximus supra in 22. fal. lent. & aliis duabus seq.

Distio pennis, est la te sententiæ. 230 Quamquam in contrarium vrget tex. in l. eos. §. si quis autem aliquid. C. de vtur. vbi ita scribitur, nullam penitus habet actionem. nam si verba, nullā habeat actionem, intelligeretur ipso iure, frustra addita fuisset dictio penitus, quæ & ipsa est latæ sententiæ, vt diximus in 26. fal. Sed ad hoc potes dicere, quod diximus supra in verbo, præsentis temporis, vers. 26. incip. sed quod his respondeatur. & alibi sæpe, & vide quæ dicam in seq. falen.

Verba teneat, obtineat, an sint latæ sententiæ negatiuè pronuntia ta. 231 Septuagesimo secundo fallit in verbo, teneat, sine obtineat, etiam negatiuè pronuntiatu, vt si dicitur, contractus sic factus non teneat, sine non obtineat vires, quia intelligitur ipso iure, ex sententia glo. loquentes in infinitiuo non tenere, in c. ad audientiam, in fin. & ibi Panor. in vlt. not. extra de appel. & alterius glo. in c. statumimus, in verbo, non teneor, de sent. excom. lib. 6. lo. Fab. in auth. statumimus. C. de episc. & cler. Bal. in c. si duobus, col. 1. vers. ibi non teneat, extra de appel. & Angel. consil. 26. cuius exordium est, pro decisione quæstorum, col. vlt. Barb. in c. cæterum, & ibi Fel. col. 6. ver. non est nullum, extra de rescript. & Phil. Dec. in c. constitutus, in 2. not. extr. eod. tit. & probatur in l. certa. C. quando prouoca. non est necess. cum dicitur, dubium non est firmitatem non tenere. vbi gl. exponit, ipso iure. nam & in tex. subiungitur, & sine appellatione posse rescindi. Ideo Bar. ita illam l. summat, vt nostri loquuntur, impositio mulctæ vltra quam iudex possit ex sua iurisdictione, est ipso nulla. & in c. si motu proprio, de præben. lib. 6. vbi vires nolimus obtinere. Ex quo not. Do. in pe. not. quod impetratio in casu illius c. est ipso iure nulla.

De eadem re. 232 Tamen Pan. cuius auctoritas est maxima apud

346 Sed quicquid sit de ea gl. videmus tamen omnes vbi que id tenere quod supra ex ea diximus, & ego quoque ita tenendum censeo. Sed quod tamen intelligendum est, modo constat iudici ex actis causae actionem ipso iure non competere actori. Alias enim iudex id supplere nec debet nec potest: vt non obscure sentit Barto. in l. si ita sit adscriptum, & ibi clarius Fran. Aret. in si. ff. de leg. 1.

De eadem re.

347 Vigesimalium primum, quod proximè accedit ad praecedens, atque etiam ad decimum tertium. Non tantum iudex potest id supplere, sed & si ipse non supplet, certe tacitus processus illius procedentis ad vltima, atque etiam tacitus consensus partis id ipsum non opponentis, non firmatum nullum ipso iure glo. est ordi. in c. 1. in glo. 1. Lap. ibi & Ant. Petr. Anch. in l. not. Domi. col. 7. vers. & no. istam gl. & Ioan. Crot. in repet. super glo. 1. de rescip. lib. 6. & iterum gl. in c. dispendia, in verbo, processus, eo. tit. rursumque in c. statutum, in princ. in verbo comitatur, & ibi Archi. & Domi. & Phil. Fran. Iterumque in §. vlt. eiusdem c. in glo. vlt. eo. quoque tit. & lib. & in c. vlt. in si. de offic. deleg. eo. lib. & in cl. 1. in gl. vlt. eod. quoque tit. & Barba. consi. 64. scribitur Exodi, col. 4. lib. 4. Ioan. Bapt. Cacia. in l. more, in 21. q. ff. de iurisdi. om. iud. Socy. in l. 1. §. sublata, col. 3. ff. ad S. C. Treb. Sed hoc videtur intelligere gl. in dict. c. statutum, in primo loco, quando id statutum est non ob fauorem partium tantum, sed & statutis id quod sequuntur & dicunt bene not. Domi. & Phil. Franc. ibi, de quo & tu vide Imo. in eo ipso c. §. cum vero, & ibi quoque eundem Philip. Fran. col. 2. in gl. super verbo, non committatur. Sed tu quoque hic vide Franc. Aret. post alios in l. si Titius, col. 4. vers. adde inquantum, & seq. vsque ad si. ff. de verb. oblig.

Tacitus consensus non firmat nullum ipso iure.

348 Vigesimalium secundum, qui ipso iure componitur, si soluit, potest repetere tanquam indebitum. l. quod dicitur, l. 1. §. pe. ff. de impen. in rebus dot. fact. Secus si ope exceptionis. Nam solutum non repetit. l. qui iniucem de cond. indeb. vbi glo. Bar. & Iac. expressè hanc differentiam ponunt, sicuti etiam faciunt Nico. Fab. Ang. Aret. & Iac. in d. §. in bonae fidei, Insti. de actio.

Iure ipso qui componitur, si soluit, potest repetere tanquam indebitum.

349 Vigesimalium tertium, quod praecedenti est ad fine, cum quid ipso iure est indebitum, si solutum fuerit, regulariter repetitur, si vero non ipso iure, sed tantum ope exceptionis est indebitum, tunc contra regulariter non repetitur, vt patet ex amplissimè tractatis in eam rem à Bar. in l. 1. per totum, praesertim col. pen. & vlt. ff. de cond. indeb. & ibi quoque Bal. in lectura antiqua, & ceteri.

350 Vigesimalium quartum, cum poena ipso iure imponitur in aliqua lege, aut alia constitutione prohibitoria aut praepertoria, vt nostri loquuntur, quauis ea à subditis nondum fuerit subscripta siue accepta (vtroque enim vtitur Tullius lib. 2. de legibus) id est approbata, & vt vulgò dicimus, acceptata, quo etià verbo vtitur Plautus in Pseudolo, & Tullius in Topis, ne quis vulgus male loqui existimet. Siue item, vt redeamus, ea lex in diffuetudinem abierit, ipsi tamen in eam incidunt, argu. cap. extra de loca. & in cap. 2. de consi. lib. 6. & cap. catholica. 11. distin. Secus si non ipso iure imponitur in istis. 4. dist. Ita vo

Ita voluit Matth. in proemio cle. in §. vniuersitati. De quo tamè vide Car. Flor. ibi. & Io. And. & Ant. in c. 1. extr. de treug. & pac. Petr. Anch. in repet. c. 1. in 7. q. prin. vers. sed hic quæro reperitur, qui est in char. 18. in parnis, extr. de constit. & Cep. consi. 13. stante statuto, col. 3. vers. & licet dictus.

Quid requiratur vt sit locus iuris accrescendi.

351 Vigesimalium quintum, vt sit locus iuris accrescendi, requiritur quod deficiat ipso iure, secus si non ipso iure, sed ope tantum exceptionis. Ita voluerunt gl. Bar. qui id reputat mirabile. Albe. qui alios antiquiores citat, Bal. Fulg. qui dicit notatu dignum, Ro. & Iac. qui dicit singu. in l. si duo patroni, in princ. per eum tex. ff. de iureiur. Bal. in l. 1. §. vbi autem, col. vlt. vers. quæro nunquid in caduco. C. de cad. tol. Saly. in l. 1. in si. C. qui admit. Fulg. in l. hac consulti. §. ex imperfecto, & ibi quoque Iac. col. 4. vers. tertio & vltimo. C. de testa. Pau. Cast. in l. pen. ff. de acq. hære. & cons. 286. quoniam fundamentum. Corn. consi. 309. multum late, col. 3. vers. & quoniam portio, lib. 1. Iason. in huiusmodi §. vlt. col. 2. ff. de lega. 1. vbi & illam dicit ceteri singu. & in l. si duobus, in prin. eo. tit. vbi illam dicit no. Socy. qui illam quoque dicit singu. consi. 16. anno domini, col. 3. vers. accedat quia ad hoc, lib. 4. & cons. 43. viso testamentum, col. pen. eo. lib. 4. vbi & eam dicit sing. Ant. Rub. consi. 156. circa primum dubium, col. 1. Sed tu tamen hic vide Iac. qui de hoc dubitat in repetitio. l. re coniuncti, char. antepe. vers. septimus casus. ff. de leg. 3. Quanquã idem in eadem l. char. seq. in 5. q. Bar. hoc discrimen simpliciter & pro indubitato adfert.

Per equipollentem actum inducitur id effectum ipso iure.

352 Vigesimalium sextum, vbi per actum equipollentem inducitur idem effectus ipso iure: ea quae aliàs impleri non possunt per equipollens, videlicet iuramentum, de quo per Io. And. Bal. & ceteros, in c. ad nostram, de iureiur. & Iac. cõ. 41. in duabus, col. 2. vers. praeterea dominus Ioannes, lib. 3. Et solennitas, vt probat tex. in l. singulos, & ibi Fran. Aret. in 2. no. ff. de testa. Et forma, vt per gl. in cl. 1. in verbo quintam, ad si. de concef. praeb. Bal. in l. si in litore, ad si. ff. si cert. per. idem Bal. Ang. Imo. & recentiores in l. 1. ff. de lib. & posth. cum si adductis ab Alex. ibi. & Fely. in c. cum dilecta, col. 17. vers. amplia. 11. extra de rescip. & Hippo. Marfi. consi. 29. folamen, col. 2. & 3. lib. 1. Et conditio in certis casibus, vt per Bal. in c. vlt. vers. secundò quæro, extra de praesum. Et alia id genus possunt hoc casu impleri per equipollens, quod scilicet inducit eundem effectum ipso iure. De quo tu omnino vide Fran. Aret. consi. 89. longitudo, col. 2. vers. tertio etiam dici potest.

Pœna quædo imponitur ipso iure, magis inspicitur opinio delinquentis quam veritas.

353 Vigesimalium septimum, licet in delictis inspicatur veritas rei, non opinio delinquentis, cum datur opera rei illicita secundum Bart. in l. diuis. ff. de sica. per l. qui nocentem §. pe. de iniur. & est bonus text. in l. vulgaris §. si quis aes. ff. de fur. Fallit tamen vbi poena imponitur ipso iure, quia tunc magis inspicitur opinio delinquentis, vt non ea poena plectatur, quam veritas, vt voluit solus omnium quos hactenus legimus, nisi non fallit memoria, Fran. Aret. qui etiam dicit hoc esse nouum dictum in l. qui se pupillum, in si. ff. de acq. hære. hac tantum ratione motus, quod lex puniens ipso iure strictius est interpretanda, per ea quae diximus supra in 17. discrimine.

Cum quis non ipso iure priuatur, sed expectatur sententia, non impeditur professio iuris sui.

354 Vigesimalium octauum, cum quis non ipso iure priuatur, sed expectatur sententia, non impeditur interim agere, & profectio ius suum. Secus si ipso iure priuatur, verbi gratia si hères vt indignus priuatur hereditate ipso iure, non potest agere familiae herciscunde aduersus cohæredes, quin ei obstat exclusiua iuris ipsius agentis. Quod si ipso iure non sit priuatus, potest interim dum per sententiam priuatur, nec repellitur à cohæredibus, Ita distinguit gl. not. in l. his consequenter §. 1. in verbo, non pertinere. per text. ibi, & alios quos allegat, & ibi quo-

que Barto. qui monet id esse multum not. Bald. & Flor. qui id reputat. sing. ff. famil. hercisc. Bald. in l. 1. in fin. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces. & in c. quæ in ecclesiarum, col. 6. vers. extra nota, extra de constit. vbi & eam dicit singu. & consi. 26. punctus, in 2. dubio, dum illam gl. allegat, lib. 3. & Signo. consi. 10. in quaestione vrgente inter Vgetum, col. 2. vers. non obstat quintum, & benefacit tex. in c. felicis, post princ. ibi, nullus ei respondere in iudicio teneatur, de poenis, lib. 6.

Et hoc etiam in causa beneficii.

355 Et hoc etiam procedit in causa beneficii, vt si quis agat petitorio pro beneficio quod semel habuit, admittitur exceptio, quod inducit priuationem ipso iure, non etiam eius quod ipso facto non inducit, sed tantum per sententiam, vt voluit Inno. in c. inter dilectos, post prin. & ibi etiam Panor. col. vlt. qui hoc dicit perpetuò menti tenendum, extra de excess. praelat. & idem Inno. in c. cum nostris, extra de concef. praeb. Archid. in cap. quo iure, 6. distin. & Compost. in c. quod sicut, de elect. & ipse etiam Panor. in c. item cum quis, col. 3. vers. oppo. & videtur, de resti. spol. & in c. querelam, col. 2. vers. sed ego quæro, extra de iureiur. & in cap. si constiterit, col. 2. vers. tertio retentis, & iterum vers. quanto modo, & seq. extra de accu. vbi hoc not. limitat. & Petr. Anch. in c. 1. col. vlt. vers. item no. priuationem, de elect. lib. 6. Sed hic vide quae dicam in 3. seq. effectibus.

356 Vigesimalium nonum, quod ex praecedenti procedit, de iure tertij opponi non potest, vbi sententia desideratur ad priuationem siue exclusionem iuris agentis. Secus si lex priuet ipso iure. Ita voluit Bal. in d. l. his consequenter §. 1. & in l. cum seruum, col. 2. & ibi Cy. & late Fran. Aret. C. de ser. fugi. idem Bal. in l. cum mulier. col. 10. vers. de tertio dubio, ff. solu. matrim. & in l. 1. post prin. C. vbi res iud. non noce. vbi id dicit plenè not. in l. indebiti §. vlti. ff. de condi. indeb. & in addi. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. q. & ipse Spec. in eodem §. in 47. q. & iterum in 66. q. Compostel. in c. mandatum, de rescip. Ros. de Rosel. inter consi. Bal. consi. 445. super praedictis, col. vlt. lib. 2. per glo. in dict. l. his consequenter, quam ad hoc dicit not. Bart. in l. 2. col. 1. ff. de excep. rei iudi. Ange. in l. loci corpus §. competit. ff. si ser. vend. Petr. Anch. in c. 1. col. 1. de rescip. lib. 6. & in cap. possessor, col. 15. vers. vltimus quæritur, de regul. iur. lib. 6. & consi. 63. motiua iudicis, circa medium. & consi. 232. subtilissimè, col. vlt. vers. ad hoc respondeo, & consi. 297. efficacibus, col. 2. vers. de iure auctoris domini, vbi tamen postea in col. 4. id negat procedere in causa beneficii, contra id quod supra in praecedenti capite diximus. & Paul. Castr. consi. 367. super eo quod quæritur, paulo ante medium, lib. 1. & consi. 369. viso & examinato, col. 2. lib. 2. Panor. in c. conuolente, in 5. no. extra de cle. non resid. Alex. consi. 137. in causa & lite vertente inter Lancelotum, col. pe. vers. praeterea prohibitio, lib. 2. Corn. consi. 65. licet praesens, col. pen. in fin. lib. 1. & consi. 102. visis in causa magnifici, col. 7. vers. non enim potest, lib. 2. & Barba. consi. 52. viso celebri, col. 5. vers. non obstat nunc si dicatur, lib. 4. Soc. in l. 1. in no. ff. de excep. rei iud. & in l. qui Romæ §. Flauius, in si. ff. de verb. oblig. & consi. 82. in causa, col. 2. lib. 3. & consi. 78. visis actis, post princ. lib. 4. & C. epo. causarum ciuiliu consi. 44. in quaestione, col. 2. ad si.

Et id procedit vbi sententia desideratur ad priuationem iuris agentis.

357 Et id admodum confirmat quod ab ipso Bal. scriptum est in l. si aliena. ff. sol. mar. id scilicet, tum demù de dominio sine iure tertij excipi posse, cum probatio domini sine exceptionis allegatione a genrem excluderet. per l. vlti. C. de rei vendi. alias minimè, nisi excipiens haberet causam à domino, per l. 2. ff. si ager vcti. & d. l. his consequenter §. 1. ff. famil. hercisc. & l. loci corpus. ff. si serui vend.

De eadem re.

De eadem re 358 Sed hæc duo capita debes primò intelligere, cum quis priuatur ipso iure præcisè, & cū effectu. Secus si effectus priuationis consistit in voluntate tertij, vt in casu d.l.2. & ibi not. ff. si ager. v. cum alijs simi. à me adductis supra in eadem gl. vers. 60. incip. fuerunt tamē. Ita enim voluere Bar. Bal. Ang. & Franc. Aret. in illis locis supra allegatis, & ipse Bar. cōf. 81. Martinus Fornicis, col. 2. & ipse quoque Bald. in auth. qui rem, col. 2. vers. subsequenter quæro. C. de sacro. eccl. & in addit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, in 46. q. & Per. Anch. in c. cum secundum, col. 1. de hæret. lib. 6. dum de hac re loquens allegat no. in d. l. 2. Corn. cons. 115. licet in hac, col. 1. & seq. lib. 1. & Soci. in d. l. 2. col. 2. in 2. conclusionē. ff. de excep. rei iud. vbi ad hoc multa allegat, & in l. 1. §. sed & quoties, col. 2. vers. ex quibus tertio. ff. ad S. C. Trib. & d. cons. 78. col. 2. vers. seq. quando obicitur, lib. 4. & ante hos omnes Spec. titul. de loca. §. nunc aliqua, in 47. q. in fi.

De eadem re. 359 Quod tamen intellige, lector amantissime, ne tu forte decipiaris, vt procedat, antequam ille tertius suam declarauerit voluntatem; nam facta declaratione poterit & ille submoueri ob ius istius tertij, vt voluit Ang. in §. si verò, vers. sed tunc pone, in auth. de non alien. & Cepo. cons. 25. ex quaestione prædicta, col. 3. vers. circa tertium dubium. De quo & tu eundem vide cons. eiusdem operis 45. & si in alijs, col. 1. vers. tertio dicitur.

De eadem re. 360 Intellige secundò procedere duos illos præcedentes effectus, si sententia declaratoria interuenit. Nam ante eam non potest repelli prosequens ius suum, nec submoueri ex iure tertij. Ita voluit Per. Anch. in d. c. cum secundum. Sed ipsemet de hoc dubitat in c. 2. in 2. not. de præscr. lib. 6. propter not. per Cy. & Bal. in d. l. cum feruum. C. de feruis fugit. Sed ita tamen, vt in contrariam sententiam inclinare videatur. Sed & de hoc quoque dubitat idem Per. Anch. in c. felicitis, in 8. notab. de poenis, & ita quidē, vt priorem sententiam potiorē sibi videri, velit. Adeo sibi in hac re malè constat. Sed hoc ex iis dependet quæ dicemus postea in 50. effectu.

Exceptio exclusiua ipso iure agitis an possit opponi. 361 Idem autem Anch. cons. 117. subtiliter, col. 1. vers. non obstat si dicatur, exceptionem exclusiuam ipso iure iuri agentis posse opponi, cum ille qui possidet, agit contra alium, nam cum tunc consistet iudici rem ad alium pertinere, consequenter nec agenti actionem cōpetere. l. Pomponius. §. si is qui. ff. de procu. Sed cum possessor agit pro iuribus eius rei quā possidet, non videtur posse excludi tali exceptione ante sententiam declaratoriam, per c. cum secundum, de hære. lib. 6. & quod not. lo. And. in c. 2. de præscr. lib. 6. Et id erit pro 3. declaratione.

De eadem re. 362 Intellige igitur quartò, vt scilicet ius tertij ipso iure exclusiuum iuris agētis opponi possit in iudicijs ordinarijs, non etiam in iudicijs summarijs, vt nuncupatim voluit Pau. Castr. in l. ille à quo, §. si de testamento, per eum text. ff. ad Tribel. & Alex. in l. vlt. col. 9. vers. addit etiam vnum, C. de edit. diui. Adr. tol. vbi reprehendit ipsum Pau. Castr. qui ibi tenet contrarium sibi interim contrarius, & Carol. Rui. cons. 130. super puncto, col. vlt. nu. 9. lib. 2. Nec obstat, vt subdit Alex. in d. l. vlt. quod not. glo. in l. 2. ff. de excep. rei iud. quia loquitur quando reus opponerat de iure proprio ipsius opponentis, ita excipiendo, dolo facis, petens quod mihi restitutus es. Secus si diceret, dolo facis petens quod alteri restitutus es. l. si focer. §. Lucius. ff. sol. matr.

De eadem re. 363 Intellige quinto vt id ius opponi non possit à spoliante contra agentem aduersus ipsum spoliante interdictio recuperandæ possessionis, vt nuncupatim & in hac specie ex facto interrogatus respondit Per. Anch. cons. 205. cuius exordium est, in quaestione verrente, col. vlt. vers. si perest modò vi-

dere, per tex. in c. 1. extra de restit. spol. & no. per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss.

De eadem re. 364 Intellige & tu sexto & postremo, vt id ius tertij ipso iure exclusiuum iuris agentis possit opponi à reo, non etiam ab actore etiam replicando, quia vis ipsius deduci debet ex iure residente in persona ipsius, per l. in speciali. ff. de rei vend. & l. indebiti. §. sed & si nūmi, & ibi Alex. col. vlt. ff. de condi. indeb. Bal. in l. cum mulier, col. 10. vers. de tertio dubio. ff. sol. matr. Carol. Rui. qui & ipsum tradit cons. 88. circa legitimationem, post prin. lib. 3.

Si quis cōmiserit crimē ob quod priuandus est bonis, &c. 365 Trigesimum, quod est finitimum superioribus. Si quis cōmiserit crimen ob quod priuandus est bonis per sententiā, nec ipso iure est priuatus, possunt & debent debitorē ei interim soluere, & liberatū. Laufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci, & l. reo. ff. de sol. matr. Carol. Rui. qui & ipsum tradit cons. 88. circa legitimationem, post prin. lib. 3.

Qui commiserit crimē quod priuandus est bonis, &c. 366 Trigesimum primū, quod non multum abest ab iis quæ tribus præcedentibus dicta sunt. Qui crimen commiserit, quod priuationem dignitatis non inducit ipso iure, sed tantum per sententiam, non possunt subditi ante sententiam ab eius obedientia se subducere, nec illius iura denegare, tenentq; gesta interim ab eo. c. nonne. 8. q. 4. & c. sape, extra de appel. Secus si ipso iure esset priuatus. cap. tanta, de excep. prælat. & c. veritatis, de dolo. & contu. Et ita nuncupatim voluit Per. Anch. in c. apostolica, in 20. not. per illum tex. de sent. & re iud. lib. 6. vbi hoc dicit se didicisse à domino Lapo præceptore suo, dū legeret d. c. sape, qui ad hoc, vt dicit allegabat Bar. in tract. de tyranno in 7. q. prin. Et optimè faciunt not. per ipsum Bar. in l. post contractum, tum col. 1. vers. & si aduertamus, tum col. 3. vers. secundum tempus. ff. de dona. quod qui crimē commisit, ob quod est priuandus bonis, sed tamen non est ipso iure priuatus, non amittit interim administrationem rerum suarum, per d. Laufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci, & ibi sequuntur recentiores.

De eadem re. 367 Ex quibus omnibus satis intelligis, vtrum donatarius possit agere contra tertium detinentem rem donatam post natos donanti liberos, vel pro iuribus rei donatæ debitis, & an submoueat exceptione reuocationis ex hac l. & an liberentur qui ei iura soluerint. sed hic in casu nostræ legis requiritur declaratio donantis, vt latè diximus in prin. huius glo. Ideo que ante eam non video quod possit donatarius impediri.

Pœna vt incurrat, requiritur monitio præcedens. 368 Trigesimum secundum, cum ex sententia Innoc. in c. extirpandæ. §. qui verò, extra de præb. vbi pœna statuitur omissioni vel negligentia sine die vel tempore: certè vt pœna incurratur, requiritur monitio præcedens, quem sequuntur omnes penè ibi, & Bald. in precibus, col. 6. vers. non obft. quod not. C. de impub. & ali. substi. & in l. 2. col. 2. C. de his quib. vt indig. & Card. Flor. qui id dicit sing. cons. 55. dum reuocendus. & Per. Anch. in cap. licet canon, col. 1. in fin. & ibi quoque Domi. & Philip. Franc. in vers. etiam, de elect. lib. 6. & idem Per. Anch. in cap. 1. col. 2. vers. septimò no. de vita & hon. cleric. eo. lib. 6. & cons. 61. pro clariori cum alijs multis concord. adductis per Alexand. in l. si mora, col. 5. vers. c. subdit hic. ff. sol. matr. & in l. ita stipulatus, col. 4. ff. de verb. obl. & cons. 10. attentis verbis testamenti, circa medium, lib. 7. & Fely. in c. 2. col. 1. vers. extra glo. de magist. & Matth. Afflict. in decis. Neapol. 370. tria dubia, col. 3. ver. secundò dubitatur. Id sanè temperat ipse Inno. in dict. c. extirpandæ,

dæ, & post eum Host. in verbo, priuatū, & Io. And. col. vlt. Panor. in repe. d. §. quia verò, col. 8. vt scilicet procedat cum pœna ipso iure imponitur, nō aliàs. & idem quoque Pan. in c. excommunicationi, circa med. extra de rapt. & Do. in d. c. licet canon. §. is autem, de elect. lib. 6.

Contraria opinio. 369 Quamquam ne id quidem, Per. Anch. in cons. 65. in causa quæ vertitur, in vlt. dubio, in ea est sententia, vt cum pœna ipso iure imponitur, minus requiratur monitio. Quod & ipsum non obscurè sentit Card. Flor. in cle. 1. in 9. no. de vita & honest. cler. & Fely. post Calde. & alios recentiores, in c. 2. in 2. no. extra de sponf. & vide Do. in c. 1. in 1. not. de vita & honest. cler. lib. 6.

Post sententiam non potest episcopus aut alius iudex dispensare. 370 Trigesimum tertium, licet cum canon imponit pœnam, non permittens expressè, nec etiam negans posse ab episcopo dispensari, possit ipse episcopus dispensare secundum glo. in c. postulastis, in verbo postulatam, extra de cler. excom. mi. Inn. in c. dilectus, de tempo. ord. & lo. Ligna. & Io. Cald. in c. ar. si clerici. §. de adulterijs, extra de iudi. cū simil. Hoc tamen non procedit, vbi esset canon latæ sententia, secundum Ant. in d. §. de adulterijs, post Archi. in c. sicut. 15. dist. Nec aliàs generaliter vbi permittitur episcopo dispensare, procedit in canone latæ sententiæ, secundum ipsum Arch. in c. licet canon, de elect. lib. 6. Et est optima ratio, quia post sententiam nō potest episcopus aut alius iudex dispensare. l. diui fratres. ff. de poenis, & c. ideo. 2. q. 7. Sed tu de his vide Pan. in d. §. de adulterijs, col. 2. vers. c. hoc intelligo, & ibi quoque Frā. Are. & Fel. col. 2. vers. fallit primo, & Phil. Dec. col. 4. vers. prædicta cōclus.

Lex sine statutum licet possit transferre dominium, homo tamē id facere non potest. 371 Trigesimum quartum, licet lex vel statutum possit transferre dominium & possessionem ipso iure, per l. raptos, & ibi Bar. C. de epif. & cler. & l. vlt. C. de sacro. eccl. cum simi. Tamen homo id facere non potest, per no. per Cy. & Bald. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. Bal. in l. traditionibus, in fi. C. de pact. & in l. 1. col. 3. C. si plures vna sen. Ang. & Imo. in l. qui vniuersas. §. 1. ff. de acq. poss. Idem Ang. in l. 1. ff. de distra. pign. & in l. licet. C. de acq. poss. & apertissime omnium Alex. cons. 1. ponderatis his, col. 2. vers. & ideo licet & iterum col. 11. vers. præterea facta fuit, lib. 5. Carol. Rui. cons. 50. super eo, nu. 2. lib. 4. Ex quo præter alia multa quæ supra diximus, plane intelligis difficultus quid fieri ipso iure, quam aliàs. Et huc etiā spectat, quod dicit Bal. in l. si quis. §. Iulianus. ff. de procu. quod lex facit ipso iure, prætor facit tantum per sententiam.

Pœna quæ ipso imponitur, an admittatur procurator. 372 Trigesimum quintum, licet in crimine publici iudicij non admittatur procurator. l. accusatore. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. fallit tamen vbi pœna esset ipso iure imposita, vt voluit Alex. in addi. Bar. ibi, in prima addit. allegans Bal. in l. reos. C. de accu. & Per. Anch. in l. feruū. §. publicè interest. ff. de procu. Sed aduerte quia Bal. vbi supra, col. pe. ver. pone quòd statutum, tenet nūcupatim contrarium, quia in hac causa disputatur de crimine, & super crimine oportet declarari. Vnde licet non feratur alia sententia, scilicet cōdenatoria, tamen fertur æquipollens, scilicet declaratoria. c. pro humani, de hom. lib. 6. Hæc ille, quem sequitur Per. Anch. etiam vbi supra, ad fi. Et ita etiam illos refert & sequitur Hippo. Marfi in sua practi. causarum criminalium. §. sequitur, nu. 42.

Actus quæ de ipso iure, iuramentum non confirmatur, sed via exceptionis aut restitutionis. 373 Trigesimum sextum, vbi actus est nullus ipso iure, iuramento non confirmatur, sed via exceptionis aut restitutionis. Ita videtur voluisse Bal. in l. non dubium, in 17. oppo. C. de leg. per. ex. ibi, & in l. antiquæ. §. vlt. C. ad S. C. Velleia. Ang. cons. 160. domina Catharina, col. 1. vers. contrarium dico, vbi hac ratione mouetur. Nā cum actus est ipso iure nullus, nihil est omnino confir-

mabile. & Ro. in l. Modestinus. ff. de donat. & consi. 12. vlt. facto, col. 2. vers. secundo, quia ex tali contractu, & Franc. Are. cons. 2. intellecta diligenter, col. 3. ver. tertiam rationem. & est bona gl. in auth. si qua mulier. in prin. C. ad S. C. Velleia. quæ sequitur Ro. qui eā dicit sing. in repet. l. 1. char. 3. ver. & adde duas no. cautelas. ff. de vsucap. & Paul. Cast. cōf. 8. in causa quæ vertitur corā domino vicario, col. 1. lib. 2. & & Hippo. Marfi. cōf. 125. æternæ lucis, col. 3. ver. quia respondeo. & diximus in nostris legibus cōnubialibus, in gl. 3. in verbo, ne petit, nu. 25. incip. ex his quoque. Sed hoc qualiter intelligatur & procedat, vide eundem Bal. vbi supra, & in l. 2. in lect. antiqua. ff. ad S. C. Velleia. & Imo. latè in c. cum contingat, in 2. membro principali, col. euidem 7. vers. circa primum variat, extra de iure iur.

Cum nō tenet sententia ipso iure, sed ope exceptionis vel officio iudicis est emendanda. Ita voluit Inno. in c. in literis, extra de offi. deleg. quod elegas reputat, & ad arbitrium trahit Bal. in l. vlt. col. 4. vers. quarto quæro. C. de contrah. emp. vbi videbis quid de eo sit dicendum, de quo & tu vide eundem Bal. in l. si vt proponis, col. 2. C. quomodo & quādo iud. & in c. publicato, in fi. extra de elect. & Bar. in l. si societate. §. arbitrorum, col. 2. vers. quærit glo. si iniquè. ff. pro socio. Imo. cons. 97. in causa quæ vertitur, ante fi. la. in l. ferui electione, col. 2. ver. intellige istā. ff. de leg. 1. & omnino Fely. in d. c. in causis. Et hoc amplia, vt etiam possit iudex ferre sententiam contrariam priori sententiæ quæ ipso iure nulla erat per l. vlt. C. de sent. quæ sine certa quāti. licet aliàs facere non possit, per l. 1. C. quando prouoc. nō est neceff. vbi Saly. col. 2. in 10. opp. id expedit, & post eū Fely. in c. inter monasterium, ad fi. de re iud. Idem autem de consultore in causa assumpto, vt si primū consilium sit ipso iure nullum, possit iterum consilium, & illud emendare, voluit ipse Bal. in c. cum cessante, col. vlt. vers. vltimò opponitur, extra de appel.

Electio si sit ipso iure nulla, poterunt electores publicato scrutinio variare. 375 Trigesimum octauum, quod est admodū confusum, quòd electores publicato scrutinio poterūt variare, & iterum eligere, si electio est ipso iure nulla, quia ineligibilem elegerūt, aut aliàs. secus si non esset nulla ipso iure, sed annullanda, non possent variare. Ita voluit Inno. in d. c. publicato, in prin. & ibi Host. col. 2. in verbo, nequeunt, & Bal. col. pen. vers. quæro dicitur hic, & Pan. col. vlt. vers. vltimū quæro, & alij, tantum de elect. Idē. Inn. & plerique omnes in c. considerauimus, col. 1. eo. tit. & idem Inno. in c. dilecti, de sup. neg. præla. Aegid. Bellamera, cons. 10. factum est tale, lo. Martini, col. 20. in 6. dubio. Pan. post Compostel. in c. cum Vintoniēsis. col. 4. ver. in gl. in verbo, sed tertia, de elect. Et vide ipsum Bal. in d. c. considerauimus, in prin. & in rub. de elect. col. 1. ver. quæro si non valet.

De eadem re. 376 Et hoc intellige primò nisi eligentes ob primam illam electionem fuerint priuati iure eligendi, vt per gl. in c. inter dilectos, in verbo, postmodū, extra de excessi. prælat. quam vide & docto. ibi. atque etiam gl. in c. auditis, in verbo, postfacto, & iterum in verbo, irritandā, & ibi docto. extra de elect. & gl. in c. bonæ. le. 2. in gl. 1. & ibi docto. eo. tit. & gl. in c. cum laici, in verbo, quæ nulla est, extra de iure patrona. Ex quibus intelliges id generale esse, vt electio quæ nulla est ipso iure, non impediatur secundam, licet aliàs secus.

De eadem re. 377 Intellige & secundò in habetibus potestatem eligendi iure proprio. nam de his loquuntur omnia iura, & doct. supra allegati. Secus in his qui eam facultatem non habent suo iure, sed alieno, scilicet ex potestate eis aliunde cōcessa, nam si ij semel elegerint etiam nulliter, non possunt amplius variare, se-

cundum Bar.in l.2.§.1.ff.de optio.lega.Imo.& Alex. qui adfert alios cōcor.Fran.Arc.& Iaf.in l.ferui electione,in prin.ff.de leg.1. Quod tamē intelligit Bal. in l.vlt.in 4.q.C.de contrah. empt.in actibus extrajudicialibus.secus in iudicialibus, per l.1. vt proponi.& l.1. pates.C. quomodo & quādo iud. Quod an procedat, vide per ipsum Arcet. in d.l.ferui electione, col. vlt. Sed hic omnino vide quæ scripti in comment. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. in l. limitat.

De eadem 378 Quæntiam illud quod supra diximus vers. ab hinc 4. de iudice nulliter iudicante, vt possit iterum iudicare, intelligendum est de iudice ordinario, qui scilicet habet iurisdictionem iure proprio, secus in delegato qui ab alio habet. l. iudex postquam, & ibi gl. & doct. ff. de re iudi. De quo tu vide Iaf. in d.l. ferui electione, col. 2. vers. intellige istam. ff. de leg. 1. & eundem plenissimè in l. qui per salutem, in 2. no. ff. de iureiur.

Id quod ob- 379 Trigesimum nonū, quod dictū est in electio- tinet ius in ne ad magistratum vel sacerdotium, idem quoque electione ad magi- & in alia electione, quam opinionem vocamus, ius strati vel ob- obtinet, vt scilicet si ipsa optio primum facta, ipso sacerdot. iure nulla fuerit, possit is qui eam facit, iterū facere. aliàs autem non possit per l. apud Aufidium. ff. de leg. 1. & l. quoties. ff. de opt. leg. Ita enim voluerunt Dy. & Alb. in d.l. ferui electione, in princ. ff. de leg. 1. Eligentes 380 Quadragesimum, quod præcedenti aduersari si sint pri- videtur. Si ex defectu formæ quæ debuit obseruari uati ipso iure in electione, eligentes sunt priuati ipso iure eligendi re in eligen- potestate, non poterunt iterū eligere. Secus si sunt di potesta- tantum priuandi, quia interim possunt eligere. c. cū te, non po- terra, in fi. de elect. quod ad hoc dicit not. Ro. conf. terunt iter- 23. dubitatur primò, col. 3. vers. secundò si quis dixerit, & concludunt docto. licet illi text. vt ipse Ro. rum elige- dicit non alleget, in d.c. publicato, eo. tit. Et hæc duo re. capita confirma ex eo quod aliàs semper electio inualida non aufert facultatem eligendi de nouo. l. 2. ff. de opt. leg. gl. in d.l. ferui electione, in gl. 2. & ibi Iaf. col. 2. ver. in gl. 2. ff. de leg. 1. vbi & ipse Iaf. ad hoc quoque allegat c. si compromissarius, iuncto c. vt circa, de elect. lib. 6. Sed hæc ex his pendent quæ latè tractat Bar. post alios antiquiores. ex d. l. 2. §. 1. ff. de opt. leg.

Nudum præceptum de non alienando non valet.

181 Quadragesimum primum, nudum præceptum de non alienando, non valet, nec tenetur legatarius, cui id prohibentum est, cauere de non alienando, cum in legatarium transit legatum ipso iure, per l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. & l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. At secus si nō transit ipso iure, sed debet præstari per manum hæredis. Nam tunc legatarius non tenetur dare, nisi prius cautū sit de non alienando, per l. 4. §. vlt. ff. de cond. insti. & l. Titio centū, in prin. ff. de cond. & demon. vbi Bar. ita ea iura nūcupatim intelligit, de quo tamen vide ibi Pau. Cast.

Errū quis debeat puniri poena statuti domesticily.

382 Quadragesimum secundū, cum queritur, vtrū, quispiam debeat puniri poena statuti domicili, an loci delicti, solet distingui, vtrum poena ipso facto imponitur, trahitur secum executionem, necne, vt per Pau. Leaz. & Io. Ligna, in cle. 2. & ibi quoque Imo. col. 7. vers. quæro quid si pro delicto, & Card. Flor. in §. denique, in 2. q. de re iud. & eundem Card. in c. vlt. & ibi etiam Maria. Soc. col. 14. in octauo effectū, de foro compe. & Ang. in l. vlt. col. 2. vers. secunda quaestio. ff. de iurisd. om. iud.

383 Quadragesimum tertium, quod ipso iure nullum est, nō facit indicium, vt si testis cuius testimonium ipso iure nullum est, fuerit interrogatus, nec vllum quidem indicium facit l. diuus. §. ex quibus causis. ff. de quaestio. Secus si ipso iure non repellitur, sed officio iudicis. tunc enim arbitrio iudicis faciet indicium, per not. in c. præsentium, l. e. extra de testi. vbi Bal. col. 2. vers. quæro nunquid testes,

hoc discrimen nuncupatim adscripsit.

384 Quadragesimum quartum, cum infamis ob graue crimen testari non possit secundum multorum sententiam, in qua fuit Spec. tit. de instrum. edi. §. compediōse, vers. decimoteriō, & expressius vers. quid de excolutatis, & Bar. & Imo. in l. qui manus. ff. qui testa. face. poss. quamuis alij teneant contrarium: de quo nunc non disputo. Sed illud tantum dixerim, quod si illa sententia vera est, intelligitur vt sit infamis ipso iure statim à commissio delicto, testari non potest, nulla super delicto expectata sententia. Sin minus, ante sententiam testari potest. Ita respondit Anastasius Platus inter consilia Barba. confi. omnium vltim. multos futuros, col. 3. vers. septimò probatur, lib. 1. & sequitur Alciat. in l. inter stuprum. ff. de verb. signi.

385 Quadragesimum quintum, cum infamia iuris repellat à testimonio per plenissimè not. in l. 2. ff. de Senat. Certè si ea infamia ipso iure contracta est, repellit statim, non expectata sententia. Quod si non nisi lata sententia contrahitur, poterit interim dum condemnatur, testimonium dicere. Ita enim voluit Iaco. Butr. in l. 2. §. ignominia. ff. de his qui not. infa. Ang. in l. athletas. §. ait prætor, in princ. ff. eo. & ipse Platus d. confi. vlt. inter consi. Barb. col. 4. vers. præterea nulla requiritur. lib. 1.

386 Quadragesimum sextum, vbi quod secundum est, reuocatur primum ipso iure: si illud secundum casetur, primum non reuocatur, vt voluit Petr. Anch. & post eum Phil. Fran. in c. pen. de præb. lib. 6. per l. planè, in prin. de leg. 1. & l. si transferam. ff. de ali. lega. Secus si non ipso iure. l. qui liberis. §. non sic. ff. de bon. poss. secun. tab. & quæ no. Archi. & Io. And. in d. c. pen.

387 Quadragesimum septimum, si poena ab homine fuerit statuta, si quid factum non fuerit intra aliquod tempus, ea committitur cum primum certū est eum id facere non posse intra statutum tempus, licet sit secus in poena legali. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbo. oblig. Tamen differtur executio illius poenæ, donec illud tempus sit transactum. l. in illa stipulatione, si calèdis, & l. stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita, & l. infulam, eo. tit. & voluit gl. & post eam doct. in illa priori l. Hoc ramen fallit in poena quæ ipso iure secum trahit executionem, vt in excōmunicatione, infamia, & aliis huiusmodi, tunc nou expectatur terminus. Ita voluit Bar. in d.l. cum stipulatus, col. vlt. vers. responde prædicta vera, arg. l. quod ad statum, in verbo, confessim. & l. qui vltimo, in verbo, statim. ff. de poen. Cui licet contradicant Ang. & Rapha. Com. tamen assentiuntur ibi Alex. col. 3. vers. in gl. in verbo, cōmissa, & Iaf. col. 5. vers. prædictam decisionem. Quæ tu no. ad ea quæ disputata sunt à gl. & aliis in c. cōmissa, in verbo, elapsus, de elect. lib. 6. & gl. in c. licet canon, in verbo, priuatus, post prin. & ibi Domi. in vers. is etiam, col. 2. vers. deinde quærit. eo. tit. & lib. Et interim vide Bal. in l. eius qui, vers. quæro nunquid, C. si pen. appel. mors inter.

Infamis ob graue crimē, an restitui possit.

In poena quæ secum trahit executionem, non expectatur terminus.

Dominium an trāseat in alium sine possessione.

388 Quadragesimum octauum, licet aliàs dominium non trāseat in alium sine possessione. l. traditionibus, C. de pact. & l. si ager. ff. de rei vendic. cum similib. Tamen id fallit cum quid sit ipso iure, vt probatur in l. commissā, & ibi gl. Bar. & Ro. ff. de publi. & vestig. & idem Bart. post Dyn. in l. imperator. ff. de iure fisci. Ille Io. Imo. discipulus Pet. Belluga in eo tracta. cui titulum nuncupauit, speculum principum, tit. de amortiza. §. nunc videamus, col. 3. per no. in l. C. de rapt. & per Io. Monach. in c. cum secundum, de hæret. lib. 6.

Possessio non trāsit in alium nisi fuerit ap præ-

389 Possessio tamē, vt ipse Belluga subdit, nec tūc quidem transit, nisi ea fuerit apprehensa, per gl. in l. cum duobus. §. idem respondit, locus si cessante, in verbo,

verbo, dominium. ff. pro foc. & in l. vlt. C. de sacros. eccle. id quod etiam voluit Bar. in d.l. commissā, allegans gl. ibi, quæ tamen mihi id dicere nō videtur, & id dicit esse no. & ibi quoque Ang. & Ro. & Bal. in l. si quis in tantam. col. pe. ver. nota quod delictū. C. vnde vi. & in l. in suis, ad fi. ff. de lib. & posthu. Io. Fab. in d.l. vlt. C. de sacros. eccle. & Pet. Anch. in d. c. cum secundum, in prin. de here. lib. 6. vbi ad hoc dicit gl. in d.l. vlt. esse not. & idē Petr. in l. sine possessione, col. 2. vers. tertium siue quartum, de reg. iur. eo. lib. Vital. Camba. in tract. clausularum, in rub. nil nouare appel. penden. char. pe. & Bertha. in tract. gabel. in 9. parte principali. 4. q. vers. quod autem supra dixi. & Iaf. confi. 148. viso processu, col. 2. vers. item etiam princeps, lib. 4. Et ad hæc faciūt quæ diximus supra in 18. effectū. Nota tamen quod idem Bar. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege, col. 2. vers. prædicta vera nisi statutum. ff. de verb. obli. est in ea sententia, vt licet quid fiat ipso iure, non tamen transeat dominium ipso iure, sed opus esse actione. Super eo autem quod diximus de possessione, vide Bald. in l. 1. colum. 3. vers. sed alij dicunt. C. si plures vna sententia. & in cap. quanto, vers. adde & dic. extra de transla. episco.

Qui ipso iure amittunt dominium, possunt nihilominus postea præscribere.

390 Sed tu in hoc aduerte quod Pet. Anch. in d. c. cum secundum, in prin. de hære. li. 6. ex eo quod diximus ex eodem & aliis, infert quod qui ipso iure dominium amittunt, nihilominus possunt postea præscribere, per c. 2. idēque vlt. de præscrip. eo. lib. 6. quod non possent, si cum domino translata esset & possessio, per c. sine possessione, de reg. iur. eo. lib. 6. Ex quo & ego in casu legis nostræ cenfeo donatarium posse rem præscribere post matuitatem liberorum donantis. Nec est quod ei mala fides possit imputari. nam etsi dubium est, an actio præscribitur sciente eo qui ea tenetur: aliis negantibus præscribi ob malam fidem, aliis contra affirmantibus, de quo per omnes in c. vlt. extra de præscrip. Tamen quando is qui possidet aut debet, non tenetur: auferre, nec adire domum creditoris, nec aliquid facere, nisi petatur ab eo cui ea actio competit, tunc etiā de iure canonico illo non petente præscribitur: quia nihil est quod ei imputari possit, siue quod eum constituat in mala fide. Ita enim voluit Pan. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 15. vers. sed pro concordantia, extra de constit. & in c. quod clericis, col. 2. vers. ideo dicit, extra de foro compe. & in d. c. vlt. col. 4. vers. ego. in cap. extra, de præscrip. & Rapha. Com. confi. 67. statuto ciuitatis Vincentiæ. & conf. 90. v. copia, col. 2. & confi. 147. domina Contesia, quibus locis intelligit, nisi debitor sciret creditorem ignorare. & Corn. confi. 176. ad euidenciam præmittendum est, col. 3. ver. ad idem quod no. lib. 1. & cōf. 206. circa thema, col. 3. vers. ad idem, lib. 2. & confi. 55. visis & diligenter consideratis, col. 6. vers. facit secundò, lib. 3. & Soc. confi. 203. capiendū primum consultationis articulum, col. 2. vers. secundo probatur, lib. 2. Phil. Dec. confi. 554. quod supra accurate, de quo tamen vide Fely. in d. c. vlt. col. 2. vers. secunda declaratio.

Hæres quæ do dicatur non male fidei possessor.

391 Et id quidem ex eo fulcitur, quod tradit Petr. Anch. in d. cap. sine possessione, in 11. cadēque vlt. oppo. quæ est in col. 3. vers. c. item intelligas, de reg. iur. lib. 6. quod si per acceptationem alicui competit actio, potest interim contra eum præscribi, dum nondum acceptauerit, vt in legatario quātūtatit vel speciei: nam antequam is agnouerit legatum, hæres non potest dici malæ fidei possessor, ideo præscribitur, & hoc dicit consuluisse Bald. & sequitur Socin. confi. 63. in causa vertente inter dominam Catharinam, col. 4. vers. præterea hanc partem, lib. 1. & cōf. 2. in causa testamentaria, in fin. lib. 3. & Dec. d. confi. 554. & Io. Fran. Balb. in tracta. præscriptionum, in 3.

prin. quæst. 5. partis, 5. quoque partis princ. & Anto. Rub. cōf. 3. dicitur, in fi. Id quod admodum huc pertinet, vt intelligas non impediri præscriptionem, licet dominium transeat ipso iure in casu legis nostræ, vt supra diximus in prin. huius gl. Nam & legatum in quo loquuntur Pet. Anch. & Soc. etiam ipso iure transit in legatarium. l. à Titio. ff. de furr. & l. si tibi homo. §. si seruus. ff. de leg. 1. & planè diximus in cōmentariis nostrarum consuetud. tit. 16. §. 4. in gl. 2. in prin. Et tamen hæres, vt illi dicunt, id præscribit etiā de iure canonico. Illud autem Bal. confi. ni fallor est 132. quod vidua, in fi. lib. 3. vbi consuluuit præscribi iuri in perendilegatum & fideicommissum 30. an. & iterum confi. 168. proponitur quod quidam, col. 1. eo. lib. 5. Verum contra illud dictum Pet. Anch. nuncupatim tenet Phil. Dec. sibi contrarius in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 12. vers. & circa istum tex. de constit. rationibus illis ab eo adductis, quas si libet videre poteris.

Impetrādi Supplementum legitima præscribitur.

392 Cæterum quod primum diximus confirmat quod licet supplementū legitimæ ipso iure debeatur. l. scimus. C. de inoffi. testa. ita tamen demum, si petatur, secundū gl. & omnes ibi, & latè diximus supra in hac eadem gl. nu. 14. incip. idem quomodo diximus. Tamen & ipsum præscribitur, si non petatur, ex sententia omnium in l. si quis filium. C. de inoffi. test. Bal. & Saly. & aliorum in l. omnimodo. eo. tit. & quos infra citabimus. confi. 395. & seq. & quos item tibi congesi in tracta. Retractuum, tit. 1. §. 31. glo. 2. nu. 37. Sicuti & iuri quoque aduēdi præscribitur 30. annis secundum Bal. Ang. & alios præter Saly. in l. licet. C. de iure delib. Bar. confi. 129. quidam habuit. Bal. in l. diuortio. in 3. lect. col. 1. ff. de neg. gest. & cōf. 12. quidam dominus Matthæus, col. 2. vers. vltimò sciendum, lib. 1. vbi & id dicit procedere de iure canonico, & confi. 410. primò videndum est, lib. 4. & cōf. 450. super primo puncto, in princ. eo. lib. 4. & cōf. 168. proponitur quod quidam, col. 1. lib. 5. & cōf. 386. quidam M. decessit. eo. lib. 5. Imo. in l. 3. ff. de acq. hære. & conf. 73. in casu proposito, licet dicatur in prin. Ro. confi. 71. visis dubiis, col. 2. Pau. Cast. in l. si quis suus. ff. de iure delib. & conf. 279. super primo quaesito, in prin. 2. dubij. lib. 1. & confi. 410. viso factō, col. 2. vers. quantum ad tertium, eo. lib. 1. & confi. 22. visis omnibus, col. vlt. lib. 2. & confi. 120. notandum est ad euidenciam, col. 1. eo. lib. 2. Cepola confi. causarum ciuiliū 66. eodēque vlt. Titius procreauit, col. vlt. Cor. confi. 299. videtur prima facie, col. 2. vers. quod & dicendum, lib. 3. vbi hanc dicit esse communem opi. & confi. 305. circa primum, col. pe. vers. vltimò & alia, eo. lib. 3. & confi. 17. circa præsentem, col. 6. vers. circa sextum, lib. 4. & confi. 70. duo veniunt, col. 4. vers. circa secundum, eo. lib. 4. Soc. qui concor. adducit d. confi. 63. col. 3. vers. sed his & aliis, lib. 1. & iterum confi. 81. in præfenti consultatione, in fin. eod. lib. & Fely. qui dicit hanc esse communem, in c. de quarta, col. 3. & scias, de præscr. & Iaf. confi. 19. præfenti consultationis, post princ. lib. 1. Et iuri item immiscendi, quod propè idem est ex sententia gl. iuncto tex. in d. l. licet, & ibi Bald. & Ang. Rapha. Fulg. & recentiores C. de iure delib. Bar. in d. l. filio præterito, vbi supra Bald. d. confi. 12. col. 2. vers. sed iste passus. l. 1. Ang. in d. l. 1. in lect. Flo. C. quan. non pet. par. Raph. Com. confi. 29. quidam Gionterinus, vbi & id dicit procedere in hærede extraneo, ex cōmuniiori opi. Pau. Cast. in d. l. si quis suus, de iure delib. Cor. d. confi. 70. vbi supra, lib. 4. Iaf. d. confi. 19. col. 2. vers. maius dubium, lib. 2. quāuis ipse in lectu. vt ipse dicit, tenuerit contrariū post quosdam alios. Nam & in hac posteriori sententia est gl. in d. l. 1. C. quan. non peten. par.

Iuri aduēdi præscribitur.

Etiā de iure canonico.

Et iuri immiscendi.

Et iuri dicendi contractum nullum.

393 Et iuri dicendi contractum nullum, secundum Bal. & Ang. in l. sicut. C. de præscrip. 30. anno. & eundem

dem Bal. d. conf. 410. lib. 4. & conf. 189. punctus queritur, lib. 5. & Soc. conf. 106. libenti animo, col. 2. ver. tertia defensio. lib. 3. nam etiam contractus tunc demum est nullus, si voluerit is cuius fauore dici poterit nullus, vt voluit gl. in l. eleganter, in princ. & ibi Bar. ff. de dol. mal. & glo. in l. iurisgentium. §. prator ait, in verbo, dolo malo, & ibi etiam Bal. Ang. & recentiores. ff. de pact. & diximus supra in eadem glo. nu. 16. incip. quibus & adde & latius in nostris legibus connubialib. in gl. 7. in verbo, de son mary, in 10. q. Et per quendam ex iis Ripa etiam hic in 43. q. tenet licet titubanter, praescribi reuocationi quae fit ex hac lege. Sed & in l. vlt. huius tit. q. tener, & quidem asseueratius, praescribi reuocationi, quae fit ob ingratitudinem ex ealege.

De eadem re.

394 Sed vide interim, ne superflua sit haec questio praescriptionis in casu l. nostrae propter ea quae diximus supra, in verbo, susceperit liberos, nu. 211. secundum intelliges. & multis seq. videlicet quod si donator post natos sibi liberos sciens prudensque diutius permiserit donatarium frui re donata, nec declarauerit velle donationem reuocari, nec huius signum aliquod ostenderit, cum habuisset facultatem tempusque id facendi, is videtur velle donationem ratam manere. Ideo frustra hoc casu disputamus de praescriptione donatarij, cum ex voluntate donatoris rem ipsam habeat. Nisi diceres tum praescriptionem posse procedere, cum donator declarauerit velle donationem reuocari, sed id absente ignorantemque donatario, qui interim possidet, cum nulla ei mala fides imputari possit.

De eadem re.

395 Sed questionis est, quanto tempore praescribatur huic reuocationi. Posset videri quinquennio, instar querelae inofficiosi testamenti vel donationis. Ii quis libertatem. ff. de petit. hære. & l. adolefcentia. C. de inoff. testa. quae iura loquuntur de inoff. testa. Sed idem iudicatur de tempore inoff. donationis per l. vlt. C. de inoff. donat. Nam & haec reuocatio, quae fit ex huiusmodi l. magnam habet similitudinem cum ea quae fit ex capite inoff. donationis, vt constat ex no. in l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. & in l. 1. C. de inoff. dona. Et in simili dicit Bar. d. l. si quis filium. & rursus conf. 14. an ius agendi, quod iuri agendi ad supplementum legitimae praescribitur quinquennio, sicuti & querelae inofficio. testamenti vel donationis. & sequi videtur Bal. in d. l. adolefcentia. & Ro. in l. certi conditio, col. 5. ff. si cert. per. & Guid. Pap. consil. 170. quo ad quaestionem, col. vlt.

Antoria ea de re sententia.

396 Verum in ea sum sententia, vt non nisi triginta annis praescribatur, per regulam generalem. l. 2. C. de constit. pec. vt & aliis multis iuribus a me sigillatim memoratis in tract. Retractuum. tit. 1. §. 36. glo. 2. in verbo, notifier au greffe, nu. 36. decimo tertio quæro. & 5. seq. Nam & quod dicit Bar. vbi supra, de praescriptione iuris agendi ad supplementum per quinquennium, reprobat ab omnibus. qui & id tempus 30. annorum requirunt, videlicet Bald. sibi contrario, Saly. Ange. Pau. Cast. Flor. las. & aliis in d. l. si quis filium. Bal. in auth. presbyteros. C. de episc. & cler. & in repe. l. pater filium, col. 5. vers. vlt. ergo oppositionibus. ff. de inoff. testa. & in l. nam & is. §. huius autem. ff. eo. tit. & in l. posthumus, col. 2. in addit. eo. quoque tit. & consil. 23. si pecunia, in fi. lib. 4. & consil. 231. actioni in 2. dubio, eo. lib. 4. vbi id declarat, & consil. 50. viso testamento, col. 1. vers. modo quaeritur. lib. 5. & consil. 334. quidam nobilis, col. 1. eo. lib. 5. vbi tamen id clarè non diffinit. Ang. in l. Papinianus. §. si conditioni, col. 2. vers. ex praedictis apparet. ff. de inoff. testa. & in omnimodo, in prin. C. eo. tit. & in l. certi conditio, in prin. ff. si cert. per. vbi ita dicit se pluries consuluisse, & in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & in l. si a domino, in

prin. ff. de petit. hære. & in §. 1. in fi. in auth. de tri. & semif. Pau. Cast. qui hanc dicit esse communem opi. consil. 109. dubia in quibus quaeritur, in 1. dubio. lib. 2. Pet. Ancha. consil. 440. in quaestione. col. 7. vers. ex qua subrogatione. Raph. Fulg. consil. 84. Bonacursius, col. 2. vers. in secundo. Imo. in l. placet. §. si duobus. ff. de leg. 1. & in l. qui soluendo. ff. de hære. inst. Alex. consil. 108. viso themate, & diligenter consideratis verbis, col. 1. lib. 1. & late consil. 128. consideratis verbis instrumenti, col. 5. vers. nec praedictae conclusioni, & multis seq. lib. 1. vbi etiam dicit hanc esse communem. & consil. 3. visis subtilissimis, col. 6. vers. vltima dubitatio. & seq. lib. 3. & Cor. consil. 90. videtur prima facie, col. vlt. lib. 1. & consil. 264. in hac consultatione, col. pe. vers. nec obstat quod querela. eod. lib. 1. vbi inter alias rationes ponderat quod supplementum legitimae fit ipso iure, querela autem inof. non habet executionem ipso iure. & consil. 265. in hac, col. 2. lib. 3. & consil. 302. licet in propositione, col. vlt. vers. nec obstat quod ius, eo. lib. 3. Bened. Capr. consil. 40. circa quae columna prima. & consilio 76. punctus quidam Antonius, colum. vltim. Ang. Aret. qui & hanc dicit esse communem, in §. 1. col. 2. Insti. de inoff. testa. Guid. Pap. sibi contrario decisi. Delphi. 82. doctores. Carol. Ruin. consil. 26. vi detur, col. 2. nu. 6. lib. 3. & late Bernar. Lan. in addit. Bar. in d. consil. 14. & Philip. Dec. consil. 303. in casu concurrenti, col. 1. & 2. vers. vltimus, & Ant. Rub. consil. 115. praesupponitur in facto, circa med. & iterum consil. 156. circa primum, in prin. Steph. Bertr. consil. 94. dum fuit, nu. 3. lib. 1. & consil. 246. viso casu, col. 1. lib. 2. & consil. 95. quaesitum est, in fin. lib. 3. & consil. 31. quamuis in prin. eo. lib. 3. & late, consil. 140. ex themate, col. 1. lib. 4. Fran. Barb. in tract. praescrip. in 23. q. 4. partis, 4. etiam partis prin. & Viglio in §. sed haec. Insti. de inoff. testa. Idèoque Fran. Ripa in d. l. vlt. q. 69. col. 2. vers. sed haec op. tenet non praescribi reuocationi ex capite ingratitudinis nisi 30. annis. Nec obstat quod dictum est de querela inoff. donationis, cum ea longè differat ab auxilio huius legis, vt planè patet ex iis quae diximus supra in praefatione, nu. 92. sed hic parum, & seq. & rursus in verbo, totum, nu. 4. & 5. iunctis praecedentibus: iterumque in hac ipsa gl. nu. 4. iunctis praecedentibus. Ex quibus intelliges nihil posse necessario concludi de vno ad aliud.

Cui transferitur dominium ipso iure sine traditione, habet plenius ius, quam is in quem transferitur dominium ipso iure.

397 Quadragesimum nonum, quod praecedenti conuenienter annexitur, quod ille in quem transferitur dominium ipso iure sine traditione, etsi ex eo non acquirit possessionem vt diximus in praedicti discrimine, habet tamè plenius ac fortius ius, quam is in quem non transferitur dominium ipso iure, & sine traditione, vt probatur in l. Pomponius. §. quaesitum, iuncta gl. ff. de acq. poss. Quod & hinc videre licet, quod ille in quem transferitur dominium ipso iure, praefertur alij etià cui prius est tradita possessio, ex sententia gl. in l. siue autè. §. si duobus, ff. de pub. in rem act. & in l. vlt. vbi & alij. C. de sacros. eccl. Bal. & aliorum in l. quoties. C. de rei vend. Io. And. & aliorum in c. corinebatur, extra de his quae fiunt à maio. parte cap. & las. in d. §. quaesitum, col. 2. vers. tertio not.

Cum poena imponitur ipso iure, non opus est sententia iudicis declaratoria criminis commissi.

398 Quinquagesimum, cum poena imponitur ipso iure, non opus est alia sententia iudicis etiam declaratoria criminis commissi antequam procedatur ad executionem poenae. vt voluit Do. c. vbi periculum. §. praeterea, in pe. no. per illum tex. de elect. lib. 6. & consuluit idem Dom. consil. 136. dominus Burgensis, col. vlt. per tex. si non violetur, vt ipse ait, in c. pro humani, de homic. lib. 6. & ita dicit voluisse Host. prout refert Io. And. ibi & ipsum Io. And. in c. commissa, de elect. eod. lib. Et idem quoque è recentioribus voluit las. consil. 21. quatuor principales, col. 3. vers. ad hoc responderetur, lib. 3. Et hoc in emphy

emphyteuta, qui ipso iure priuatus est, voluerunt Host. Anto. qui hanc dicit esse communem opi. & Imo. in c. potuit. extra de loca. Bal. in addi. Spec. eo. tit. col. 7. & in auth. qui rem, col. 4. C. de sacros. eccl. & consil. 301. proponitur quod Petrus, in primo dubio, lib. 1. cum aliis concor. adductis à Barb. consil. 51. scripsit sapientiae fons, colum. 6. vers. capio nunc quartum, lib. 1. Philip. Dec. consil. 146. cuius superscriptio incipit. dubia de quibus, col. 4. vers. non obstant allegata.

De eadem re.

399 Quibus adde quod voluit gl. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. quae dicit quod canon lae sententiae habet vim sententiae hominis, vbi Bal. dicit not. quia raro, inquit, eam inuenies. Et illam quoque commendat Ang. consil. 58. commune Florentiae, & quod voluit etiam glo. in ele. multorum, ad fi. de poenis, & ibi etiam Imo. & Card. Floren. & Bald. in l. adolefcente. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. quod non est necessarium ministerium iudicis, vbi ex ipso iure producit effectum. & idem dicit in l. 1. col. 1. vers. ibi infamis. C. de secun. nupt. & Bar. in l. 1. col. 1. ff. de his qui no. inf. Panor. in c. 2. in 3. no. de feud. & facit quod scribit glo. in c. quam fit, in verbo, eo ipso, de elect. li. 6. & gl. in cle. 2. in verbo, eo ipso, de vita & honest. clerici. & in cle. attendentes, in glo. vlt. ff. de statu. monach. Et quod etiam tradit Bal. consil. 301. proponitur quod Petrus, colum. 2. vers. in contrarium videtur, libro 1. quia quod fit ipso iure, tollit necessitatem adeundi iudicis, per l. quae sub conditione. §. vlt. ff. de condi. insti. & l. de pupillo. §. habet autem. ff. de noui oper. nunt. Et Pet. Anch. consil. 97. in quaestione quae vertitur, col. 1. vers. secundò probatur, vbi dicit factum hominis hic non requiri.

De eadem re.

400 Verum sunt alij potiores quidem & numero & autoritate, qui tenent quod licet non requiratur sententia quae irroget eam poenam: requiritur tamen quae declarat actum factum aut commissum, aut etiam omissionum, ex quo poena iure lata est, per tex. in l. eius qui delator, & ibi Bar. ff. de iure fisci. & in c. cum secundum. §. confiscationis, & ibi Ioan. And. & alij, de hære. lib. 6. & voluerunt Arch. Ioan. And. Pet. Anch. Do. & Phil. Fran. in c. 2. de praescript. lib. 6. Arch. Io. And. Pet. Anch. & Phil. Fran. in c. felicitis. §. nullus, de poenis, lib. 6. omnes propè in c. 1. de homi. lib. 6. Paul. Leaz. & Zenze. in cle. 1. & ibi etiam Card. Flor. in prin. in 14. not. de poen. Alber. in l. lex vestigali. ff. de pigno. Bal. consil. 124. ommissis, col. 1. lib. 1. & consil. 126. praemittendum est, eo. lib. 1. Ang. consil. 256. Guido, col. vlt. Pet. Anch. in c. cupientes. §. quod si per 20. col. vlt. vers. item collige, de elect. eod. lib. vbi ad hoc dicit sing. text. in d. §. confiscationis. & consil. 133. satis inaduerteter, col. 1. ver. sic ego etiam. & iterum consil. 189. tribus, col. 1. vers. secundò moueor. Do. sibi contrarius consil. 42. in nomine & c. quia reuocatur, col. 1. cum aliis multis quos magno longoque acervo congesserunt Alex. in l. si quis maior, col. pe. ver. in ea, ibi, ipso iure, & ibi etiam ceteri recentiores. C. de transact. & Fely. primùm quidem in c. Rodolphus, col. 24. ver. sed declaratoria sententia, extra de rescrip. & deinde in c. cum ab homine, col. 4. vers. vtrum autem data, extra de re iud. & in c. 2. in prin. de spons. & Phil. Dec. in auth. casta, col. 3. vers. quartò not. C. de sacros. eccl. & Hippo. Marfi. consil. 10. casus dubitationis, col. 6. & seq. lib. 1. Quibus adde hoc idè præter eos quos citarunt, voluisse Oldr. consil. 271. quaestio talis est, aliquis dixit, ad fi. Guil. à mote Laud. in extrava. suscepti regiminis, in verbo, ipso iure, ne sede vacua. And. Isler. in c. 1. tit. quo temp. mil. & idè And. in c. 1. tit. de feud. sine cul. non amit. & in c. 1. tit. quae sint regal. & in consil. Siciliae, incip. vsurariorum, & ibi Matth. Affi. in 10. not. & Bart. in l. vlt. §. quod si actor. C. de iur. cal. Bald. consil. 301.

proponitur quod Petrus, post prin. lib. 1. Ang. consil. 36. pro decisione quaestorum, col. vlt. & Card. Flor. in cle. 1. in 14. no. post Pau. & Genz. ibi, de poenis, & eundem Card. consil. 35. quidam habens vnū filium, col. vlt. vers. item etiam si esset casus. Panor. consil. 3. 3. nitar in praesenti, in 8. q. lib. 2. Mart. Laud. in c. 1. col. 2. tit. quo tempore mil. Ro. consil. 94. visis quaerius consulta sunt, ad fi. & consil. 111. allegationes doctoris, col. 2. vbi dicit sing. ad hoc tex. in d. c. cum secundum. & consil. seq. quo ad proximum, col. vltim. Aegidius Bellame. consil. 9. factum est tale, cum esset l. s. col. 9. vers. quarta regula. Fran. Aret. in l. 1. circa med. C. ne lic. poten. & in c. si diligenti, col. 4. de foro compe. Franc. Curt. senior consil. 30. super verbis, in fi. & consil. 60. dux Phil. col. 7. vers. confirmamus praedicta. Barb. late in c. 2. col. 3. vers. not. quod vasallo, extra de feud. & consil. 51. scripsit sapientiae fons, col. 16. vers. capio nunc quartum, lib. 1. & inter consil. istius, Anasta. Plarum consil. vlt. multos futuros, colum. 5. eo. lib. 1. Maria. consil. 12. quoniam impraesentiarum, col. 2. vers. vltimus. & eius filius Socin. consil. 151. consideratis, col. 2. ver. in super aduertendum, lib. 1. Alex. consil. 103. videtur prima consideratione, col. vlt. lib. 1. & consil. 124. ommissis superfluis, eo. lib. 1. Card. Alex. in c. 1. col. 2. tit. de feud. sine culp. non amit. & in c. 1. item si fidelis, col. pen. tit. quib. mod. feud. amit. Petr. Ferr. in tit. forma libel. in casu spol. proprie. in verbo, ipso facto. Matth. Affi. in consil. Siciliae, incip. omnes, col. pe. ver. quartò no. Phil. Dec. in l. 1. col. 3. vers. quindò not. C. de secun. nup. Alciat. in l. posteaquam, in verbo, irritum. C. de pactis. & in l. si quis maior, in verbo, mox. C. de transact. & Steph. Costa. in c. 2. in glo. vlt. de conf. lib. 6. in tract. de ludo, col. 13. vers. sed aliud magis. & latissime Hippol. Marfi. in sua practica causarum criminalium, in §. aggredior, nu. 105. cum multis seq. & in rub. ff. ad leg. Cor. de falsis. nu. 24. & multis seq. & consil. 10. casus dubitationis, col. 5. & 6. lib. 1. & consil. 52. misericordia domini, col. 5. eo. lib. 1. & Steph. Ber. consil. 77. viso processu cause, nu. 5. lib. 1. & 292. visis copiis, in fi. lib. 3. & consil. 330. etiam si esset, col. 1. lib. 3. 401 Sed Felyn. in d. c. Rodolphus, & in d. cap. cum non ab homine, quibus locis supra citauimus, hoc limitat quatuor modis non procedere. Primò, cum factum est adeò notorium, vt nulla sit opus declaratione. Secundò, cum qualitas ipso iure inducitur competit & adest lite iam inchoata. Tertio, respectu fructuum. Quarto, cum poena trahit resum executionem, nullamue facti executionem requirit, vt infamia, excommunicatio, & aliae huiusmodi. Quas quidem limitationes doctè & abundè exequitur & declarat, vt superfluum fuerit quicquam illi in hoc adicere, nisi fortè vltra eum volueris videre, quantum ad postremam limitationem, Philip. Fran. in c. felicitis. §. nullus, de poenis, lib. 6. & ibi ante eum Do. in prin. cap. & Petr. Anch. col. vlt. & Phil. Dec. consil. 145. quaeritur in effectu. colum. pen. vers. non obstat quod licet ipso iure. & consil. 327. viso casu propositione, colum. 3. vers. nec videtur obstat. & in l. 1. col. 1. in 3. no. & iterum col. seq. in 5. not. C. de secun. nup. in quibus postremis locis, licet in eadem lege videatur sibi ipsi esse contrarius, quantum autem ad poenam infamiae, idem quod supra, tenuit Bal. in l. 1. circa medium. vers. posset hic dubitari. ff. de his qui not. infam.

De eadem re.

De eadem re.

402 Sed tamen adde quintam limitationem, vt scilicet requiratur, sententia declaratoria in his quae respiciunt commodum aliquod priuatum aut pecuniarium fisci aut aliorum, prout loquitur c. cum secundum, de hære. lib. 6. Sed vbi de commodum pecuniario non agitur, vt si ex quopiam delicto vide licet perduellionis quis occidi possit, non est opus sententia declaratoria, quae scilicet illi declarauerit perda

perduellione, ita expresse voluit Carol. Ruin. conf. 4. proponitur in themate, in fin. Et ita dicit voluisse Bar. in extrauag. qui sunt rebelles, in verbo, rebellando, circa fin. Et adducit Ruin. rationem differentie: quia hoc vltimo casu nihil rationesset, dictam poenam fuisse ipso iure commissam, & per legem ipso facto impositam. Sed in alio casu cessat hac ratio, quia licet prius non possit executio fieri, bona tamen quae sunt ipso iure confiscata, non possunt interim alienari, vt alibi diximus.

De eadem re. 403 Non omiserim tamen quid tandem scripserit nouiter Domi. a sancto Gemi. d. consil. 36. respondens ad c. cum secundum, de haere. li. 6. Nam iudex, inquit, qui habet potestatem cognoscendi iudicandique criminis, ex quo poena irrogatur ipso iure, potest ad executionem procedere sine alia sententia declaratoria. & hunc dicit esse casum d. c. pro humani. At iudex cui ius non est cognoscendi de eo crimine, non potest eam poenam exequi, nisi prius lata a iudice competente declaratoria sententia. & iste est, inquit, tex. recte intellectus in d. c. cum secundum. Sed ego malo adhærere communi sententiae: ita tamen vt eam intelligas, quod si executio facta sit sine ea declaratione, valet tamen & tenet, si oppositum non fuerit, secundum Inn. in c. ex ratione, de appel. quem refert & sequitur Bal. in cap. 1. tit. de feud. sine culpa non amittit. vbi dicit esse menti tenendum. & Iason d. consil. 21. quatuor principales, col. 3. vers. secundò respondetur, lib. 3.

De eadem re. 404 An autem in hac sententia declaratoria citandus sit is qui crimen commisit, latè comperies discussum & examinatum ab eodem Fely. in illis duobus locis, vbi etiam comperies vtrum ab ea sententia possit appellari: & alia multa quae ad huc locum priuatim pertinent. vt item videbis per eundem in d. c. 2. col. 1. & 2. extra de spons. Sed quantum ad primū de citatione, vide Ro. conf. 482. in casu praemisso, in 2. dubio, & Georg. Nat. in repe. de saepe, in prin. col. 59. vers. secundo quæro, de verbo. signifi. & Fran. Rip. in l. is cui bonis, col. 7. num. 26. & 27. ff. de verb. obliga. Quantum ad secundum autem, vide Petr. Anch. consil. 2. 40. per praedicta subtiliter. paulò ante fin. Idcirco hinc pedem mature, ne tarde dicam, referre ducimus.

Emphyteutica res si cadat in commissum ipso iure, ea domino proprietario cedat. 405 Quinquagesimum primum, si res emphyteutica aut feudalis cadat in commissum ipso iure, ea domino proprietario cedat: sin per sententiam, usufructuario dominij directi queritur. Ita voluit Guido. Pap. doct. quidè Gallus, sed in iuris peritia exercitatisimus, decisio. Delphi. 477. vtrum proprietarius, vers. sed ad quem pertineat, vbi ad hoc quaedam iura allegat, quae in eo loco videre poteris. Et idem longo antè interuallo, licet Guid. tacuerit, voluerit Oldr. consil. 240. super eo quod queritur, & ipsius discipulus, tacito tamè nomine preceptoris, vt prope semper alias, Io. And. in addit. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, ver. 93. & Alb. tum in rub. C. de usufructu in l. usufructu legato, ff. eod. quos refert & sequitur Ias. in l. vlt. col. 2. vers. retento eodem themate, qui quidem est sub §. q. C. de iure emphy.

Vtrum quis contra factum suum venire possit. 406 Quinquagesimum secundum, licet aliàs cum dubitatur vtrum quis possit venire contra factum suum, sint multae distinctiones ac limitationes: vt videre licet apud Bar. & Bal. in l. post mortem. ff. de adopt. Tamen cum factū est illud, est ipso iure nullum, haud dubiè non impedit, quin is qui fecit, contrauenire possit, vt aperte innuit glo. in l. 1. & ibi expressissimè Bal. C. de liber. caus.

Tutum esse ipso iure est plenius ius, quam tutum esse 407 Quinquagesimum tertium, ex eo intelligitur quod scribit ipse Bal. in l. 1. col. 2. vers. ad principium quaestionis reuertor. C. de confes. quod tutum esse ipso iure, est plenius ius quam esse tutum ope restitutionis in integrum, quod & nos ex eo diximus su-

prà vers. 266. incip. penè huius, & seq. sed addit Bal. quod occasionem tribuit, vt id repeterè, illud quidem esse remedium ordinarium, hoc extraordinarium, siue subsidiarium. Multum autem interest, siue aliquod remedium ordinarium, an extraordinarium: vt patet ex iis quae diximus supra in glo. liberis, vers. 114. inci. superioribus quoque rationibus, & aliis multis.

408 Sed hinc velim intelligas, candide lector, aliquid dici ipso iure fieri, cum significamus rem esse latè sententiae, ad differentiam eius quod fit per sententiam: & de hoc supra maxima ex parte locuti sumus. Item cum intelligimus aliquid fieri sine ope exceptionis, vt in l. si sine. §. si procurator. ff. rem rat. hab. cum dicitur, domino ipso iure, aut per exceptionem actio inutilis est. & in l. si rem. §. si dupla. ff. de euctio. & l. conuento. ff. de tut. & rat. distra. & l. qui seruum. §. si is cui. ff. de actio. & oblig. & l. scire oportet. §. vlt. ff. de excus. tuto. & l. nec ex contrario. ff. de reg. iur. & alibi saepe in nostris legibus. Denique cum etiam significamus aliquid nullū esse ipso iure, nec opus esse restitutione in integrum, vel tuitione pretoris, vel etiam appellatione, vel de reuocatoria, vel cessione, vel traditione, vel excusatione. Vt de primo videmus in tit. C. de predi. mino. & in l. in cause, la. 2. in prin. ff. de minor. & l. si vsufructus. §. 1. ff. vsufr. quemad. caue. De secundo, quod non longè abest, in l. 1. §. idem Pomponius. ff. quod fal. tut. aut. vbi ita scribitur. tunc enim valet per pretoris tuitionem, non ipso iure. De tertio, in tit. quado prouo. non est neces. De quarto, in tit. si in frau. patr. De quinto, apud Bal. in l. vlt. C. de manu. testa. dum dicit, quod vbiunque in lege vel statuto dicitur, quod ex stipulatione alterius queritur actio, semper intelligitur ipso iure sine cessione. & dictū, vt id dicam obiter, dicit sing. Franc. Are. in l. causa cognita. ff. de vulg. & pup. vnde & illud quæri solet, vtrum ex stipulatione notarij queratur ipso iure sine cessione. de quo per Bar. in l. 2. ff. re pup. sal. fore. cum concor. à me collectis in tractatu de iure constituti possessorij, in 3. parte, in 30. limit. De sexto in l. vlt. C. de sacros. eccl. & l. 1. ff. pro foc. cum sim. De septimo in d. l. scire oportet. §. vlt. ff. de excu. tuto. & aliis multis in eo. tit. Ne tamen omittam aliis quoque modis ipso iure dici, qui ad hunc tractatū non pertinent. quos tu, si lubet, videre poteris apud Bal. in l. sub conditione, col. 2. vers. & secundum est. ff. de condi. indeb.

409 Sed tamen illud scire debes, ea illa omnia, quae sigillatim supra deduximus, ex eodem prope fonte manare, in eundemque effectū ferè abire. nam non ob aliud proponitur exceptio, quam vt sententia sequatur: nec itè ob aliud restitutio petitur, aut appellatio interponitur, quam vt sententia quoque in id sequatur, quae rescindat quod actū est. Et sic quoque de ceteris. Quod ideo huc adieciimus, ne mireris quaedam nos discrimina posuisse quae ad multa quae supra diximus & dicemus postea priuatim pertinet.

410 Quinquagesimum quartū, si statuto caueatur vt contra instrumentum nulla exceptio siue defensio admittatur, intelligitur de defensionibus, quae ipso iure non tollunt actionē. Aliæ enim quae ipso iure eam perimunt, opponi possunt non obstante eo statuto. Ita voluit Bal. in l. si non fortem. §. 1. vers. sed quid de exceptione pacti. & seq. vers. & iterum vers. sed quid de exceptione nouationis. ff. de cod. indeb. Et facit quod & ipse Bal. scribit in l. si causam. quae est 2. col. 1. vers. extra quæro. C. de execu. rei iudic. & Imo. in l. vlt. col. 3. ff. à quib. app. non licet.

411 Quinquagesimum quintum, quod licet ius civile possit aliquid tollere ipso iure, ius tamen pretorium non posse, etiam si exprimeret. §. quos autem. Insi. de bo. poss. gl. in l. in substitutione, in verbo,

Aliquid ipso iure fieri, quomodo sit intelligendū.

De eadem re.

Vtrum statuto caueto possit vt contra instrumentū nulla exceptio admittatur.

Ius civile licet possit tollere aliquid ipso

iure, ius pretorium tamen id non potest.

Quod nullum est ipso iure tractu temporis non confirmatur.

De eadem re.

bo, fortè, in si. vbi omnes eā sequuntur. ff. de vulg. & pup. substi. & omniū expressissimè Ias. in l. 1. §. sublata, in vtraq; lect. col. 1. ff. ad S. C. Treb. potest tamè inducere quod vbi ipso iure nō cōpetit obligatio ciuili & naturalis ex lege ciuili, etiā nullū ius ipso iure cōpetat ex eodē iure pretorio, per tex. in l. generali ter. vbi Frā. Aret. id praxdit in 1. not. ff. de verb. obl. 412 Quinquagesimum sextum, licet dubium sit, an cum notarius deliquit in officio siue aliter, vnde contraxit infamiam, possit postea conficere instrumenta, & eis credendum sit, praesertim ante interdictionem iudicis, de quo per glo. & Bal. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. & gl. in §. pe. in verbo, ipfis, in auth. de tabel. Inn. in c. fraternitatis, de haeret. Specu. tit. de instr. edi. §. restat, vers. quid si tabellio. Bar. in l. eadem. §. hac lege. ff. ad leg. lul. repe. & conf. 174. Ser. Ioan. & Bal. in l. cunctos populos, col. 5. vers. sed in infamia tabellionis. C. de summa trin. & Pau. Castr. consil. 104. ponitur in facto, in 1. dubio, lib. 2. cum sim. Tamen illud propè conuenit, vt si crimen sit notorium, & tale quidem, ex quo ipso iure sit priuatus officio, non valeant instrumenta ab eo confecta etiam ante sententiam: secus si non ipso iure sit priuatus, sed tantum sit priuandus, vt per Bald. in l. militibus. C. de testa. mil. & Paul. Cast. consil. 168. super primo dubio, in 3. dubio, lib. 1. & consil. 180. super eo quod primo loco queritur, col. 3. vers. vlt. etiam videtur, eod. lib. 1. Et idem dici potest de ceteris officiis siue muneribus.

413 Quinquagesimum septimum, inter alias qualitates exceptionum quae litis ingressum impediunt, haec vna est, quando ipso iure concludit agenti nō cōpetere actionē, per l. si pupilli. §. vlt. ff. de neg. gest. & l. cū quærebatur, vers. proinde. ff. iud. sol. & voluit Bar. in l. nā. & postea ff. de iureiu. & Pau. Cast. consil. 221. antequam veniam ad dicta dubia, ad fin. lib. 2.

414 Quinquagesimum octauum, quod nullū est ipso iure, tractu temporis non confirmatur, etiam amoto impedimento, quod nullum ipsum redderet. Secus si actus non erat nullus: sed tantum annullandus, verbi gratia, si testis productus erat excommunicatus, sed dum deponit, erat absolutus; nō valet testimoniū: cum ipso iure à testimonio repellatur. Sed si testis inimicus productus, ante autem depositionem redeat in gratiam, valet testimoniū, cum non nisi ope exceptionis repellatur; & si peruenerit extremum confirmans, arg. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Hac Bal. in c. quoniam contra falsam, col. 3. vers. sed obicitur. extra de probationibus. Sed & hoc ante eum voluit gl. ordinaria in c. non firmatur, de reg. iur. lib. 6. De quo & tu vide latè per Phil. Dec. in l. quod in initio. ff. eo. tit.

415 Quinquagesimum nonum, quod praecedenti ad fine est, quod ab initio nullum est ipso iure, ratificari non potest, licet cetera regulariter possint, secundum glo. in cap. cum nos, in gl. vlt. in fi. & ibi etiam Host. paulò post medium, extra de his quae fiunt à praelat. sine consen. cap. Host. & Io. And. in c. 1. in prin. eo. tit. & Bar. in l. obseruare. ff. de offi. pro. conf. Pet. Anch. consil. 122. ex narratis in facto, ante fi. Alex. consil. 88. viso & diligenter ponderato, col. 5. versiculo 4. respondeo, lib. 3. & probatur ex c. auditis, & ibi gl. in verbo, post factu. Inn. & alij, extra de elect. & in id quoque citatur c. nonnulli, & c. ex parte decani, de rescrip.

416 Quod qualiter intelligatur, vide per Frā. Arc. consil. 127. eximie domine, col. 2. & Philip. Dec. in l. semper qui non prohibet, col. 3. vers. quartò regula. ff. de reg. iur. & consil. 367. viso puncto, col. 2. vers. quia respondetur: vbi alios antiquiores citant. Nèpe vt quod nullum est ipso iure, ratificari non possit, vt retrorahatur: sed potest vt à tempore tan-

tum consensus siue ratificationis habeat effectum. Super quo etiam vide c. cura, extra, de iure patro. vbi actus erat ipso iure nullus, vt statim in seq. vers. dicemus. & tamen vim obtinere potest ex consensu sequente episcopi, vt patet ex verbis, aur diocessani episcopi habuerit potestatem consensum. Ibi que Panor. dicit quod in eo casu actus valebit ex nunc, non ex tunc. Et vide etiam Lucam Pen. in l. 2. col. 2. vers. sciendum est etiam. C. de iure fisci. lib. 10. vbi & ad hoc alia quaedam allegat. Et ante hos omnes vide Bal. consil. 417. primum dubium, in illo ipso primo dubio, lib. 2. vbi multis ostendit, id quod nullū est ipso iure ratificari posse.

417 Sexagesimum, contractus ipso iure nullus non praestat titulum praescribendi, licet aliàs secus, ex sententia Host. & Ioan. And. in d. ca. 1. post princ. extra de his quae fiunt à prael. sine consen. cap. Tamè contrarium aperte innuitur in c. cura, de iure patro. Nam illic cōcessio erat ipso iure nulla, vt patet ex verbis, huiusmodi concessiones penitus irritas esse censemus. & tamen illic procedit praescriptio, vt patet ex verbis, nisi legitima fuerit praescriptioe munitus. Tu omnino vide doct. ibi.

418 Sexagesimum primum, licet confirmans nihil dare videat. r. l. vnum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. cum sim. fallit tamen si confirmat actum ipso iure nullum. nam is dare videtur, & ceterus actus nō nōus. l. adoptio. ff. de adopt. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. Tribunus. §. vlt. ff. de mil. testa. Ita post Guil. voluit Bar. in l. more maiorum, in 1. op. & ibi quoque Bal. col. 2. vers. & quia est via. vbi etiam dicit Cyn. idem voluisse. ff. de iurisd. om. iudi. & sequuntur recentiores ibi qui adferunt concor. praesertim Soc. Ias. & Fran. Purp. Quibus adde Rom. consil. 98. quod ad id de quo, in prin. & Fran. Aret. d. consil. 127. col. 2. vers. 2. hoc probatur.

419 Sexagesimum secundum, licet ignorantia iuris mulierem plerumque excuset. l. si adulterium. §. fratres. ff. de adult. cum sim. hoc tamen intelligitur in poenis, quae ipso iure non irrogantur, sed sententiam hominis requirunt: In his autem quae ipso iure imponuntur, ignorantia iuris eas non excusat. Bal. in l. liberorum. §. notatur. ff. de his qui nō infam. per glo. ibi, quam dicit multum singularem, quae tamen hoc non dicit, sed aliud quippiam, de quo diximus supra in 16. differentia, nu. 332. decimo septimo infamia, vbi videre poteris.

420 Sexagesimum tertium, licet quis non possit allegare suam ipsius turpitudinem. l. cum profitearis. C. de reno. do. & l. si creditoribus. C. de ser. pign. data. manu. & c. inter dilectos, cum concor. vbiq; à gl. citatis, id tamen non procedit, cum turpitudotalis est, vt per eam concludatur ius auctori ipso iure non competere, vt nuncupatum voluit Caro. Rui. consil. 72. primò videtur, col. 1. nu. 2. lib. 5. in id allegas Cardi. Flo. Imo. & Panor. in d. cap. inter dilectos, de dona. qui tamen id non dicunt, sed aliud, vt ibi per eos videre poteris. At id ipsum nuncupatum voluit Bal. quem ipse non allegat, in repet. l. 2. col. 29. vers. ad solutionem istius quaestionis, ff. de iureiur. per l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11.

421 Sexagesimum quartum, in eo quod queritur, an qui restituitur propter impedimentū, restituitur pro rata temporis impedimenti, ad totū tempus, habemus gl. no. in c. si electio in gl. vlt. de elec. li. 6. Quod si quis restituitur ipso iure sine ministerio iudicis, ad integritū tempus restituitur, & si vitò tantum die fuerit impeditus: vbi tamen illi succurratur per viā restitutionis, & ministerio iudicis, tunc non habet nisi tantū tempus, quantum amisit, per iura quae ibi allegat, & sequitur, & alios alleg. Fely. in c. ex ratione, col. 2. vers. §. dum intricatè, de rescri. vbi & hoc duobus modis limitat, vt ibi videre poteris.

Contractus ipso iure nullus, non praestat titulum praescribendi.

Allegare turpitudinem suam an quis possit.

Excipiens
contra per-
sona electi
an admit-
tatur.

422 Sexagesimumquintum, licet dubium sit, an admittatur excipiens contra personam electi post confirmationem, idque recipiat multas declarationes & distinctiones, tamen id haud dubie tenetur illum semper admitti, cum opponitur exceptio, per quam (si vera est) esset ipso iure priuatus, ut hæresis, & similia, arg. c. quo iure, 8. dist. & c. accepta, de restit. spol. licet secus, si non ipso iure in multis casibus, etiam si crimina essent grauiora, ut homicidium, periurium, adulterium, per l. ad probationem, c. de probat. cum similibus. Ita enim voluit Ioan. And. post Compost. in c. quod sicut, col. pen. vers. sed si dicitur extra de electo.

423 Sexagesimum sextum, cum queritur an citatus a iudice incompetente teneatur comparere, allegaturus illius incompetentiam, inter ceteras distinctiones illa est, quod aut ipso iure deficit iurisdictioni illius, & tunc citatus, si notorium est, comparere non tenetur: nec valebit processus factus contra illum. Aut ope exceptionis potuit se subtrahere ab illius iurisdictione, ut in casu l. C. quando inter pupil. & vid. & in authen. habita. C. ne fil. pro pat. & tunc tenetur comparere & excipere, alias valebit processus factus contra eum, per l. 2. §. legatis, & l. si quis ex aliena. ff. de iud. Ita enim voluit ipse Ioan. And. in addit. Spec. tit. de cita. §. 1. in prin.

Actor quæ-
do repella-
tur iure
transactio-
nis.

424 Sexagesimum septimum, quando ex causa transactionis res est ipso iure liberata, tunc poterit poena peti & actor repelli exceptione transactionis, per text. in l. vbi pactum, secundum communem lectionem C. de transact. At si reus non ipso iure, sed ope exceptionis est liberatus, secus: quia si poena petitur, contra exceptionem datur replicatio, per l. cum proponas, co. tit. super quo vide omnino doct. omnes vtrobique.

Iuris igno-
rantia quan-
do suffi-
ciat.

425 Sexagesimum octauum, quando caput siue remedium incompetens est nullum ipso iure, tunc sufficit ignorantia iuris, ad hoc, ut quis non videatur renuntiasse remedio competenti: sed quando actus qui fit, vel approbatur, est validus ipso iure, potest tamen impugnari, tunc fauore testamenti, ut institutio & voluntas testatoris seruetur, quantum fieri potest, etiam error iuris præiudicat, vt retractari non possit, text. est vtunque probans in l. post legatum, in prin. & ibi Bar. col. 1. ff. de his quibus vt indig. & quem in id dicit singul. Fran. Aret. in l. Clodius, col. 2. vers. querit ibi glo. ff. de acquiren. hæred. Et bene facit l. si patronus, in vlt. membro. ff. si quid in fraud. patro. quam etiam allegant Bar. & Aret. vbi supra.

426 Septuagesimum nonum, quando poena infertur ipso iure, tunc res iudicata dicitur, cõfestim quam sententia lata est, non expectatis decem illis diebus, intra quos appellari potest: alias secus, vt videre licet ex gl. & Bar. in l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infam. & in l. qui vlt. ff. de pen. & ipse Bar. in l. 1. ff. de re iud. & Fran. Aret. in l. qui a latronibus, §. si quis in capitali, col. 3. vers. sed iste intellectus. ff. de testa. ex quibus plane intelliges, quem effectum hæc differentia habeat.

Sententia
lata a iudi-
ce quando
ipso iure
nulla sit.

427 Septuagesimum, cum fertur sententia contra absentem, pro eo qui non habet actionem ipso iure, & scit actionem sibi non competere, semper ea sententia nulla est ipso iure, licet sibi competat actio, sed per exceptionem elidi potest, valet sententia: de quo quia longa est controuersia inter nostros, ne te sic diutius detineam, vide canonistas in c. si duobus, de appell. Bar. in l. absentem, in 4. q. ff. de pen. Alex. & Frac. Aret. post alios in l. si is ad quem. ff. de acq. hæred.

428 Septuagesimum primum assumitur ex l. necessarii. ff. de acq. hæred. vbi sui hæredes post immixtionem non habent abstinenti beneficiu, nisi ea immixtio sit ipso iure nulla. Ita enim eam l. intelligit

Bal. ibi, super quo vide omnes scribentes in eo loco. 429 Septuagesimum secundum, cum queritur an cum testator instituit duos hæredes: alterum incapacem, in eo quod capere potest vel etiam in re quæpiã alterum in residuo, an hic totum habebit, necne: Sunt qui distinguunt, an ille ipso iure capere non poterat, an ipso iure, de quo tu vide Cyn. & Alber. post Pet. in l. pater, que est. 2. C. de hered. inst. Et hinc occasione sumpta, rixantur an spurius sit ipso iure incapax, de quo in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. sed & tu de hoc vide Corn. in d. l. 2. & de hoc quoque non nihil per Bal. in l. si is qui. ff. de vulg. & pupil. substit.

Spurius
an ipso iure
restit in-
capax.

430 Septuagesimum tertium dubium est, vtum ante secundam stipulationem poenalem commissam possit agi ad id quod venit ex prima vestita, in qua re gl. nostræ sunt contrariæ, & habent vtraq; suos sectatores. At Bart. in l. ita stipulatus, col. vlt. ita distinguit. Nã aut poenalis stipulatio sequens nouat primam ope exceptionis, & tunc possit agere, vt saltè valeat sententia, si non oppositum fuerit. l. si fideiussor. ff. manda. nec enim potest post latã sententiam, talem exceptionem opponere, nisi in casibus notatis in l. 1. C. de iuris & fact. igno. Aut nouat ipso iure, & tunc non valet sententia per not. in l. vbi pactum. C. de transact. & hoc admodum conuenit cõ eo quod diximus in 20. discrimine, & vide etiam quod dicemus in 77. discrimine.

431 Septuagesimum quartum, si impetrans rescriptum, per ignorantiam quicquam obrepit, iudex etiam delegatus cognoscat de principali, non si per malitiã, vt no. in l. prescriptione. C. si contra ius. Sed hoc intelligit Io. Fab. ibi, quantum ad primu caput, nisi esset talis supreptio qua probata, rescriptum ipso iure nullu redderetur, vt in ca. statutum, de rescri. lib. 6. Nam iudex non cognoscat de principali, etiam si per ignorantiam subreptum fuerit.

432 Septuagesimum quintum, in illa q tenebricosa, an si dominus condonauerit culpam vasallo, ob qua feudo priuatur, si tunc feudum censendum nouu, veluti de nouo consensus: an antiquu, vt prius erat: sunt qui distinguunt, an ea erat culpa, qua ipso iure vasallum priuabat, an non ipso iure, de quo tu vide And. Iser. Iac. Aluar. Marri. Laud. & Card. Alex. in c. 1. tit. de vasal. decrep. ætat. & plurimos quos tibi longo ordine retuli supra in ea gl. nu. 12. ex his autem, & in tract. Retractuum, tit. 1. §. 32. gl. 1. nu. 29. quid autem de feudo. Ex quibus multos comperies id quod diximus scribentes: & inter alios, ne te diutius detineamus omnes sigillatim conqueredo, Bald. ibi cap. super, col. 2. vers. quæro si vasallus, tit. de prohi. seu. aliena. per Feder.

433 Septuagesimum sextum, quod voluit idem Bal. in l. quid ergo. §. poena grauior, col. vlt. vers. vlt. terius circa nostram. ff. de his qui not. infam. in priori lectu. q nunquã potest per iudicẽ commutari poena, qua ipso iure a lege infligitur, in aliam, per l. palam, in fi. ff. de rit. nupt. licet nonnunquam vna poena in alia commutari possit, vt not. in d. §. poena grauior.

434 Septuagesimum septimum, qui ipso iure tutus est, non habet necesse opponere: qui verò ope exceptionis, necesse est illi eam exceptionem opponere, alioquin condemnabitur, & valebit sententia, Bald. in l. si cum exceptione. in prin. ff. quod quisque iur. in 1. lect. Et id quidem propemodum ei simile est quod diximus supra in 20. discrimine & iterum in 73.

435 Septuagesimum octauum, quia a nostris tractatur, an actus inualidus confirmari possit, tũ alibi sæpe, tum in l. legitima. ff. de pact. Bal. ibi, col. vlt. vers. sed oppo. dicitur, ita distinguit. Aut deficit actus propter inhabilitatem personæ, aut propter defectu formæ, aut propter defectum causæ. Primo casu,

An actus
inualidus
confirmari
possit.

casu, aut est talis persona, in quam actio non cadit ipso iure, & tunc confirmari non potest. l. 1. §. si filius. ff. de leg. 3. nisi causa confirmans superueniat tempore habili & de nouo. l. si minor. ff. de ser. expor. Aut est persona in qua actus sustentari possit ipso iure, sed ei obstat exceptio, & tunc potest confirmari, non quod per se ipsum confirmetur: sed per causam confirmantem. l. si mulier. Coo. ad S. C. Velle. Secundo casu cum est defectus formæ, & cetera, que omittuntur ad hunc locum minimè pertinentia, sed id habet necesse quid confine cum 38. & 39. discriminibus, vt ibi videre poteris.

An dolus
cum dolo
compensetur.

436 Septuagesimum nonum, cum tractatur, an dolus cum dolo compensetur, Bald. in l. cum mulier, col. 3. in 12. q. ff. sol. mat. hanc inter ceteras distinctiones post Dy. & Iac. Aret. ponit. nam aut agitur criminaliter, aut ciuilitè, si primum, aut loquimur de compensatione poenæ extinctiua, & nõ sit. l. 2. §. si publico. ff. de adul. aut de compensatione exclusiua personæ, cui dolus obicitur ad eam repellendam, & tunc refert, an compensatio fiat ipso iure, & non sit: aut ope exceptionis, & tunc iterum refert, an exceptio opponitur post litem contestatam & cetera que ibi videre poteris.

437 Octuagesimum, quia quaesitum est, an restitutio in integrum possit incidenter peti, Bal. in l. nam & postea. §. si minor, col. 1. vers. & ideo cum queritur, ff. de iureiur. §. minor, inquit, lesus est in iudicio, aut actus lædens permissus minoris ipso iure quia renuntiauit actioni qua ipse iure tollitur, tunc non potest incidenter restitutionem petere, sed necesse est, vt principaliter petat, quia per modum replicationis non possit, cum actione non habeat, arg. no. in l. lecta. ff. si cert. pet. & in l. vbi pactum. C. de transact. & in l. cõ a te. in gl. ff. de dol. mal. Si autem nõ perimit ipso iure, & tunc aut simpliciter replicat, & non potest, arg. l. nec non. §. exceptio. ff. ex quib. cau. maio. Aut petit restitutionem, & potest, per d. §. si minor. Quid autem in contractu & prescriptione, ibi videbis. neq enim ad hunc locum pertinet.

438 Octuagesimum primum, poenæ pecuniariæ impositæ ratione delicti & postea ipso iure sublata, renasci non possunt, si veniunt ratione contumaciæ vel pacti. Si verò non sint ipso iure sublata, semper possunt instaurari ope replicationis. l. pacta nouissima. C. de pac. & voluit Bal. qui & alia multa iura in id citauit, in l. si q̄s accepto. ff. de cõd. cau. da. 439 Octuagesimum secundum, dubitatur a multis an naturaliter obligatus restitui possit aduersus naturalem obligacionem, qua in re nonnulli dicunt restituendum, nisi sit tutus ipso iure, de quo in l. Marcellus. ff. de condi. indebi. & in l. 3. §. pupillus. ff. de nego. gest. per Cyn. in Lindebito. C. si aduer. sol. & Bal. in l. interdum. ff. de condi. indeb.

Iuris ac fu-
lli excec-
tio quando
nullum ha-
beat effe-
ctum.

440 Octuagesimum tertium, cum poena ipso iure infligitur, ea non imponitur delinquenti extra territorium, quia nec iuris nec facti executio ibi celebrari potest. c. vt animarum, de constit. lib. 6. Si autem non ipso iure, sed per sententiam, & hæc potest infligi subditro delinquenti extra territorium, quia sumit effectum intra territorium: & de natura sententiæ iudicis est, vt possit ligare absentem, vt qui ratione contumaciæ pro præsentem habetur, autem, qua in prouinc. C. vbi de crimi. agi oportet. & faciunt no. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. & in l. 2. C. de eunuch. & in l. mercatores. C. de commet. & mercat. Hæc Bal. in l. 1. col. antepen. vers. viso an forensis. C. de summa trinit. for. & hoc vide plenius Dom. post alios a se citatos in d. c. vt animarum, col. 2.

441 Octuagesimum quartum, vbi ipso iure lata est sententia per legem, non potest facta siue præ-

sumpta confessio reuocari prætextu erroris. l. quoniam. ff. de his qui not. infam. & l. si tutor. C. de interd. matr. licet alias reuocari possit l. diui. ff. de poen. & in §. si verò. in auth. de exhib. reis. Hæc idem Bal. in l. error, paulo ante fi. C. de iur. & fact. igno.

442 Octuagesimum quintum, si socius omnium bonorum emittit de pecunia communi, res non est communis ipso iure, sed per adionem pro socio tenetur eam communicare, vel pecuniam restituere, per l. si quis societatem, in 2. resp. ff. pro soc. & l. Titium & Meuium. ff. de adm. tut. cum similibus. Er hoc est magni effectus, vt dicit Bal. in l. 1. ad fin. C. si quis alter. vel sibi, si quis interim alienauerit, in alium transferret dominium, nec posset emptor conueniri, cum res non sit communis, sed communicanda nec personalis actio sequitur fundum l. cogi. §. quaeritur. ff. ad Treb. & l. cum fundo, & ibi Bal. ff. de feruit. rusti. præd. & l. eum cui. C. de act. & obli. cum similibus. Etiam si obligatio personalis sit contracta respectu rei. l. quædam. §. nihil interest. & l. vt. §. 1. ff. de contrah. empt. cum aliis multis concord. a me collectis in tract. retract. lib. 1. §. 8. in gl. 5. nu. 7. incipit ad quod procedit.

Sublato
principali
iure subla-
tum est &
accessorium.

443 Octuagesimum sextum, sublato principali ipso iure, fundus sublatus est accessoriu, quia per se stare nõ potest, & ita habet locu l. cum principalis. ff. de reg. iur. cõ similibus. Secus si nõ ipso iure, sed tantum per exceptionem. l. eos. C. de vfur. Ita voluit Iac. Bur. in l. 2. C. de iur. pign. que refert Bal. ibi, qui tamẽ dicit posse dici q̄ in d. l. eos. vlt. erant deductæ in stipulatione. Ideoq; perempta sorte principali, non ideo perimuntur, cõ per se stent ex illa stipulatione per leg. 1. C. de iud. Sed tu de hoc vide latius Cyn. & Alber. in d. l. 2. quam vnam legunt ex toto illo tit. Et hæc addas ad Phil. Dec. in d. l. cum principalis.

Vitiato
principali,
an vitietur
iuramentu
super eo
appositum.

444 Octuagesimum septimum, quia queri solet, an vitiatu principali vitietur & iuramentu super eo appositum, in qua re nostri & legitæ & canonistæ diligantur vbiq; inter ceteras autẽ distinctiones, qua hæc afferuntur, ea vna est de iure ciuili. Nã aut aliquid est prohibitu ipso iure & in effectu, & tunc id non confirmatur iuramento, per l. non dubium. C. de legib. Aut ipso iure est aliquid, sed non cõ effectu, & tunc iuramentum supplet circa effectum, vt non possit impugnari, vt in authentica sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Hæc Bal. in d. l. nõ dubium, col. antepen. in 17. oppo. vbi hinc sequi dicit quod si contractus minoris vel maioris valet ipso iure, iuramentum tollit ei omne iuris beneficium in iure singulari, cuiusmodi est beneficium restitutionis in integrum.

445 Octuagesimum octauum, non longè ab illis distat quod scribit idẽ Bal. cõf. 310. super eo quod queritur post mediũ li. 2. q̄ quãdo iudiciũ est ipso iure nullu, si non valet principale nõ valet iuramentum. l. si quis inquilinus. §. vltim. ff. de leg. 1. & arg. l. si minor. ff. de ser. expor. Nec obstat, inquit, authen. sacra. publ. quia ea loquitur de contractibus, vbi ex consensu obligatio naturalis, & ideo potest accedere timentu iuramenti, sed in iudiciis talis obligatio nõ oritur. l. Iulianus. ff. de cond. indeb. quia ea redduntur in inuitum. l. inter stipulantes. §. sacram. ff. de verb. oblig. Sed quantum ad contractus pertinet, an scilicet iuramentum confirmet contractum ipso iure nullum, vide qua scripsimus in nostris legibus cõnubialibus, in gl. 3. in verbo, ne penit. nume. 25. ex his quoque, & seq. vsque ad fi. eius gl.

446 Octuagesimum nonum, in his qua ipso iure concessa sunt, non necesse est adire iudicem, vt in ceteris rebus. l. 1. §. hoc autem Senatus. ff. de ser. fugit. licet tamen possit officium iudicis, si de facto expedit implorari, vt no. in l. 2. C. de iure empthy. & in l. 3. C. de pign. nam iurius sit quod auctoritate

In his qua
ipso iure
concessa
sunt, nõ est
necesse adi-
re iudicẽ.

iudicis fit. Spec. tit. de feud. §. 1. vers. 18. quæritur. & in hoc debent iudices se faciles præstare, & interdum sine citatione alienius, ne fuga instruat, vt not. Iac. But. in l. consentaneum. C. quomo. & quãd. iud. Bar. in l. ait prætor. §. qui debitorem. ff. quã in fraud. cred. & facit quod idem not. in l. si quis seruitute. ff. de fur. & Imo. in c. vt fama, de sen. excom. & Ioan. And. in c. cum non ab homine. de iudi. & sic iudex per modum voluntariæ iurisdictionis hoc concedit, per not. in §. multis. Inst. de libert. & in l. 3. §. 1. ff. de bon. poss. Hac Bal. in l. requirendi, in prin. C. de fer. fugit.

Dolus si in venditione fiat, &c.

447 Nonagesimū, si in venditione adhibitus fuerit dolus in minus vendendo, tenet venditio, sed potest suppleri iustum pretium per emptorem. l. diligenter. ff. mand. & Iulianus. §. si venditor. ff. de act. empr. Sed hoc verum est, cum venditio nō est vlla ipso iure. quod si talis sit, ea suppletio locum non habet. l. 1. C. si vend. pig. aga. & voluit Bal. cuius hæc sunt, in l. cum contra, eo. tit.

448 Nonagesimumprimū, dum quæritur vtrum valeat impetratio dignitatis vel beneficij, non facta mentione possessionis aduersarij. Idē Bal. conf. 388. in super queritur. l. 1. ita distinguit. Aut possessor nō habet titulu saltē coloratū & valet impetratio: aut habet, & tūc aut titulus est ipso iure nullus aut per sententiam annullandus, si primū quidē sit existenter, vt ipse loquitur, sed non euidenter, & tunc aut est clausula amoto quolibet illicito detentore, & valet impetratio, quia ista clausula æquipollet mentioni coloratæ possessionis, ex sententia Ioānis de Deo. Si autem ea clausula non est, non valet impetratio, quia iste possessor nō potest amoueri sine sententia diffinitiu principaliter lata, & non incidenter, & sic non habebit per modum executiuū, vt in cap. cum nostris, de concess. præb. & c. quæ tu apud ipsum Bal. videre poteris, neque enim huc aliter pertinet. Et vide interim quæ diximus supra in 18. discrimine qui est in num. 335. & seq.

Matrimonium quod est ipso iure nullum, non impedit iustas nuptias.

449 Nonagesimūsecundū, matrimoniu quod ipso iure nullū est, non præstat impedimentū iustis nuptiis, maximē si hoc declaratū fuerit, vt no. in l. non præstat, de reg. iur. l. 6. nā licitē contrahit nuptias, qui priores efficaciter non cōtraxit. l. hæc cōditio. ff. de cond. & demon. Quod tamē verū est, nisi Papa in primo matrimonio dispensasset, c. literas, de restit. spo. nā tūc de nō esse trāsisset ad esse, & ideo aliud postea cōtrahi nō posset. §. affirmatis, Instit. de nup. Hæc sūt Bal. cōf. 95. pūct. dubij, in 1. dubio, l. 2.

450 Nonagesimumtertium, id quod fit per legē ipso iure, non desiderat scientiam hominis. l. apud hostes, C. de suis & leg. & l. liber homo. §. vlt. ff. de stip. seruo, & l. ex militari. §. vlt. & l. seq. ff. de mil. test. & l. multum interest. ff. de condi. & dem. & l. si pecuniam. §. si seruū. ff. de condi. ob cau. & l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. Ita Bal. in conf. 404. quia dictus, in prin. lib. 3.

Vasallus si aduersus culpā aduersus dominum, an possit illū eluere.

451 Nonagesimumquartum, si vasallus culpam admisit aduersus dominum, an possit illam eluere, & rem reponere in pristinum statum, sine metu poenæ, saltem antequam dominus dicat iudiciū contra eum. Et ita distinguitur, an poena ipso iure infligebatur, & non possit sine consensu domini, vt in c. 1. tit. quid iur. sit si post aliena. & arg. ca. 1. §. ex hoc, tit. de feud. scem. nam cum à iure facta sit executio, non iam amplius potest suam culpā purgare, per ea quæ diximus de morā purgatione supra in 10. discrimine. Secus si poena infligenda esset per sententiam, quia ante eam potest purgare, ex no. in §. item mixta est actio, Inst. de actio. Et ita determinat Bal. in c. 1. in prin. col. 2. vers. quid si vasallus, tit. de prohib. feud. alie. per Fed. & huc quoque pertinent quæ diximus in 8. discrimine.

452 Nonagesimūquintum, quia quæstionis est an valeant secundæ literæ impetratæ sine mentione primarum, in quo Pan. ita distinxit in ca. ex tenore, col. 2. vers. & in glibi, ego sic distinguerem. Nā aut tempore secundarum literarū primæ erant nullæ ipso iure, & valent secundæ, vnde cumque surgat defectus, siue ex defectu impetratris, siue alterius, per d. reg. non præstat, de reg. iur. lib. 6. Aut primæ crāt aliqua, sed ex postfacto corrumpere, & tunc si sunt ad beneficia, non valent. c. si eo tempore, de rescri. lib. 6. si ad lites, subdistinguit, vbi videre licet. Quod si primæ literæ tenent, sed possunt annullari per exceptionē, & tunc aut per exceptionem competēt tertio, & non valent, vt in casu c. mandatū, ext. eo. tit. aut competentem secundum impetranti, & valet secundæ, arg. l. si dari stipuler. ff. de verb. obl. & l. nō videtur latitare. ff. de iudi.

Literæ secundæ impetratæ an valeant sine mentione primarum.

454 Nonagesimumsextum, agnatus cui ius est reuocandi alienationem factam in extraneum, id facere debet intra annum à morte alienantis, per c. Titius, Tit. si de feud. suc. cōtrouer. inter do. & agn. vti & in alio casu in c. 1. §. porro, tit. qual. olim feu. alie. pot. Sed hoc intelligitur, quādo alienatio ipso iure non est nulla, vt in diuis locis, quod si ipso iure nulla est, non currit hoc tempus nec agnato nec domino, de quo loquitur d. §. porro, vt probatur in c. 1. tit. de prohib. feu. alie. per Fed. & voluerunt Marti. Lau. & Car. Alex. in d. c. Titius, vterq; col. vlt.

